Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΙ Θ'

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΟΙ ΜΟΥΣΑΙ.

Τῷ αὐτῷ Ἐξήγησις περὶ τῆς Ὁμήρου βιοτῆς.

HERODOTI

HALICARNASSEI

Hiſtoriarum Libri IX

Novem Muſarum Nominibus Inſcripti.

Ejuſdem NARRATIO de Vita *HOMERI.*

Excerpta è Cteſiæ Libris de Rebus Perſicis & Indicis. Græcè & Latinè.

ET

H. STEPHANI Apologia pro HERODOTO.

Acceſſerunt Huic Editioni

Chronologia Hiſtoriæ, & Tabula Geographiæ Herodoteæ; Necnon Variantes Lectiones, & Notæ ex pluribus Mss. Codd. & Antiquis Scriptoribus collectæ;

Unà cum Indice Græco & Latino.

Majoris Bibliotheca Collegii S. J. Pragæ ad S. Clement.

A. 1728.

LONDINI,

Typis *E. Horton* & *J. Grover*, Impenſis *Johannis Dunmore*, *Richardi Chiſwel*, *Benjamin Tooke*, & *Thomæ Sawbridge*,

M DC LXX IX. *ſt.*

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

Ac Domino,

D. GULIELMO

Archiepiſcopo *Cantuarienſi*,

Totius *ANGLIÆ* Primati.

QUI *monumenta literaria viris principibus inſcribunt, morem ſequuntur*, Præſul Venerande, *& celebrem & perantiquum. Sanè* Scylax Caryandenus Dario Notho *Perſarum Regi*, Ariſtoteles Alexandro, Manethos Ptolemæo *Philadelpho*, Julio Cæſari Terentius VARRO *Opera ſua dicaverunt*; *&, nè plures congeram*, D. Lucas Apoſtolorum Acta Theophilo *nuncupavit.*

Antiquitatis ego cultor, & ævi priſci æmulus tuo Nomini Herodotum *conſecro*, Antiſtes ampliſſime; *& quidem eò fidentiùs, quoniam non dubitabam, quin lenis & placidus & prudentiæ pleniſſimus ſcriptor* Herodotus, *idémque Princeps & Pater Hiſtoriæ antiquæ, Tibi imprimis foret gratus, qui Pater es primævus Eccleſiæ primævæ, quique ſummum dignitatis apicem eiſdem virtutibus tueris & illuſtras, quibus eum es meritiſſimè conſecutus.*

Eſt alia tamen ratio, quæ Dedicationem hanc à me propemodum efflagitare viſa eſt. Tuæ Benignitati tribuit Herodotus, *quòd in hac Editione longè emendatior prodeat. Bibliotheca tua ſcriptum exemplar ſubminiſtravit, cujus ope & ductu permulta Hominum, Gentium, Urbium, Fluviorum vocabula repoſui, quæ in vulgatis Libris aut vitiosè ſcripta erant, aut temerè permutata, aut planè omiſſa.*

Quoni-

Quoniam igitur gratitudo qualiſcunque (ut nunc ſunt mores) importuna vix poſſit videri, cupit coràm profiteri Herodotus, *per quem profecit. Non patrocinium ambit, nec amplius quicquam à Te petit, quàm ut cum* Muſis Charitas *unà eum coluiſſe intelligas.*

Gratulatur etiam ſibi Hiſtoricus noſter ſe eo fato natum fuiſſe, ut magnis Præſulibus magna ſemper beneficia accepta referret. Nam ut Latinè in aula Nicolai *Quinti* P. R. *loqui cœpit, ita* Græcè *denuò in tua didicit.*

Dialectum & numeros ſuos jucundiſſimos, per quos purgatis auribus tam mirificè quondam placuit, lætus in tuo codice recognoſcit; imò non minùs exemplari tuo libens ſe debere prædicat, quod ei veritatem in hiſtoria, locis adeo multis, reſtituit; quàm olim debuit Cimoniis *monumentis, quæ ei de patriâ contra obtrectatores teſtimonium præſtiterunt.*

In hoc gratiarum erga Te officio ſocium ſe Herodoto *addere geſtit totus noſtræ gentis eruditorum ordo.* Theodoros, Parkeros, Laudos (*magna literatorum hominum præſidia*) *aut vincis aut æquas, in coëmendis optimis quibuſcunque libris; quos etiam ita poſſides, ut Sol ille ſuos radios & lucem.*

Deus O.M. *infulas ſacras, quas geris, ſanctas eſſe faxit; idémque Te, cui commiſit Eccleſiæ Britannicæ clavum, regat provehátque curſu inoffenſo, ſed longo, ad ſedes beatorum. Scripſi* Londini, *Kal. Jun. Anno Dom.* MDCLXXIX.

Paternitati tuæ

devotiſſimus

THO. GALE.

LECTORI CANDIDO.

NIHIL *fuit, amice Lector, de quo nos minus cogitaverimus anno præterito, quam* HERODOTI *editionem iſta hieme ſuſceptam iri: nec ejus rei mihi leviter in mentem venire potuit. Sed varie ſe habent etiam optimorum typographorum ſæpe rationes, ut mehercle, quantum ego hactenus, dum illi arti non ita diu operam* ἐπανορθωτικῶ *in parte dedi, cognoſcere potui, adeo ut illud & hic verum eſſe, quod proverbio teritur, expertus pronunciem, ſcilicet & nos plerumque in ipſa demum arena conſilium capere oportere, non ſecus ac gladiatores aiunt. Ita ergo factum & nunc fuit, qui voti mei nondum potui fieri vel ſemel compos, ut ad opus aliquod pranſi ac parati accederemus. Quamvis enim tum quod me attinet, ne quidquam ambitiunculæ ex his verbis mihi quis ſiniſtre colligat, quæ in me profecto non eſt ulla, nihil magni vel eximii à mea tenuitate proficiſci poſſet, nec ego quid tale etiam promittam: tamen occaſio ſic eſſet à viris literatis egregiam aliquam colligere ſymbolam ocioſius: quam in* Reip. literariæ *gratiam nobis credo illi haudquaquam negarent. Verum* ἄφθονοι *illæ* Muſarum δῶραι *non ubique adeo nobis in propinquo: locorumque intervalla ſibi & temporis longioris ſpatium tum depoſcunt. Sed ad ea quæ noſtram editionem attingunt propius: ubi non mirabor, ſi quædam monere oblitus fuero; ita hæc in ipſis nundinis ſcribo, & quum liber jam mitti ad eas debuerat. Quum itaque auctoris cujuſdam veteris diu exſpectata* Græco-latina *editio nondum à viro docto huc tranſmiſſa eſſet, quam alias prelo ſubjicere, noſtro fuit decretiſſimum, operæque ad ſuos labores denno conſluerent,* Marnius *noſter, uno prelo præſertim ita exigente, conſilium de* Herodoto *edendo cœpit, & dictum factum, in eam rem editionem* H. Stephani *ſecundam ad nos miſit, quæ operis noſtris pro exemplari eſſe poſſet. Ego tum eram totus in Polluce, & Notis ad eum pertexendis, quas ut auderem aliquas poſt optimum amicum noſtrum* W. Seberum, *quem in eadem re occupatum eſſe ſciebam, cujuſque editio hiſce nundinis prodit, cauſa princeps fuit mis.* Palatinus *eximius ab amiciſſ. viro* Jano Grutero (*cujus eruditionem illam* τῶ πάνυ *admirer ne an ſummam erga me benevolentiam exoſculer magis, incerte angitur animus; & Muſæ non ſirint, ut unquam tam anguſto temporis ſpatio ejus de me meritorum enumerationem ac deprædicationem imprudenter includam*) *ex illuſtr. illa* Bibliotheca *erutus, in quo hoc clare diſcere potui, non vane jactari de critice à viris qui in eo genere hodie familiam ducunt, eam ut Africam eſſe: quippe adferre ſemper aliquid novi. At non tanti fore novitas, quæ ſi ſpectetur ſola, cordatorum etiam virorum cavilla haud effugit, ut ideo quid porro in iſto auctore tentare debuerim, niſi tam multas veras lectiones me reperiſſe in laudato ms. putaſſem, vel veras tamen quaſdam, ubi vulgatæ falſæ videntur, repoſiturum ejus ope adjutus ſperaſſem: de quo, ſi non ſpernetur hic partus, eritque qui tollere velit,* τὸ αὐτὸ ταῦρα βοήσει *quod præfiſcini tamen addiderim. Ego itaque, ne multis morer, tum in Polluce totus, ita in eodem pergebam: ſatis ratus, ſi* Herodotea *editio ad* Stephanianæ *exemplum publicaretur, nobisque ſaltem hoc proponeremus ut noſtra qualiſcunque diligentiæ pro viribus tamen* Stephanianæ *eſſet æmula: diligentia, inquam, non eruditio, ad cujus ἄκρον tale, quale ille vir attigit, me pervenire poſſe haud ſpero unquam. Veruntamen quum ſuperiori anno jamjam exeunte cogitationes noſtræ εἰς τὸν νεώτερα converterentur frequentius, conſideratâ operâ meâ, & quid reſtaret profligandum ante quam nundinæ advenirent, quarum terminis noſtri labores iniquius, ſi verum dicere licet, plerumque circumſcribuntur, & viſo, me demum perveniſſe ad ὀνομαστικὸν ſeptimum, ſique abſolvendum eſſet in Polluce quod ſub manu, verendum eſſe ne in* Herodoti *editione amplius quàm prævaricatus viderer, ut qui huic plane nullam operam à me dediſſem: ſic itaque mearum rerum hercle ſat agere cœpi, cura animum incertante varia. Sed cogitavi tamen Pollucem alias proditurum, licet ego nihil adſuerem, quum ille ſat eruditum editorem, amicum noſtrum, eſſet jam nactus:*

& mihi etiam aliquod moræ pretium fore, quod à doctiſſimo quodam viro in eo auctore obſervata & emendata exſpectare juſſus ſui è Gallia: *abrupique tandem hoc filum, & Pollucem ſepoſui, cum æſtate, ſi erit otium & facultas, σὺν Θεῷ reſumpturus. Itaque* Herodoto *tandem, non ita tamen ſolo, ut non & aliis diſtraherer ſæpius, per duos menſes operam dedi, quantam per quotidianum penſum dare licuit, & pauca quædam attuliſſe mihi videor ut illius jam editio prodiret illuſtrior & προσθήκη aliqua auctior: plura ſane allaturus, ſi per tempus licuiſſet huic rei inhærere longius. Scilicet qui in opere ipſo parum poſſunt, in parergis ſunt occupati: quique in libro ipſo elaborare nihil audent, interdum tamen quaſi alludunt ad margines. Tu de omnibus ita cenſebis, amice & candide lector, ut tumultuarie valde præſtitis, & nimis properanter, præterea ab homine cui profecto nec ingenium in numerato eſt, nec exprompta adeo memoria. Ego paucis ordine ea referam, quo & de aliorum laboribus certus fias unde ſcilicet quidque & à quo ſimus mutuati. ita enim unicuique ſuum, ut verum & par eſt, poterit tribui.*

Textus (uti vocabulo jam recepto in hac re utar) Græcus & Latinus noſtri Herodoti *ad exemplum editionis* H. Stephani *ſecundæ expreſſus eſt: quid vero ipſe in ſua recenſione præſtiterit, cognoſcas, ſi lubet, ex ipſis prolegomenis, quæ ſtatim cum aliis* Herodoto *præfixa invenies. Mutare mihi nihil permiſi, niſi quoſdam typographicos errores, ita certos, ut me palpari putarem: qua tamen in re quo verſarer cautius, adhibui ſemper editionem ejus primam, mihi quondam à Clariſſ.* Grutero *datam. Raro item in interpunctionibus variavi, itidem illa priori nonnunquam in conſilium adhibita, editione certe diligentiſſima. ubi tamen utrumque ſpero ita tentatum, ne quidquam facile in iis locis, quos ſtudio ſe mutaſſe ait in illa ſecunda editione, peccarem. De interprete alias quem* Vallam *autumant, mihi profecto idem accidit, quod* H. Stephano, *ut obſcuras quaſdam ſententias tam apte expreſſas ab eo in* Herodoto *mirarer, interdum tamen ipſius interpretatio, licet nondum ullam accuratiorem linguarum cognitionem mihi vendicare poſſim, meis auribus quidem neſcio quid mendoſi ſonaret & inconcinni. Adeo ut ſi quid ego voluerim refert, optimum* H. Stephanum *de novo vertiſſe & συγκρίσεως optarem, quod illi facile fuiſſet, qui vix duodecim dies conſumpſerit in tot interpretationibus & melioribus & verioribus conſcribendis quas oræ adpoſuit: vel ut iſtas interpretationes, quas margini adjecit, in textum ipſum tranſtuliſſet, quum præ iis alteræ plerumque etiam plane falſæ ſint, vel Græcis verbis minus reſpondeant. Verum quoniam ipſe hoc noluit, immo etiam aliis diſerte interdixit ne in contextum referrent has interpretationes; & nos ejus voluntatem contra ire hic jam noluimus: quo tamen lectori oræ paginarum ad notandum vel obſervandum eſſent liberiores, illa omnia cum bona ipſius diligentiæ pace migrare juſſimus in extremas paginas, ubi nobis videntur locum non minus certe commodum vel elegantem obtinere: numeris præfixis, qui ſingulorum quo referenda indices. Cæterum de libello qui vitam* Homeri *continet, didici ex primi* H. Stephani *editione, eum eſſe ex* Conradi Heresbachii *interpretatione, ab* H. Stephano *multis locis recognita: at verſus qui paſſim inſerti occurrunt,* Conradum *non vertiſſe: ideoque eos partim ex ejuſdem* H. Stephani, *partim ex aliorum interpretatione nos habere. Et hæc de contexta, interpretatione, interpretationeque recognita. Ad* Capita, *ſive* Tmematia *quod attinet, dixi ante annum ad* Cæſarem, *quid in ea re ſpectaſſem, eundem auctorem ita videlicet partitus. Si qui improbant, libere dico in hac re, malo cum illo quem magnum in ea auctorem ſequor ita deſipere (quod Muſæ tamen bene prohibebunt) quam cum illis diverſe ſentire. Sed, inquient, rectius tamen & melius potuiſſet iſta partitio inſtitui. Hic ſane habebunt me fatentem, & aptius alium potuiſſe non negabo; noſtramque minus congruam interdum, immo ſæpius, & id fatebor; & fuiſſet alia modo qualis qualis ad manus, arripuiſſem libens vel ambabus quod aiunt. Ego mehercle in feſtinatione ſumma non potui iſta dinumerare accurate: nec ullum inde auctori noſtro ſpero fore incommodum; quod eas numerorum σημειώσεις oræ interiori paginarum adpoſui, neque ipſum contextum ideo diſtraxi: ſaltem ea fini elaborans, ut Index ad eas accommodari poſſet; non ad paginas, quæ in nulla non editione incerte variare ſolent. Auctorem alias ita ſcripſiſſe, ejuſque orationem ea inter ſe cohærere ἁρμονίᾳ, ut omnem iſtam minutam diviſionem reſpuat, ſi neſciviſſem, ex re ipſa ſatis potuiſſem experiri. Nec capita etiam inter ſe paria, ſed illa prolixiora, iſta breviora feci, prout mihi multum rerum nominumve contineri videbatur pro Indice excerpendo. Nec ſpero tam iniquum mihi aliquem exiturum,*

ut

ut ad mensuram hæc tradi sibi postulet. Nemo tamen in Plinio, Æliano, (*quamvis illis alia scribendi materia*) *aliis, hanc inæqualitatem culpat, sed sic permittunt, quamvis ab indoctiss. sæpe librariis ea profecta segmenta sciant. Sed vos qui nimium reprehenditis & acerbo animo, considite quæso vel noveni, quot* Herodotus *noster &* Cephalion *quidam Musas conscripsit, idemque tentate separatim quisque: dabo vobis contra pignus, si inter vos conveniet. & ni tandem exclamabitis ipsi Quot capita tot sensus, id quod vulgo jactant. Pergo. Notulæ quæ in textu Latino nigræ occurrunt interfertæ tales ¶, designant tibi tmemata, vel tmematia, in quæ* H. Stephanus *librum unumquemque in sua editione posteriori distribuit; qua distributione, ut ipse ait, lectio quæ alioqui nimis longa videri possit, in certa intervalla, ceu longa quædam via, dividatur, ubi commode, si visum fuerit, liceat interquiescere. Id quoniam ipse monuit, nec ego sane omittere volui. De vita vero* Homeri *adhuc dicendum supereſt, nos in* H. Stephani *editione ad Græcum contextum nullas* διφασίας (*ut ipse* Herodoteo *vocabulo vocat*) *lectiones inveniſſe. Quum itaque olim dum* Heidelbergæ *apud nobil. & ampliſſ.* v. G. Mich. Lingelsheimium, *patronum meum eximium, quem honoris & laudis gratia nomino, degerem, cum ms.* Palatino, *in quo una cum quibusdam aliorum auctorum scriptis ista ἐξήγησις περὶ τῆς τοῦ Ὁμήρου γενέσεως καὶ βιοτῆς continebatur, illum libellum contulissem, istaque excerpta adhuc inter scidas meas inveniſſem, & quosdam locos inde augeri & emendari non inepte posse vidissem, eam διαφορότητα singulis locis in margine Græci contextus adscripsi; in contextu ipso mutavi nihil, sicut & infra in scriptum illud præfatus sum. Sequuntur adjectæ ab* H. Stephano *adpendices, de* Persarum Legibus & Institutis *una, altera de* Ægyptiorum, *utraque ex auctoribus priscis ab eo excerpta cum quibusdam ejus in aliquot locos observationibus. Hic lubuit quid loco quasi tertiæ adpendicis addere, vel quasi locupletare adpendicem* Stephani Ægyptiacam. *De illo enim* Ægypti *flumine unico,* Nilo, *ex pluribus auctoribus adjeci veterum sententias inter se dissentientes omnes super hujus fluvii augmento, partim &* Herodoti *opinionem refutantes. Notaveram mihi illa loca, quum alias collectanea ad* Herodotum *pararem, variis auctoribus antiquis raptim pervolutatis, & novis etiam quicunque mihi ad manus: stulte, qui hæc confieri sperabam posse tempore tantulo. Sed ista tamen privatim corrasisse forte non erit aliquando plane supervacuum. Possent enim ni fallor quædam loca inde* Herodoti *emendari, illustrari certe: & utinam hanc operam nobis* H. Stephanus, *qui omnium potuisset optime, dedisset, suásque illas promissas adeo adnotationes emisisset: quas jam unquam emersuras quis speret, postquam*

Τὸν Μέσας φίλον ἄνδρα τέλος θανάτοιο κάλυψεν.

Vix vacat in his temporis angustiis, lubet tamen locum qui occurrit in exemplum subjicere. Clione, *cap.* CXVII, *ait ad* Astyagem Harpagus ἐπεί τε ὁ ποιμὴν τοῦτο τὰ κελεόμενα, ἐτελεύτησε τὸ παιδίον, πέμψας τὸν ἐὸν ἐνέηκαν τοὺς πιστοτάτους, καὶ εἶδον δὲ ἐκείνων, καὶ ἔθαψα μιν. *Hic pro ultimis verbis forte alicui non displiceat lectio quorundam, ut videtur, veterum,* ἐθαψάμην. *Sic enim diserte* Thomas *magister in eclogis vocum Atticarum:* ὡσαύτως (*scilicet ut* ἐθρεψάμην *dicimus pro* ἔθρεψα, *&* ἠγανακησάμην ἀντὶ τοῦ ἠγανάκησα) καὶ ἐθαψάμην ἀντὶ τοῦ ἔθαψα. Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· καὶ εἶδον δὲ ἐκείνων, καὶ ἐθαψάμην. *Sed non possum quin & alterum, quum non ita procul illum sequatur, addam, qui forte majoris momenti. Eadem prima Musa,* cap. CXXVIII, *de* Astyage *legitur:* πρῶτον μὲν τὸν μάγων τοὺς ὀνειροπόλους, οἳ μιν ἀνέγνωσαν μετεῖναι τὸν Κῦρον, τούτους ἀνεσκολόπισε. *Scilicet pro illo* μετεῖναι *forte* μὴ κλεῖναι *legendum, nec aliter veteres codices habuisse, si me* Thomæ *ejusdem auctoritas non fallit, quamvis apud eum corrupta una literula ita legas:* ἀναγινώσκω τὸ ἀναπείθω, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ· οἳ μὲν ἀνέγνωσάν με κλεῖναι Κύρον. *In primis vero plura in illis qui* Herodoti *verba hinc inde laudaverunt, mendosa possent è nostro rescribi. Sane apud* Stephanum, *sive quisquis est ille ὁ τὰ ἐθνικὰ καταγράψας, varietas in propriis urbium celeberrima est, ut loco exempli,* Θύελλα, πόλις Οἰνωτρίας, ἐν ᾗ μοῖρα Φωκαέων ᾤκησεν, ὡς Ἡρόδοτος α'. *atqui in* Herodoto *nostro illa* Τέλη *scribitur in ea Musa* Clione, *cap.* CLVII. *Sic quæ* Euterpe, *cap.* XXIX. Ταχρῶβα, *Ethnicographo saltem* Κομβὼ *ex eodem libro* Herodoti *affertur. Qui* Ζύγαντες, *in* Melpomene, *c.* CXCIV, Γύζαντες *ex eodem libro quarto laudat idem, & in* Βύζαντες *ait, καλῶς λέγει τῷ γ' Γύζαντες legi apud* Herodotum, *quo modo tamen & in* Κύρεωις (*quæ* Κύρηνις Herodoto *ibidem*) *adducit, νῦν, inquiens, καὶ Γύζαντας τοὺς ἐν Λιβύῃ Ἡρόδοτος πιπάρτῃ. Verum mitto hæc, & dico de cæteris quæ restant. His itaque ad-*

pendicibus,

pendicibus, quas dixi, ſubjectum habes Frid. Sylburgii *Spicilegium in* Herodotum, *quod ex editione* Herodoti *Latina minori forma ab illo ad exemplum* Stephanianum *primum anno* CIↃ IↃ LXXXIV *curata, ubi id interpretationibus* H. Stephani *in margine inſertum, raptim excerpſi. Non paucis tamen locis adhuc inquiri poſſe in interpretem nemo mihi negabit qui examinabit accuratius, ocioſiuſque hoc agere volet. Mihi ſane ita viſum fuit non raro vel obiter relegenti, & propoſuiſſem libens, ſi per tempus licuiſſet; tam quorundam locorum interpretationes alias, quæ apud recentiores exſtant poſt* Vallam *prolatæ, quam meas de quibuſdam locis in* Herodoto *Latino dubitationes, ut viri docti de his ſtatuerent & decernerent; rectene an ſecus illud facerem: nam & ego meum nomen inter illos profiteor qui doceri cupiunt. Vel illud ultima Muſa,* cap. CXIX, *quale eſt?* offa illa ſalſuræ prius impoſita reſiliit palpitavítque, quemadmodum piſces recèns capti. *Quando* prius? *& quid verbigerari opus? omnino ſcripſiſſe* Vallam, prunis, *& id à librario male deſcriptum, vel ab operis male lectum, indeque effectum illud* prius. *Græca certe id confirmant:* οἱ τάφροι ὅτι τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἔπαιρον, ὅκωσπερ ἰχθύες νεάλωτοι. *Ibidem ſtatim ante capite* CXVIII, ὡς καταλαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὸ Αἰγὸς ποταμοῦ. *Valla,* quum pauci eſſent, ſuper Ægos fluenta circumventi. *qui itaque legerit* ὀλίγοι ἐόντες. *An recte vero, ego non judico, ſaltem indico ut legerit. Qualia multa quis obſervet, qui vel obiter hoc agat. Ne recedamus longius, eadem* Calliope, *c.* 98. Quod facientes quum cernerent Perſæ, & ſcirent Samios fuiſſe adhortatos, arma Samiis adimunt. *potius debebat* Ionas, *pro* Samios. *Ita enim* Herodotus, καὶ τοῖσι Ἴωσι παρεκελεύοντο· *ſcilicet* ὡς εἶδον οἱ Πέρσαι τοὺς Ἕλληνας. *cap.* LXXIV, Εὐρυβάτῳ Eurybatem *Argivum legimus, quem* Valla *mendoſe* Eurybiadem *habet. Sic cap.* LII. *de* Amompharetro: ἅτε οὐ παραβαλόμενος τῷ πρότερον λόγῳ· *in* Valla *omiſſa negans particula,* quippe qui colloquio ſuperiori interfuiſſet. *Verum & hæc colligo non ultra, ſed miſſa facio jam. Nunc & de* Cteſia *breviter, in quo pariter, quod ad excerpta quidem ex ipſius* Perſicis & Indicis *à* Photio *attinet, ſequuti ſumus* H. Stephani *editionem* Herodoto *adjunctam: niſi quod aliqua quæ auctiora in clariſſ. & benevolentiſſ. viri* D. Hoeſchelii Photio *Græco erant, vel in ms.* Bavarico *eſſe idem vir laudatus monuit, ea fere in contextum noſtrum retuli, utrimque ſecus tamen uncis incluſa, & re ad oram indicata: Latinam verſionem tum pariter mutuatus ex Latino* Photio *eximiæ eruditionis viri* A. Schotti, *qui præclaram illam editionem ſuam ad me ante annum dono miſit. Græcæ lectiones variantes ad oram vero ſunt ex eadem editione* Photii, *quam cum* Stephaniana Cteſiæ *diligenter contuli, & ubicunque illa variabat ad noſtram adnotavi. de quibus & infra ad* Cteſiam *monui: ſicut & de hoc, Notas ſubjectas & Interpretationes diverſas eſſe ab eodem* A. Schotto, *priores quidem; poſteriores vero, quæ novo incipiunt à ſigno, eas ab* H. Stephano *& D.* Hœſchelio *eſſe. Ipſi* Cteſiæ *præfixi* H. Stephani *diſquiſitionem de* Cteſia, *& quæ ſub finem ejuſdem notarum legebantur de* Διτλοσεφία *quorundam nominum, in* Cteſia *præſertim, deque voce* Ἐκλογῶν· *hæc inquam ex editione ipſius prima, qua anno* CIↃ IↃ LVII *dedit* Cteſiæ *eclogas Græcas cum quorundam aliorum. Ut itaque* Perſica & Indica *excerpta ex converſione* H. Stephani *Latina habes, è qua & antea, (quam, & in prioribus ejus editionem ſcilicet ſequutus, hic loco movere nolui: non ignarus alias à clariſſ.* Schotto *in eadem re poſt ipſum elaboratum eſſe haud fruſtra, ut vel quæ raptim excerpſi indicent, præſertim in* Indicis) *ita in* Indicis *& alteram ſubjeci ab amico nobis viro quondam confectam, & qui nunc* μακάρων ἀριθμεῖται, L. Rhodomano, (*ob cujus obitum Græcæ Muſæ* ἀντίων ἀλλήλαισιν ἐκώκυον) *ſed non editâ, quam deſcriptam huc miſit, quum de noſtro inſtituto cognoviſſet, nob. & cl. vir* Mel. Goldaſtus. *Ultimam partem, Fragmenta nimirum* Cteſiæ *congeſta, & in ordinem nonnullum interdum digeſta, ibi ſi meo labori aliquid adſcribam, non ſpero me ideo cujuſquam reprehenſionem incurſurum. Quamvis enim fatear lubens præcipua quædam ex* Xenophonte, Plutarcho, Athenæo, *&* Demetrio Phalereo *ab* H. Stephano *primum collecta & edita, poſteaque ab* A. Schotto *in Latino ſuo* Photio *aucta ex aliis auctoribus: tamen & eadem & non pauca alia me contuliſſe vel ipſius* Cteſiæ *verba, vel aliorum ex ipſo factas* ἐκλογὰς, *vel ubi ejus mentio, certum eſt. Ubi tamen nihil expoſco quam tumultuariæ* συναγωγῆ συγγνώμην. *quam paucis enim diebus me circumſcripſerint operæ, quibus iſta deſcribenda, conſcribenda, omniaque* παρέργως, *quid referre attinet? Adſcripſi vero ad Latini contextus oram ſemper, quo interprete illa legas: quæ ſi è quibuſdam crebrius petenda fuere, ut ex* Plutarcho, Æliano, Tzetze, *id interdum*

omiſſum

omiſſum fuit admonitiunculæ, facileque ipſe colliges ab eodem eſſe interprete, cujus verſionem in ejuſdem auctoris verbis antea adpoſuimus. Athenæi omnia puto ex H. Stephani *interpretatione, certe ex ejus editione horum fragmentorum eam ſumus mutuati. In cæteris minutioribus particulis, ubi non ad manus fuit verſio, à me ipſo exſculpere conatus fui aliquid interim quod alicujus verſionis loco eſſet, ne una ex parte ſcilicet paginæ vacarent. In quo te iterum rogatum volo quiſquis es, ut benigne mecum agere velis, & non ad tuam eruditionem iſta expendere nimis, qua me facile vincis, vel vincere potes: ego enim cedam libens, acerbitatem tantum deprecor & in carpendo malevolentiam, alias facillime laturus ſi meliorem ſubſtitueris, noſtræq; alleveris atrum Tranſverſo calamo ſignum. Errare ſolent & qui cavent ne errent, qui nonum ſua in annum premunt: quid mihi incautiori & ſua jam adeo præcipitanti accidat? Et idcirco egregiam laudem ſpoliaque ampla referet hercle nemo, qui feſtinantis erroribus valde inſultabit. At quo feror? nec enim cum tali mihi rem eſſe volo, ſed cum candido & humano lectore, quem tamen & ipſum ne morer diutius, ſermonem contraho. Notas igitur extrema quæque paginarum ora* Cteſianorum *fragmentorum ut in mentem venit ita quaſdam aſperſi: ſicut & in tertia feci adpendice. De Indice jam in* Herodotum *ſermo iterum longus incipiendus foret. Sed breviter, quum eum quem inceperam ipſe perficere non poſſem, reconcinnavi quantum poteſt priores: ita tamen ut multum auxerim vel ſexcentis locis, multa falſa & ridicula ejecerim, & pleraque ad* Herodoti *ipſam dictionem reformaverim. conferre volenti id patebit: licet non omnia curva corrigere potui, ſed omittere ſic coegit nolentem quamvis pro labore multo & vario χρόνου ἀχαρὴς. Optimus ille vir* H. Stephanus, *cujus memoriam cum honore uſurpo & laude, ita ejus infinita & eximia merita de bonis auctoribus jubent, cuicumque illam provinciam mandaverit, is fruſtratus profecto fuit ipſum non parum. Ad Græcum quod attinet, in eo conſtruendo actum agere me non opus fuit ſcilicet. Notum enim exſtare Lexicon Ionicum Aem. Porti quod* Herodoteæ *lectioni utiliter adhibeas. In eum finem addidimus numeros barbaros in ora contextus Græci; ut ita iſtud Lexicon & noſtræ editioni inſervire commode poſſit. Sed fere oblitus fui eorum quæ* Herodoto *præfiximus. Ut itaque ὕστερον πρότερον, quod aiunt, ὁμηρικῶς, verbo, quod ad illa, abſolvam, ſunt ea* Prolegomena *ex* H. Stephani *ambabus editionibus petita, ut & vocum* Herodoti *recenſio. Nos adjecimus* Lexicon, *uti quidem titulus præſcribitur, vel potius, ut mihi videtur, gloſſas notabiliorum in* Herodoto *vocabulorum. Miſit id ad nos ita tranſcriptum, quo exemplo edimus, è ſuo ms. vir nob. & cl.* Mel. Haminsfeldius Goldaſtus. *Quod conjecturæ de quibuſdam incidit obiter, ad oram poſui: alias mihi notavi bonam partem αὐτολεξεὶ ex his gloſſis exſtare apud Corinthum in iis quæ præter alias de dialecto Ionica conſcripſit. Tum de vita, ſcriptis & ſtylo noſtri* Herodoti *ex priſcis aliquot Teſtimonia adjeci, quantum quidem per unum alterumque diem, quo protractum fuit hoc opus in ipſis nundinis, coacervare licuit. Tu & hanc operam boni conſule, idem rogatus, quod de priore abs te petii. Sed de carmine duplici ad me à clariſſ. & literatiſſ. viris miſſo, ſtatimque ſubjecto, volo me tibi omnino excuſatum. Nec enim diffiteor mihi immerito tribui quidquid ibi laudis; nec potui tamen quæ amoris cauſa miſiſſent omittere, licet non & potui non erubeſcere ideo. Teſtari itaque libet, me amorem & benevolentiam eorum erga me agnoſcere inſigniter, animoque gratiſſimo amplecti. cætera illos partim de noſtro inſtituto non rectè intellexiſſe, quum id, ut ingenue expoſui, aliorum potiſſimum veſtigiis inſiſtat illorumque exemplum ſequatur, partim præjudicio, ignoſcant verbo, quod fecit amor, præoccupatos, in me laudando fuiſſe largiores. Ego ſane quo rarius illis adjecero oculum, lucrifacere potero ruborem ſæpius. Optarem tamen τῷ θαυμαστῷ* Broughtono *Hecatoſtichon, quod in* Herodoti *& mei gratiam pangere cœpit, abſolvere licuiſſet. Nunc derepente alio profectus, id abruptum reliquit. Libet tibi tamen primos aliquot verſus ex iis quos vidi, vel* Herodoti *noſtri cauſa, & ut cæteros eliciam, adſcribere,*

Ἡροδότου λιγυρὴ Ἰὰς ἱστορίης ἀπόδεξις
Χραισμεῖ πρὸς τὸ νοῆσαι Ἑβραίων γράμματα θεῖα.
Ὄψεται, ὅσκε θέλῃ, ὁτέῳ δὴ ταῦτα μέμηλε,
Ἐννέα Μουσάων δωρήματα νόσφιν ἑλίξας.
Κλειὼ ἔχει Κύρου κλέος ἐν Βαβυλῶνι ἀλῶσαι.
Πρᾶξεις δ' Ἡσαΐας πρὸς Κύρου ἐνομαχλήσλιν, &c.

Nec

Ad Candidum Lectorem.

Nec amplius te moror, amice lector. Tu modo hæc, quæ in tuam gratiam à nobis præstita sunt, bene interpretare, & ignosce erratis, quæ nos præterierunt, quum præsertim oculi invaletudo ad occupationum mearum vim accederet, egoque alias nec è Lyncei *prosapia nec* Argi *me feram, qui tamen suis oculis credo negotium invenirent, talis est operarum plerumque varietas, & errorum inconsiderans accumulatio, laborumque quasi catenam, quod considerare debes, trahimus continuam: adeo ut hic τὸ ἀναμάρτητον (quod alias Dei proprium solius, καὶ τοῦτ' ὄλιγι γῆς ἐδ' εἰς ἕνα ἡμῶν ἀφικνούμενον, ut cum* Aristide *hoc dicam) à nobis exigere velle nemo debeat, qui modo ipse hominem se natum cogitaverit. Vale & nobis fave. quod si feceris, efficies nos ad alia posthac alacriores.*

Series Eorum quæ in hoc Opere continentur.

HERODOTI defensio contra ejus reprehensores, nominatim vero *Plutarchum*, ex *Joach. Camerarii* procemio in historias *Herodoti*.

Herodoti vita, ex eodem.

De dialecto *Ionica*, ex eodem.

Herodoti vocabula Ionica, & quædam genera loquendi, illi cum *Homero* magna ex parte communia: necnon alia collecta & Latine reddita, partim ab *Joachimo Camerario*, partim ab *Henrico Stephano*.

Alia de *Herodoti* vocibus & varia in quibusd. mss. scriptura, *&c.* ex ejusd. *H. Stephani* prolegomenis diversis.

De vita, scriptis, stylo *Herodoti* ex autoribus antiquis, tam Græcis quam Latinis testimonia.

Quibus subjecta & epigrammata aliquot Græca veterum, & pro ejus defensione plura nova *H. Stephan.*

Herodoti libri ipsi IX, nominibus Musarum inscripti, *Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymnia, Urania, Calliope*, cum interp. Latina *L. Vallæ*, & recognitionibus *H. Stephani*.

Herodoti libellus de genere vitaque *Homeri*, cum interp. *Heresbachii*, ab *H. Stephano* recognita.

Appendices ad *Herodotum* de Legibus & Institutis tam Persicis quam Ægyptiacis, è diversis auctoribus, opera *H. Stephani*.

Appendix alia de incremento *Nili*, & ejus causis ex diversis auctoribus.

Frid. Sylburgii spicilegium ad *Herodotum*.

Sequuntur CTESIÆ quædam.

H. Stephani de Ctesia disquisitio.

Ejusdem de Διτλογραφία quorundam nominum in Ctesia præsertim: & de Excerptis ipsis ac voce Ἐκλογῶν.

Elogium *Ctesiæ Cnidii* ex *Brissonio*.

Veterum testimonia aliquot de *Ctesia*, ejusque stylo.

Series regum *Persicorum* ad *Ctesiæ* historiam ab *A. Schotto* descripta.

Ctesiæ Persicorum Excerpta ex *Photio*, cum interp. *H. Stephani*, & variis lectionibus ex editione Græca *Photii*: item cum diversis Interpretationibus *A. Schotti*: & notis ejusdem, & *H. Stephani, Davidisq; Hæschelii*.

Ctesiæ Indicorum Excerpta ex eodem *Photio*, cum iisdem quæ ad *Persica* accesserunt.

Eadem Indicorum excerpta ex interpretatione *Rhodomani*.

Ex eisdem *Persicis, Indicis*, & aliis *Ctesiæ* scriptis fragmenta, ex variis auctoribus congesta.

Omnia cum interpretatione Latina & Notis.

Henrici Stephani Apologia pro *Herodoto*, sive *Herodoti* Historia fabulositatis accusata.

Chronologia *Herodoti*.

Variantes Lectiones & Notæ Breves ad *Herodoti* Historias; operâ & curâ *Thomæ Gale* Angli.

Lexicon Ionicum duplo auctius, ex MSS. per *T. G.*

Index Dictionum Ionicarum quæ in *Herodoto* notatu sunt dignæ.

Index Materiarum Latinus.

EX

E X

JOACHIMI CAMERARII

Procœmio in Hiſtorias HERODOTI.

QUum Ricardus Crocus, Britannus, qui Lipſiam advenerat, ſtatuiſſet domi ſuæ quibuſdam privata opera Herodoti hiſtorias explicare, nos etiam tum ad hunc autorem cognoſcendum à magiſtro ſumus miſſi. Etſi autem Crocus vix pervenit ad ſecundum illius autoris librum enarratione ſua, ego tamen captus dulcedine & elegantia atque etiam facilitate ſcriptorum, quum celeriter diverſitatem quandam ſermonis, quam διάλεκτον vocant, percepiſſem, ita poſtea ſemper in illo legendo hæſi atque perſeveravi, ut qualemcunque (ſentio enim quàm exigua hæc ſit) facultatem Græcæ linguæ conſequuti ſumus, eam magna ex parte Herodoti lectioni acceptam referre debeamus. Itaque & nunc eum quo tum uſus fui (acceptum à magiſtro) Herodoti codicem, tractatum verſatúmque à me plurimum, omnibus in pagellis *notatiunculis* & ſcriptura noſtra inſignem, inter alios omnes & diligo maximè, & quoties fortè aſpexi, non unquam ferè temperare mihi poſſum quin aperiam, & in eo aliquid legam. Tum redit in memoriam puerilis ſtudii jucundiſſima cogitatio: & illum laborem mediocrem, non tamen fuiſſe omnino ἄλιον, οὐδ' ἀτέλεστον ἱδρῶϑ' ὃν ἱδρωτα, lætor. Autorem autem iſtum tanti facio animo meo, ut nullum omnium aliorum huic meritò anteponi poſſe cenſeam.

Paulo pòſt.

Neque me fugit, poſſe hoc teſtimonium de Herodoto meum videri magis amoris eſſe erga illum tam longo tempore confirmati, quàm judicii, vel etiam illo hoc eſſe corruptum. Notum enim quod & aſtrologi uſurpant, τὸν φιλίαν καὶ τὸ μῖσος ἐλαττῶν τὰ μέγιστα, καὶ μεγαλύνειν τὰ σμικρότατα. Quapropter hoc loco placuit cauſas exponere cur tanti facerem illum, & veluti rationes referre ſententiæ noſtræ, atque etiam reſpondere iis quæ reſciviſſemus adverſus ipſum dici ſolere: ut intelligi poſſet, neque nos temere aut de puerili perſuaſione quadam illum celebrare, & inſectatores ipſius ad malignitatis crimen quandam etiam imprudentiæ ignominiam ſibi accerſere. Ac noſtra ſententia paucis illa quidem confirmabitur. reſponſio erit longior, ut neceſſe eſt: de qua tamen & ipſa, inductio animi mei & rationum concluſio magis atque certius poterit perſpici. Quum igitur in quocunque autore in primis id quod ab illo ſuſceptum eſt ad exponendum, & ipſa expoſitio, conſiderari ſoleat: in priore hæc ferè ſpectanda ad laudem exiſtimo, ſi eæ res ſumptæ delectæque ſint quarum cognitione alii adjuvari, quæque ipſæ ſuapte bonitate placere poſſe videantur: in poſteriore, ſi expoſitio ſit verbis ſententiiſque apta atque conſentanea. Quæ breviter dicta latè patent ad intelligendum. Sed in utroque quid Herodotus neglexit, vel non præſtitit potius, quominus præclariſſimus & celeberrimus autor haberi debeat? Nam quæ accedit antiquitatis autoritas, quanti & ipſa ſit putanda, quantúmque ponderis habeat, quis non videt? Quiſve ignorat, omnium conſenſu maximam huic laudem, admirationem, reverentiam deberi? Quum autem priorum temporum hiſtorias, variarum quidem gentium, ſed potiſſimum Perſarum & Græcorum, componendas & narratione ſua exequendas ſuſcepiſſet, nónne potius præcipuas & præclaras res complexus

plexus eſt expoſitione ſua, quàm nihili atque futiles? ut fecere, fortaſſe & veteres aliqui, certè poſteriorum ex illo genere ſophiſtico multi, qui nihil niſi inani quadam oblectatione animos levium quorundam afficere ſtuduerunt; ſicut ille Æthiopicorum & Deæ Syriæ autor: de quibus facilè exiſtimari poteſt de ſimilibus operibus aliorum. Ergo nihil tale in hoc eſſe autore affirmo? Minimè equidem: ſed hoc caput eſſe hiſtoriæ nego, quum ſit potius expolitio & exaggeratio quædam illius. Argumentum autem & caput quod? fundationes, everſiones, mutationes regnorum maximorum, opulentiſſimarum urbium expugnationes, ſucceſſiones potentiſſimorum regum, celeberrimarum civitatum fortunæ & imperia. Oratio verò nónne placidiſſimè decurrens, omnibus ornamentis conſpicua eſt & illuſtris? Soluta compoſitione (ut Ciceroni placet) diſſolutior, id eſt, numeris carens: quum naturalium quædam in illa tamen numerorum modulatio inſit, à quo ipſo etiam præſtantia quædam non abeſt. Narrationes ſunt diſertæ: indicationes expreſſæ & ſpecioſæ: explicationes accuratæ & evidentes: collectiones certæ atque plenæ: in his rerum geſtarum, hominum, temporum fides: accurata compertorum relatio, dubiorum conjectura ſagax, fabuloſorum verecunda commemoratio: mira ubique ſimplicitas, & eximius quidam candor. Quæ omnia hiſtoriæ potiſſimùm famam, dignitatem, virtutem conſtituunt & proficiunt.

His breviter & ſtrictim commemoratis, ad ea quæ in hoc autore reprehendi, quorumque nomine vituperari à quibuſdam ille ſolet, accedamus. Contra quæ quum dicemus, etiam eorum pleraque quæ poſuimus paulo antè, tractabuntur copioſius & enodatius. Ac primùm de illa vulgari & ſanè veteri accuſatione mendaciorum, pauca diſſeramus: non enim certè res ipſa multa deſiderat. Aldus etiam Manutius jam hoc ante nos crimen diluit. Sed quænam ſunt illa obſecro mendacia? Quidam ſanè profitentur ea ſe annotaſſe & confutaſſe: quæ utinam perveniſſent in manus noſtras. ita enim futura eſſet reſponſio copioſior. Neque deſunt qui Herodoti potiſſimùm ſcripta illi ſatyræ inſectationi occaſionem præbuiſſe perhibeant, ut audaciam mentiendi in hiſtoria Græcorum exagitaret. Nam Athos (ut ille loquitur) velificatus, deridetur, & compedes Helleſponti, epotaque flumina Medo. Nonnulli fabuloſas quaſdam narratiunculas inſertas paſſim hiſtoriæ, ut hujus gravitate indignas, rejiciunt, & propter illas autorem mendacii damnant. Sed de iis quæ memorantur ab Herodoto propter magnitudinem nobis incredibilia, periniquum fuerit judicium, ſi non vera eſſe ideo ſtatuemus quòd notis cuique rebus, moribus, diſciplinæ non ſimilia, neque rationibus noſtris congruentia eſſe videantur, ſique non niſi iis quæ facilè intelligere & animo complecti poſſimus, fidem habendam eſſe ducemus. Quàm multa illi ipſi qui hæc antiquiora falſa fictáque eſſe affirmare audent, ſe vidiſſe referunt & pro certis commemorant, à quibus aſſenſio legentium refugit? Etiam poſteris hoc noſtris accidet, ut multa quæ nunc nimis verè fiunt atque geruntur, expoſitione inflata & amplificata eſſe ſuſpicentur. Sunt ſanè quædam inaniora (non enim nego) in talibus, ut in peregrinatorum, qui adiere illa loca quæ tellus extrema refuſo ſummovet oceano, ſermonibus. Cujus inhumanitatis tamen fuerit, univerſum genus narrationum iſtarum ſemel abjicere ut futile & vanum? Quod ſi fiat, omnem hiſtoriæ rationem confundi, habitúmque perverti neceſſe ſit. Quid de Babylone prodiderit Herodotus, non eſt ignotum. Hæc nobis ſcilicet probabuntur de ſenſu & cognitione oppidulorum noſtrorum. Quid enim ad illa ſpatia, vel maximæ urbis omnium quas novimus ambitus? Itaque & Ariſtoteles gentem regionémve appellandam potius Babylona, & ſiqua alia æqualis fuerit, quàm civitatem aut urbem, cenſet. Quid? de fertilitate ſoli Aſſyrii quæ narrat, an nos credere poterimus de noſtris arvis? Quo tamen loco ipſe ignorantiæ incredulitatem refutavit. ſic enim ait, *Ita bene fert ea terra fruges ut nunquam non reddat ducena: ſi autem quàm poteſt optimè tulerit, reddit trecena. Folia tritici & hordei lata naſcuntur digitis commodis quatuor. At milii & ſeſami quam proceræ arbores exeant, in ſcientia certa non memorabo. Intelligo enim, eos qui in regione Babyloniorum non fuere, minimè credituros vel ea quæ de frugibus modo diximus.* Sunt autem hæc etiam diſtinguenda. Alia enim ad utilitatem aliquam legentium, vel explicationem eorum de quibus narratio fit, referuntur atque pertinent:

Juven. ſat. 10.

Polit. 3.

In Clione, c. 193.

Clione c. 178. & ſ.

ut

ut Babylonis descriptio, & copiarum Xerxis enumeratio. de quorum altero facilè perspiceretur, meritò fuisse securos cives in tali & ita munita urbe: alterum & potentiam regni Asiatici, & in quod tum periculum Græcia venerit, demonstrat. Utrumque autem documentum quoddam dat, nullas, quamvis magnas, vires, infractas, neque opes invictas esse. In aliis nihil quæritur, nisi vel delectatio, vel ut audientium animi moveantur nova mirabilique narratione: ut de gryphibus, formicis Indicis, phœnice, & his similibus. Horum, ut illa omni equidem mendacii crimine planè libero, ita haud facilè concesserо, in horum ullo mendacii manifesti autorem redarguendum esse: quum tot derisa quondam & exibilata, pænè jam comperta esse existimentur: quumque non minus istis à veritate abhorrentia multa asseverentur ab iis, qui non audivisse de aliis, sed seipsos aspexisse dictitent; ut nihil tam sit absurdum quin fidem reperire posse videatur. Sed ab his recedamus. *Polymnia, c. 61. & s.* *Euterpe, c. 73.* *Thalia, c. 102. & 116. Melpom. c. 13.*

Ob fabulosas quidem narratiunculas tantum abest ut quasi mendacem incessi vituperarique autorem hunc debere putem, ut etiam, quum & aptissimè illas inseruerit, & bellissimè concinnarit, & vetustissimè composuerit, admirandus: quumque instructionem in singulis aliquam vitæ, consiliorum, actionum comprehenderit, eximiam gratiam quoq; ab omnibus meritus esse videatur. Quid quòd fidem suam in his fere liberat, cavetque nequis simplicior decipiatur, quum addit semper hujusmodi quiddam, *Ut ferunt*, *Ut ego audivi*, *Quod veri mihi quidem simile non sit.* In Euterpa verò plane refutat illam fabulam de præcisis ancillarum manibus, *Hæc garrientes ita narrare mihi quidem videntur.* Item Melpomene, fabulam de Psyllis præmunit. ea enim quæ Afri perhibeant se memorare ait. Quid autem dicit in Polymnia, quod meminisse in tota historia vult lectorem? *Ego*, inquit, *quæ fando cognovi, exponere narratione mea debeo omnia: credere autem esse vera omnia, non debeo.* In conjecturis quidem sequendis, quum de apparentibus (ut ipse ait) obscura colligere studeret, si falsus est, cui obsecro omnium hoc non accidit? Neque qui tale aliquod erratum in scriptis veterum animadvertit, sibi ideo placere & illum contemnere debet. quod ferè ineruditiores isti facere consuevere, qui exultant ad hos notationum & reprehensionum successus, non secus ac si thesaurum invenissent: quum hic verè tum thesaurus (secundùm vetus verbum) in carbones evadet. Sed paulùm etiam ad fabulas illas revertamur: quæ, obsecro, cur offendunt animum cujusquam, quum veritati & integritati historiæ minimè officiant? Sed ut insertæ apud Thucydidem conciones, (quas certè nemo, ut opinor, non confictas, neque non quidem nullas, sed non tales ab iis quibus attribuuntur habitas esse videt) illæ tamen ut in gravitate hujus autoris, admirationem, ita in dulcedine nostri, fabellæ voluptatem habent. At egressiones, & nihil ad rem pertinentium quasi inculcationes, ab historia alienæ sunt. De quo equidem aliter sentio, neque in hoc, neque ullo in genere eruditionem, intelligentiam, doctrinam quasi in angustum cogendam, ut non liceat evagari & excurrere, si libeat, longius. Immo vel solus hic fructus est ingenii & industriæ studiorum, ut veluti ostentatione jactantiaque sui gloriam laudemque petat. Auferat in his mihi aliquis ista: incorruptam, sanctam, castam, ut virginem, debere esse historiam. Non corrumpunt enim, non violant hæc illam: sed exornant, ut aurum & gemmæ pudicissimarum quoque corpora, purissima illa quidem. Nam ut malæ & prostigati pudoris fœminæ insigniorem reddunt comptu turpitudinem suam: ita, quamvis varia copiosaque sit quasi emblematis quibusdam, summa historiæ falsa & commentitia, meritò in sua hæc infamia quasi superba improbetur. Itaque non in ornatam, non nudam, non contractam, sed splendidam, vestitam, explicatam (dummodo integram, &, ut ita dicam, probam & incorruptam) decet esse historiam. Cujus fidem omnem nónne in temporum indicatione, in nominum commemoratione, in rerum tam bello quàm pace à quibusque susceptarum atque gestarum certa enarratione, in occasionum consiliorumque prudenti persecutione omnes positam esse sentiunt? Quæ universa nostrum autorem existimo & custodisse diligenter, & præstitisse præclaré. Quæ enim tempora indicavit falsò, quæve confudit? Quorum hominum locorúmve nomina posuit perperam? Res autem ab iis gestas quos complexus fuit narratione sua accuratè illas quidem retulisse non dubitarim asseverare; *Euterpe, c. 33.*

certò autem & verè quoque, libenter equidem crediderim, quanquam ab aliquibus assensio quodammodo refugiat. In consiliis profectò & occasionibus recensendis qui circumspectionem & prudentiam requirit majorem, nimiùm is quidem esse fastidiosus mihi videtur. Ad hæc, si, ut in tabula magni & memorabilis argumenti, adjuncta sunt veluti παρεργον, quibus undique illa insignis & conspicua reddatur, cujus quæso vel rationis vel sapientiæ, ne dicam incogitantiæ & stultitiæ, fuerit reprehendere? Quum autem historia non solùm delectationem cognitionis, sed institutionem etiam animorum continere debeat, ut & voluptatem & utilitatem afferat legentibus: si his ipsis quæ ut fabulosa notantur, etiam monita utilia atque salutaria multa insunt, quis jam eos non modò qui vituperent, sed qui laudent, iniquius ferre omnino possit? Fuit Candaules rex Lydorum: nemo, ut opinor, negare audet.
Clione, c. 7. Hoc tempore in aliam familiam translatum fuit regnum Lydiæ: an quisquam falsò hoc proditum dicit? Cur igitur illa jam culpant de satellite coacto aspicere nudam reginam? Quæ si, quod haud scio annon sint, conficta essent, quanti multis de causis fieri mererentur? Nónne illam perversionem animorum, quæ ita mirabiliter, ut divinitus effici videatur, sæpe urgentibus fatalibus casibus animadvertitur, demonstrant? Quàm speciosis & bonis sententiis illustris est narratio? Idem & in aliis multis poteram, sine ullo exquisitionis labore, ostendere. Expugnari præter omnium
Clione, c. 24. metum & opinionem Sardis oportuit. Sit jam illud de puero nato cum capite leonino falsum, (quod fortasse minimè est) quàm pulchrum hoc? quòd non circum ille urbem totam latus fuit: quod si factum fuisset, capi secundum responsum divino-
Melpom. c. 131. rum urbs non posset. Sint sanè illa Scytharum dona fictitia: quid incommoditatis tamen habet, vel quid potius pulchritudinis & bonitatis hon habet cùm enarratio tum interpretatio, elegans, festiva, acuta? Sed quare ego pravitate quadam
Polymnia, c. 14. Urania. c. 137. animi, non vera esse potius, id est, ita audita cognitáque autori, putem? Eadem & de Xerxis somnio, de regibus Macedonum, deque aliis similibus dici possint. Quapropter, quod ad crimen hoc vanitatis attinet, prorsus in nostro autore turpitudinem illam & mendaciorum maculas detersas esse confido. Neque possum satis animo constituere meo, qui factum esse existimem, ut à veteribus quoque illud in hunc conferretur. Nisi unus fortasse aliquis plures in errorem induxit, aut invidia odiúmve, vel (ut mollius dicam) animi certa quædam destinataque inductio quosdam ad hujuscemodi calumnias impulit. Sed hæc velle exquirere omittamus.

Nunc ad aliam majore studio susceptam & gravius atque inimicius factam accusationem veniendum, quam intendit huic vir magnæ doctrinæ & sapientiæ laude clarus, Plutarchus Chæronensis, qui nostrum autorem acerbissimè postulavit & convincere conatus est malignitatis, edito libello, cui præscripsit περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. Contra quæ, etsi singularis est viri autoritas & celebris eruditio, concedi tamen nobis oportere puto, ut pro Herodoto dicere liceat: si illi permittitur, contra non minus se, quam nobis ipse est, antiquiorem Herodotum scriptio, atque aliquanto certè præstantiorem, multis nominibus virtutum. Ipse quidem Plutarchus quo paratior venit ad maledicendum Herodoto, & in eo copiosus fuit at vehemens, hoc minus læsisse illum putari debet. Quis est verò qui non laudatissima quoque conviciis impetere posse videatur, quum Zoilos & Xenophanes suos habuerit Homerus? Quid autem verbis conquirere & comprehendere homini non infanti neque obtuso difficile? Et dicit hoc egregiè Æneas ad Achillem,

Iliad. v.

Multa licet memoret convicia uterque vicissim,
Quæ neque centenis remis instructa carina
Perferat: ipsa etenim facilis verbisque redundans,
Sermones variis hinc lingua revolvit & illinc:
Quisque & fortè alii quod dixerit, audiet ipse.

Ut autem contra ea quæ quisque improbet dicere rectè possit, ita quomodo dicat diligenter considerandum: nequid vel inscitè vel etiam maligne improbare videatur. Nam horum utrumque deprehensum & notatum contradictionem omnem infirmat: ita quidem sæpenumero, nemo ut responsione magnopere dignam arbitretur. De quo & elegantissimis versibus & luculento sensu compositum epigramma

ma Græcum Eveni veteris Poetæ fertur: quod nos quondam Latinum fecimus ut ſequitur,

Eſt multis pariter mos omnia dicere contra,
Sed non & ſimilis dicere recta labor.
His ſat erit verbum me commemoraſſe vetuſtum:
Hæc mihi quum placeant, tu licet illa probes.

Plutarchus autem minimè cavit ne inſimulando malignitatis alterum, malignitatem ipſe quandam ſingularem ſuam proderet. Nam quum collegiſſet quaſi intimos ſenſus & reconditam voluntatem pravitatis malignorum, ad illa à ſe propoſita poſtea, ut pueri â magiſtris ſecundum capita quædam traditas materias deducere jubentur, ſic accuſationem ſuam applicavit, in autorem hunc (ut ego quidem judico) illa conferens alienæ malignitatis crimina. Ac ne diſſimulavit ipſe quidem neque texit cauſam iræ ac odii ſui: nam ſuam civitatem, id eſt Bœotos, ignominia affectos, & infamatos (ut ait) immeritò, graviter fert & dolenter. Hinc igitur illæ lacrymæ, hæc illa indignatio. Statim igitur quid autoritatis in tali criminatione ſit, quam non veritatis ſed ultionis cupiditas expreſſerit, apparet, ut illius quaſi filum ſequentes, refellere quæ congeſſit ſingula nihil ſit neceſſe. Sed ad quædam tamen aliquid dicamus.

Quòd vero huic incipiens, ſuavitatem orationis, qua jucundè commoverentur legentes, exprobrat, ad id nihil aliud reſpondendum cenſeo, quàm quod Alexander Hectori fratri, qui ſibi in jurgio formoſitatem objeciſſet, Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐξ ἠθέων ἐρικυδέα δῶρα. Sed malignitatem omnem undique ita colligit: Primùm de uſu nominum aſperiore, deque verbis durioribus, in copia molliorum & leniorum. Deinde, ſi extra hiſtoriæ ſeriem alicujus vitia, vel ſi in hac laudes jejuniùs commemorentur. Præterea, quum plurimum fortè ſermones referantur, aſſentiri deterioribus. omnino enim conjecturas ſequi ad pejora, eſſe malitioſi & infenſi animi. Poſtremò, laudis adjectione veluti condire vituperationem. eſſe enim ſimplicitatis hanc ſimulationem peſſimam. Quid ad hæc ergo dicemus? profectò non reperit in Herodoto iſta Plutarchus, ſed animo ſuo conquiſita in illum intulit. Quare enim uſum nominum verborumque in hoc autore non probat? qui quidem (ut exiſtimo) uſus eſt diſerta & accurata oratione ætatis ſuæ, quam à poſterioris ſæculi forma differre nos quoque intelligere poſſumus. Quid autem cauſæ fuerit cur non potius illa verè & ſimpliciter, quàm mendaciter & invidè, dici ſentiamus? Egregium eſt quod conquerenti Laſthenis factioni, (quorum ſcelere prodita fuerat Olynthus) contumelioſe à Macedonibus ſe nefarios proditores appellari, reſpondiſſe Philippum regem accepimus, *Macedonas eſſe indoctam nationem ac incivilem, ſolereque ficum nominare ficum, & ligonem ligonem.* Quid autem offendit (obſecro) Plutarchum, quòd Herodotus protulit aſperius quædam, ac non mollivit appellationibus? Viſum enim ſcilicet illi fuit id dicere quod eſſet. Nam de conjecturis ſequendis deque laude & vituperatione univerſa hoc licebit unum iterum atque iterum reſpondere: de ſuo illum judicio hiſtoriam ſuſceptam expoſuiſſe: neque rectè facere eum qui ingenii ſui vires in alieno opere explicare velit, præſertim ad infamiam autoris. Ego, ut quicque retulit, ſic ſenſiſſe, audiiſſe, comperiſſe exiſtimo. Et cur non in hac potius perſuaſione perſeverem quàm illam inducam malevolentiæ, perverſitatis, virulentiæ? Quia enim contumelia afficit divina & humana, ſacra & profana. Si vera ſunt, quæ eſt contumelia? (rectè enim ille in comœdia negat ſe maledicere, quum, quæ vera ſint, dicat) ſin falſa, oſtendatur falſitas. Sed quomodo oſtendit? ratiunculis quibuſdam & concluſiunculis leviſſimis. Quod quaſi ipſe ſentiret, ne hoc quidem agere ſe ait, ut mendacii, ſed ut malignitatis reum peragat Herodotum. Hanc igitur defendamus, ſi poſſumus. Ac laudationibus illis minutis & tenuibus (ut vult Plutarch.) quot poſſunt opponi præclarè, & pleno ore (ut dicitur) enunciatæ? Quale enim hoc? *Omnium quos ſcimus hominum primi Athenienſes curſu illati in hoſtes ſunt: omnium primi ſuſtinuere veſtitus Medici & hoc ornatorum aſpectum: ad illud autem uſque tempus nomen quoque Medorum terribile fuerat.* Addantur his quæ de Cynægiro ſcripſit. Ac ne-

Eratone. c. 112.

Ibid. c. 114.

nequis Athenienſis tantum laudatos benignius credat (in quo neſcio quam ſuſpicionem corruptæ largitionibus voluntatis movet Plutarchus, temerè quidem, ut videtur, neque ipſe quicquam explanat) quid? parcéne Lacedæmonios laudavit his verbis? *Sunt Lacedæmonii in certaminibus ſingularibus haud uliis aliis inferiores: in acie verò omnium mortalium præſtantiſſimi.* Quid? horum cives Sperthiam & Bulin parúmne prædicatione ſua ornavit? Sed hæc innumerabilia ſunt. Atque in nomen ſophiſtæ etiam invehitur quaſi probroſum; quum profectò eos, qui veluti opifices quidam eſſent ſapientiæ, & artem quandam facerent illius, ſophiſtas, ut citharistas & grammatiſtas, vocatos, & poſtea vitio hominum, (ut in aliis pluribus evenit) nomen quq; male audiſſe conſtet. Nam quòd exagitat præclaram ſententiam de inſtabili & incerta fortuna rerum humanarum, quam Herodotus Soloni attribuerit (cui quidem ſimiles & alibi leguntur) nimiæ ſapientiæ & pietati hominis concedatur: qui veritus ſit, ne ſi ita de Deo loquamur, ut humanus intellectus quæ dicuntur percipere poſſit, parum pii eſſe videamur. Cur ergo Deo oculos, manus, pedes, aures attribuimus? cur dicimus Deum iraſci? cur ulciſci? etiam vereri profectò, tentare, pœnitere, lætari, dolere. πάρρω γὰρ λύπης καὶ χαρᾶς ἱδρῦσθαι τὸ θεῖον. ſine quibus illa ne intelligi quidem poſſunt. Quid Xenophon? (quo nemo fuit numinis colentior, nemo obſervantior, nemo pietatis erga Deum acrior hoſtis) nónne eandem ſententiam ponere non dubitavit in præclaro illo opere ſuo hiſtoriæ rerum Græcarum? ſic enim ait, καὶ ὁ θεὸς ᾧ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τὰς μὲν μικρὰς μεγάλας ποιῶν, τὰς δὲ μεγάλας μικράς. Hæc igitur ſacrilega eſt in Herodoto ſententia, quia ſecundum hominum intelligentiam φθονερὸν dixit eſſe τὸ θεῖον. Sed hæc quam ſint futilia quis non videt? Omiſſam autem illam retis fabulam & Pittaci pugnam ferat æquo animo Plutarchus: ſeque hoc conſoletur, quòd, ut ait, tot alias expoſuerit non magis profectò fabuloſas. Sed prætereunda ſunt certè aliqua, indigna quæ refutentur. Crœſi quidem annon ſatis clarè memorat eruditionem, & doctrinam fortunæ adverſæ? cui τὰ παθήματα μαθήματα ἐγεγόνεε. Neque Xenophon ſapientiſſimus vir dubitavit ſimiliter poſt amiſſum regnum prudentiorem Crœſum producere. Ad alias argumentationes illius de Epheſiis, Colophoniis, Chiis: ubi quàm levi utitur ratione, quòd Lampſacenus Charon, antiquior ille quidem Herodoto, quædam non ſcripſerit. Quaſi nihil oportuerit narrare Herodotum, niſi quod in literas jam eſſet relatum. Quod dictu eſt perquam ridiculum: præſertim quum ipſe profiteatur, eorum quæ alii non comprehenderint, mentionem facere decreviſſe. Sed cum de illis, tum de Samiis, Corinthiis, Lacedæmoniis, de Iſagora, Ariſtogitone, Athenienſibus, Platæenſibus, quæ diſputat, patiamur ſanè illum vincere. Quis enim, qui advertere animum paulum modò voluerit, non perſpecturus facile eſt victoriæ iſtius præclarum ſucceſſum?

Ibid. c. 114.

Polymn. c. 104.

Polymn. c. 134. & ſ.

Hoc nomine uſus eſt Herod. in Clione, c. 29.

Clione c. 32.

Hellenicon l. 5.

Clione, c. 207.

Venio igitur ad plenam lunam: de qua ingenue fateor non intelligere me quæ à Plutarcho diſputantur. Herodoti luculentiſſima narratio, quum nemini non ſit evidens. Dicit enim, *negaſſe Lacedæmonios, poſſe contra legem ante plenam lunam in expeditionem ſeſe proficiſci, & remanſiſſe in patria dum lunæ orbis compleretur: ac poſtea profectos, ita acceleraſſe ut tertio die in Atticam Lacedæmone pervenirent.* Hæccine narratio illam merebatur tragicam acclamationem, hunc autorem cœlum ipſum, dierum rationem, omnes res confundere? Nam de lege, déque prœlii die, ſua fide affirmante utroque, venia (ut opinor) dabitur ei qui fidem Herodoti pluris ſibi faciendam quàm Plutarchi, & illum potius quàm hunc ſibi eſſe ſequendum putaverit. De Philippide etiam obſcura eſt inſectatio: & erat hic locus in noſtro libro corruptior.

Eratone, c. 106. & 120.

Reliqua ſunt calumniis manifeſtis referta, & ubique conſperſa nigro ſale, & atrocibus quidem illis ſed infirmis criminibus referta. Sane Thebanos, ut civitatem ſuam (notum enim, fuiſſe hunc Chæronenſem Bœotum) exquiſita & peraccurata defenſione propugnavit, & in hac parte admodum vexavit autorem noſtrum. In quo quidem ignoſcendum eſt dolori ipſius, ſed reprehendenda profectò impatientia & ira. Quàm enim moleſte fert & indigne læſos oratione ab Herodoto ſuos? Hoc igitur (ut apparet) ulcus tangi noluit, neque potuit ferre. Sed mendacii crimine Herodotum (ut opinor) facile liberat non modò fama illis temporibus longe latèq; vagata, ſed conſervata etiam ad poſteritatem, proditionis Thebanorum: de qua & Demoſthenes argu-

Philippica. 2

argumentum duxit levitatis & infidelitatis illius civitatis: & illud in ſermonibus hominum ſemper permanſit, decimam à Thebanis Apollini perſolvi oportere. Cujus mentionem à Xenophonte ſcimus ſemel atque iterum fieri. Quum enim communi decreto ſtatuiſſent Græciæ civitates, quæ adverſum barbaros conſenſerant, ab iis qui nulla neceſſitate coacti Perſæ ſe ſubjeciſſent, Delphico Apollini bello confecto decimam exigi debere, Thebani quidem potentia ſua reſtitere decreto: ſed quòd illo tenerentur, fama memoriáque hominum conſtantiſſime perduravit. *Hell. 5.* *Decretum fœderis extat in Polymnia, c. 132.*

Præterea quamvis malitioſum & pravum Plutarchus faciat Herodotum, non ſtultum tamen fuiſſe neque hebetem confitetur. Quid autem incogitantius fieri potuiſſet, & in ſumma audacia amentius, quàm ea affirmare atque tradere, quæ, ſi falſa eſſent, non modo paulo ante defunctorum dictis atque relationibus, ſed memoriæ, vivorum propemodum, teſtimonio refutari atque redargui poſſent? Et ille cum tam impudente mendacio, cum tam inconſentanea expoſitione, cum narratione tam diſſidente, in celeberrimum frequentiſſimumque totius Græciæ conventum (ita enim accepimus) venire, & illa vaniſſima atque leviſſima ſcripta, plena malevolentiæ & obtrectationis, reclamantibus divinorum & humanorum monumentorum inſcriptionibus, recitare non dubitaret? Nimis ineptum & frivolum facis autorem, contra tuam quoque exiſtimationem. Non audiviſſent ac potius exibilaſſent, vel male etiam multarum illo tanto theatro ejeciſſent eum, qui plane ad irridendum & eludendum auditores, quique in communi Græciæ ſolennique cœtu ad nomen Græcum proſcindendum lacerandumque adeſſet. De conſilio autem & facto Leonidæ retinendi Thebanos etſi aſtute diſſerit, nemini tamen non plurima in mentem venire arbitror quibus hoc etiam loco defendi poſſit narratio. Adduxerat invitos, ſed ſic ut à civitate delectos: ergo non modò illius, ſed ſuorum quoque metus hos continuit. Dimiſit alios, quos minus alacres in aperto eſſe diſcrimine videbat; illis enim parcendum decreverat. Quomodo voluit autem vel potuit omnino quadringentos retinere, quum trecentos ſolùm haberet ipſe ſecum? Primum voluiſſe Leonidam perdere iſtos Thebanos dixerat: neque non plures quàm trecenti cum illo fuêre. Nam præter Theſpienſes, etſi non dicitur, cum trecentis tamen Spartanis ſequutos alios plures ditionis ipſorum intelligere debemus. Ita enim fieri ſolitum ſcimus, ut Spartani nequaquam veluti ſolitarii, ſed quodam ſatellitio ſuorum ſtipati in expeditionem proficiſcerentur, quum ſinguli interdum ad ſeptenos adducerent eorum quos εἴλωτας vocarunt. Sed quid facerent? aut in illis anguſtiis quid experirentur tutius quàm quod retulit Herodotus? Neque aliud tempus omnino videtur fuiſſe vel defectionis, vel fugæ, vel tranſitionis, quàm quod memoravit Herodotus. Sed in tanto tumultu quo pacto exaudiri potuit imploratio? Et interfectos enim ſcribit nonnullos, & vel de geſtu intellectum fuit ſupplices hos eſſe. Notas quidem cur impudentiſſime confingere voluerit, cauſam equidem nullam reperio. Accuſat paulo poſt aſperitatem vocabuli, quod de fuga conſuluiſſe dixerit Græcos. Nimis eſt ſeverus noſter Ariſtarchus. Atque etiam illud non tulerit credo, quòd rex regum cenſet aufugiendum de Troja; non enim (ut opinor) mollius eſt φεύγωμεν, quàm ῥηϊδίως βαλλίεσθαι. Quid verò de Naxiis & Themiſtocle dicemus? Scilicet in metu tanti belli, & tempeſtate barbaricæ claſſis ingruente, incredibile fuerit, inſulanos homines non ad eos proficiſci voluiſſe quibus nemo non interitum aut ſervitutem impendêre exiſtimaret. Themiſtocli vero indecorum aut turpe fuerit, adjutum ipſum alterius conſilio, non ſolum omnia commentum fuiſſe: at Agamemnonem, non unum aut alterum, ſed decem συμφεράμονας optare non puduit. Nam in Artemiſia quod facetias conſumit ſuas, quibus nequaquam abundat, feciſſe videtur incogitantius. *Calliope, c. 28.* *Polymn. c. 233.* *Urania, c. 4.*

In iis quæ ſequuntur, quod non modò quid perperam ſcripſerit, ſed quæ ſcribere etiam debuerit Herodotus, docere vult, ſit hoc & ipſum præclaræ & ſingularis ſapientiæ Plutarchi. Cætera involuta ſuſpicionibus, & alienarum rerum mentionibus confuſa, & fallacibus complexionibus intricata, & anxietate quadam mirifica accuſationis ſeſe ipſa infirmantia, vel relinquamus ſane, vel ad priora remittamus. Ad omnia enim fermè reſponderi dicique idem videtur poſſe: inſaniam eſſe & furorem, non perverſitatem, neque fraudulentiam, ea commemorare, quæ quum primum cognita fuiſſent homi-

Polymn. c. 205. & 220.

hominum ſcientia reprobarentur, à poſterioribus autem inter ſe diſſidere & contraria eſſe facilè perſpicerentur. Etſi autem homines docti ac ingenioſi non difficulter reperiunt quomodo aliquid dicendo evertere odioſumque reddere aut ſuſpectum poſſint, tanta eſt tamen vis veritatis, ut neſcio quo pacto, quamvis oppreſſa & obſcurata, illa plerunque tamen reſiſtat atque eluceat contra dolos & verſutiam. Quapropter non quid conquiſierit ad inſectationem Herodoti Plutarchus, neque convitia quæ illi facit nimis cupidè, neque ſtudium exagitandi autorem antiquiſſimum, ſed rem ipſam ſpectabimus. Ipſi autem Plutarcho hoc dicimus,

Iliad n.

——σὺ μὲ ὀ κλαὰ ταῦτ' ἀγορεύεις.
Οἶδα κ' ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τῆδε νοῆσαι.
Εἰ δ' ἐτὸν δὴ τῆτιν ἀπὸ ωυδὸς ἀγορεύεις,
Ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν ἀυτοί.

Sic enim videtur non ille quidem quæ ſenſerit ipſe, in hoc libello diſſeruiſſe, ſed vel aliorum voluntari aſſentatus eſſe: vel quid in mala cauſa poſſet oſtendere voluiſſe. Quod ſi de animi ſui judicio & inductione illa ad talem modum diſputavit, profectò in hac parte receſſit à ſe ipſe. Non enim aliter exiſtimo quàm fuiſſe Plutarchum, virum non modò eruditum & ſapientem, ſed etiam bonum, quam famam, præſertim probitatis, ut tueretur, minus curaſſe illum apparet in propoſito accuſationis hujus. Sed finem faciamus. Non enim jucunda nobis fuit quaſi contentio & rixa cum tanto viro, quam tamen ut neceſſariam, omittere non potuimus, & in officii (ut rati ſumus) cuſtodia, & in ſtudio nomini bonitatique autoris excellentiſſimi debito.

Thucid. lib. 1. κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ξυγκεῖσθαι.

Objicitur autem & hoc nobis, quod quidam volunt à Thucydide contra Herodotum dici, de fabuloſis narrationibus & hiſtoriis confictis ad auditorum voluptatem, *quæ quum delectatione tantummodo afficerent audientes, in præſentia quidem juvarent, ſed diuturnum fructum non haberent.* Ego verò non magis in Herodotum hæc conferri poſſe puto, quàm in quemlibet priorem de ſcriptoribus hiſtoriarum. Et (ut verum fatear) illas planè priſcas expoſitiones antiquiſſimarum rerum oratione & verbis ad venuſtatem, & jucunditate quadam animos perfundendum, compoſitas (quales potiſſimùm Pherecydis Syrii fuiſſe accepimus) graviſſimum autorem exiſtimo veritati rerum geſtarum non oportere præferri cenſuiſſe: ac hilaritatem hiſtoriæ cedere ſeveritati, neque ſuavitatis cujuſdam lenitatem, conſtantiæ & dignitati narrationis anteponi voluiſſe. Sed de hoc quiſquè, ut lubuerit, ita ſtatuat atque ſentiat. Nos autem hoc teneamus: non modò propter ſermonis elegantiam, & illam cùm ab aliis tum Cicerone laudatam dulcedinem, & quaſi amœnitatem quandam, diligendum hunc autorem, & in manibus ſemper habendum eſſe: ſed propter rerum cognitionem maximarum, propter maximè ad vitam utilium ſententiarum copiam, ob plurima certò, accuratè, prudenter, honeſtè dicta, magnificiendum nobis, vel in ſuo potius genere anteponendum univerſis. Nota ſunt ex Latinis Ciceronis & Quintiliani elogia præclariſſima hujus autoris. Græcorum autem quæ opinio de his libris fuerit, ſatis indicat inſcriptio nominum Muſarum, quibus omnem ſapientiam & doctrinam & ingenii præſtantiam, antiquitatem ſignificaſſe notum eſt. Et quicunque meminere ipſius, honoris & laudis præfationem ſemper uſurpaſſe reperiuntur. Quas ob res neque me pigere operæ poſitæ in hoc autore debere puto, neque non hortandi mihi videntur omnes, ut ſtudio ſingulari in hoc autore verſari, & illum præcipuo amore complecti velint. Nam & mihi fructuoſam fuiſſe lectionem hujus videor ſentire, & aliis item futuram eſſe confido. Viſum autem, *&c.*

DE HERODOTO, EX EODEM JOACH. CAMERARIO.

HErodoti patrem fuiſſe Lyxem & Dryo matrem perhibent, patria Halicarnaſſenſem: quod præſcriptum nunc etiam in hiſtoria illius legitur. Parentes in ſua civitate bono loco natos tradunt, ipſumque fratrem habuiſſe Theodorum nomine. Quum autem teneretur Halicarnaſſus à Lygdamide tyranno, nepote Artemiſiæ reginæ Cariæ, ſeceſſit Herodotus in Samum inſulam: atque ibi lingua Ionica hiſtoriam magn-

magna cum cura compoſuit, relatam in libros novem: quam quum in frequenti Græciæ conventu Olympiorum recitaviſſet, ſic placuit univerſis ut ita audirent quaſi Muſas loquentes: ideóque libris qui novem (ut diximus) eſſent, Muſarum novem indidere nomina. Quum reverſus in patriam autor fuiſſet civibus ſuis tyranni expellendi, ſucceſſit quidem res, ſed invidia maxima Herodotum excepit. Ita enim fieri ſolet ut periculorum metum parta ſecuritate obtrectationes fere ſequantur. Cedendum igitur, relinquendos ingratos cives ratus, quum Athenienſium tum colonia in Thurios Italiæ populos deduceretur, ſua ſponte illis ſe colonis ſocium addidit: & ibi finivit vitam ſuam: ſepultusque fertur in foro. etſi quidam Pellæ mortuum fuiſſe tradidere. Ipſe facit mentionem λόγων Ἀρσυείων & λόγων Λιβυκῶν, quos conſcripſerit: de quibus tamen hæc mentio ſolummodo reſtat. Herodotum ſcribunt, quum recitaret in Olympiis (ut ſuprà retulimus) hiſtorias ſuas, audiſſe Thucydidem qui adhuc ætate puer eſſet: quumque Thucydides tum quaſi divinitus commotus lacrymas profudiſſet, animadverſiſſe hoc Herodotum; & gratulatum fuiſſe patri ipſius Oloro: hortatumque ut erudiendum curaret filium diligenter: gliſcere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atque diſciplinarum. De Herodoto Græcum epigramma fertur, quo memoratur & illa invidiæ fuga & diſceſſio in Thurios.

Lucian. Herodoto, vel Etione.

Clione c. 106. Euterpe, c. 161.

Ἡρόδοτον Λυξὼ κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδ' ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν,
Δωρίων πάτρης βλαστόντ' ἀπὸ· τῷ δ' ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπερφυγών, θεῖον ἔχε πάτριδι.

Extat apud Stephanum: ſed magis integrum in ſcholiis Nebularum Ariſtoph.

quod nos ita aliquando convertimus,

Terra, ſatum Herodotum Lyxe, tegit iſta ſepultum,
Qui priſcæ Ionicæ laudem habet hiſtoriæ.
Dorica produxit tellus hunc: unde fugatus
Invidia, hac patria Thuride ſedit humo.

Ex eo factum eſt ut aliqui præſcriptionem Halicarnaſſenſis mutarent in Thurii: quod & Plutarchus annotavit in libello De exilio. Reperio relatum hunc in Olympiadem LXXVII, & LXXXIIII. cum quo non diſſentit quod traditur, floruiſſe Thucydidem Olympiade LXXXVII, & Olympiade LXXXVIII mortuum Periclem Xanthippi filium, cujus Herodotus meminit. Plinius ubi de ebeno diſſerit, Herodotum ſcribit Thuriis condidiſſe hiſtoriam anno ab V. C. trecenteſimodecimo. Quod & ipſum cum numero LXXXVII Olympiados conſentit, quo aliqui floruiſſe Herodotum tradidere: quum acceperimus Romam conditam eſſe circiter Olympiada VI. Sane cum Hellanico vixiſſe fuiſſéque apud Archelaum, traditum eſt: quod tempus & Euripidis poetæ fuit, quem genitum accepimus eo die quo Perſæ fuêre à Græcis fuſi. Pherecydes & Hecatæus diu ante illum hiſtorias & fabulas componere primi oratione ſoluta cœpere. Fuit & Charon Lampſacenus paulò hoc ſuperior, qui & ipſe bellum Perſicum deſcripſit. Sed & Hellanicus ſuas hiſtorias ante Herodotum edidit, quas ipſe ſe legiſſe ſignificat. Fuit hoc nomine Olophyxius Thrax, qui de nymphis & ſacris ſcripſit: & alius, medicus.

Eratoſt. 131.

DE DIALECTO IONICA, EX EODEM.

ORatio Herodoti elegans eſt, & Ionicæ linguæ propria quadam facilitate, ſine omnibus veluti anfractibus, defluens. Dialectus autem (id eſt peculiare orationis genus) Ionum cum Attica lingua magnam habet communitatem. Nam & hæc quodam tempore appellatio Athenienſium, & Ionicæ omnes coloniæ Athenienſium fuere. In quibus accidit ut ſonus vocis & forma ſermonis in alieno ſcilicet ſolo Aſiæ atque inſularum mutaretur. Traditum autem eſt, appellatos primùm Cranaos incolas Atticæ, quum Pelaſgi adhuc Græciam tenerent: regante deindè Cecrope, Cecropidas. Cui quum ſucceſſiſſet Erechtheus, tum illis fuiſſe inditum nomen Athenienſium: ac mox ab Ione ductore, Ionum. Hic fuit Xuthi, vel Apollinis (ut poetæ)

Pausan. Achaicis.

poetæ) filius, susceptus ex Creusa Erechthei filia: & Ægiali ac Helices regnum tenuit. Cujus gens postea à Doriensibus pulsi, ab Athenienses in civitatem recepti fuêre.

Varietates in Ionica lingua hæ fere annotantur. α in η mutatur, nisi Doricum fuerit. α. αι mutatur in η. Mutatur & ε in η, divisa diphthongo, itemque in genitivis nominum ἐος. εων mutatum est ex ἐων. Crasiæ mutantur in tenues. Attica mutatio est α in ε. Usurpant Iones & ε cum ο, in genitivis nominum ις, ubi Attici ω ponunt: quum ΙΘ. quoque communis sit & Ionica flexio. Vertunt π in κ. Item αυ in ωυ. itaque hæc diphthongus, Ionica vocatur. Pro ω accusativo faciunt εν. Duo σσ in ξ mutant. Metaplasmus οι, in ες, Ionicus est. similiter & aliæ quædam suæ hujus dialecti formæ sunt. Est & mutatio η in α. Mutant υ in ο. item ε in α. Addunt Iones finali σ, litteram ι, & in verbis, σι. Syllabam ῶ circumflexam, εω faciunt. Interdum & non circumflexum υ primæ declinationis, εω faciunt. Vocabulis initialibus τ præponunt. ο & ε producunt, addita υ & ι. Tertiæ declinationis genitivum in οιο, de ι, proferunt. φ faciunt ωϊ. Geminant consonantes, ut ασ, τΙ, πτ. Inserunt ε, item σ. nam θα primæ personæ pluralis, σθα, & θον dualis, σθον faciunt. Inserunt α in patronymicis. Iones integris & contractis verbis nominibusque & participiis adverbiisque, omnibus denique orationis partibus utuntur. Mutant λω in εα. Augmenta præteritorum & aliarum dictionum initia abjiciunt. τ nominum in ας in declinatione elidunt. Utuntur reduplicatione. Utuntur & transpositione tam literarum quàm syllabarum. Abjiciunt ι de diphthongo ει. Initiales literas abjiciunt. Ex ιε faciunt ι longum. Suas habent tertias personas plurales præteriti perfecti passivi, posita littera α ante ται finale, ut & in aliis. Infinitiva per syllabam μεν producunt. Sunt & contractiones & synalœphæ Ionum: sunt & apocopæ.

Horum exempla promiscuè subnotavimus, & aliis quibusdam proprietatibus dialecti Ionicæ indicatis. Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, pro Ἁλικαρνασσέως ἱστορίας ἀπόδειξις. Θωυμασά, pro θαυμασά. Ἰῶν τιὼ Ἰάχυ, pro Ἰώ. Πλεῶας, pro πλέονας. Ἀπ' ἧς, pro ἀφ' ἧς. Ἀπελόμβροι, pro ἀφελόμβροι. & Ἀξιαπηγητότατα, pro ἀξιαφηγητότατα. Διαπρηξαμβύης κῆ τἄλλα τῷ εἵνεκεν, pro διαπραξαμβύης κῆ τἄλλα ὧν ἕνεκα. Ἐγεγόνεε, pro ἐγεγόνει. Ἤδεε, pro, ᾔδει. Δεσπότεα pro δεσπότῃ. Μίδης, pro Μίδας. Θρόνον βασιληΐον, pro βασίλειον. Ἐσάμβυαι, pro ἐσάναι. Ἐπεκεάτεον, pro ἐπεκεάτην. Κυείῃ τῇ ἡμερέων, pro κυείαν τῶν ἡμερῶν. Κιθῶνας, pro Κιτῶνας. Ἐπὶ νόον ποιέυσι, pro ὅπῃ νῷν ποιῆσαι. Πεζέπωσι, pro πεζεύσωσι. Ἰρόν, pro ἱερόν. Ὁρτή, pro ἑορτή. ΚεῖνΘ., pro ἐκεῖνΘ. Ἐὸν ἐσπέ, pro ὤν, ἔσα. Κεχωρίδαται, pro κεχωρισμένοι εἰσί. Ἐτετάχατο, pro τεταγμένοι ἦσαν. Τὠρχαῖον, ὤνδρωπες ὦναξ, ὠνήρ, ἄτερΘ., τἀνδρώπῳ. pro τὸ ἀρχαῖον, ὦ ἄνθρωπε, ὦ ἄναξ, ὁ ἀνήρ, ὁ ἕτερΘ., τῷ ἀνθρώπῳ. quæ Attica synalœpha & in aliis reperitur: ut θατέρῳ, τῷ ἑτέρῳ. ὙβρεΘ., πολιΘ., pro ὕβρεως, πόλεως. Ἐγχειριδίοισι, pro ἐγχειριδίοις. Ἐπεάν, ἀδελφεός, pro ἐπήν, ἀδελφός. Τἄνομα, μὴνΘ., ξεῖνΘ., pro τὸ ὄνομα, μόνΘ., ξένΘ.. Ποιεῦσι, pro ποιῶσι. ἐδικαίευν, pro ἐδικαίουν. ΜεγαθΘ., τάμνειν pro μέγεθΘ., τέμνειν Ὁ πέωνες, pro ὀπάονες. Ὁρέων pro ὀρῶν. καθμεώμβυαι, pro καθημένοι. χρεωμβύων, pro χρωμβύων. Κωϊέη, pro κωφῇ. ἀνδρωπίῃ, pro ἀνθρωπῇ. Τυφὼ, ἄνω, pro τυφὼν ἄνθρωπον. quod plane Atticum est. Πλεῶ, pro πλέον. Προσδέκεο, pro προσδέχου. Ὦρα, pro ἔφερα. Δρξα, τρξα, pro διορυχα τρυχα. ΑΥ' τύπτεω pro ἀντύπτω. Ἐν τῆσι ἁμάξῃσι, pro ἐν ταῖς ἁμάξαις. ac concursum omnino vocalium Iones amant. Ἄδρηστα, pro ἄδεαστα, *quæ non solerent aufugere.* Ἐπιβατέων, pro ἐπιβατῶν. Ὁκόσον, ὅκῃ, κότε, pro ὁπόσον, ὅπῃ, πότε. Βυβάλιες, ὄφιες, pro βυβάλεις & ὄφεις. Ἐωνωδέντες, pro ἠωνωδέντες· & ἔασονες pro ἤασονες. Ἀδαέες, pro ἀδαεῖς. Οἴκασι, pro ἐοίκασι. Κέρεα & γέρεα pro κέρα & γήρᾳ, contracto de κέραα, elisoτ. Ἐσαλάδατο, ἐσαλμβύοι ἦσαν. Κατεσάφατο, κατεσαμμένοι ἦσαν. Τρῶμα pro τραῦμα, omisso υ. nisi magis est à verbo Ionico factum quod πρώειν illi dicunt. id est, πτρώσκειν. Apud Homerum Ἐείπερες, pro ἐείνεσθαι positum volunt: Ἐρυσίππατες ἵπποις. Herodotus ΑΥ' πικίλεες, pro ἀμπικιλλότοι. Contrà μάρτυροι & φύλακοι, Iones, pro μάρτυρες & φύλακες. Ὄψεαι, pro ὄψῃ. quod Atticis est ὄψει. Ἀπικίατο, pro ἀφίκοντο. Ὁρμέατο, pro ὥρμηντο. Μανασέων, pro Μνασσῶν. Λᾶξις, pro λᾶξις. ΟΥ in οιο solutio, & θα, ac σθον, ποιητικώτερον videtur. Ὑπερώϊον, λῴϊον, pro ὑπερῷον, λῷον. Κεφαλίη, pro κεφαλή. κεφαλεός, pro καρτερός. ut Homero ΚεπάθΘ., pro ΚάρπαθΘ.. Reduplicationes sunt Homericæ

mericæ, Τετύχηλο, ἐκλέλαθεν, πεταγών. Herodotus Ἀεσιρημβύοι dixit pro ἠρημβύοι. Ἐνδυτῦτεν, pro ἐνεπύθην. Ἀποδανεύμβυοι, pro ἀπεθανέμβυοι. Duplicationes conſonantium Ionicæ illæ quidem eſſe perhibentur, ſed ſunt Poeticæ, ut Ὄοσον φέρτερός εἰμι. Ὅτλι τοι ἐν μεγάροισι. Ὀπτύτ' ἀνὴρ ἐνθέλει.

EX EODEM.

Ionicus eſt & articuli pleonaſmus; ut, Τὼς μὲν ἀναῤῥήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδλω ἐναείξοι, pro ἐναείξοι δέ. in quibus ὁ pronomen eſſe volunt, & ſignificare αὐτὸς, Ionicè. Polymnia, εἰ μὴ τι ἐνέοι σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ, τῷ μὲν ἔλεγεν ἐδὲν, ὁ δὲ τὰ ξυντυχέσατα ἐκλεγόμβυος, *ſiquid inerat quod fraudi eſſet barbaro, eorum nihil memorabat, ſed eligens maximè fauſta.*

Eſt autem & aliorum pronominum hic uſus, εἰ δὲ ταῦτα ὑποδυώειν ἐκ ἐθελήσεις, σὺ δὲ πάντως τρέπεσθαι ἀνάξειν, pro ἀλλὰ πάντως ἀνάξεις. Et rurſum, ἤ σέ γε, pro ἤ γε. Iliad. ρ.

Ὅς ῥ' ἐπεὶ ἄρκε κάμησι κυῶσι τ' ἄνδρας τ' ἐρεθίζων,
Οἵ τέ μιν ἐκ εἰῶσι βοῶν ἐκ πᾶρ ἑλέσθαι,
Πάννυχοι ἐγρήσσοντες, ὁ δὲ χρειῶν ἐρατίζων. Ἰθύει.

Ionum ſunt anaſtrophæ; ut, ὄρνιθες ὥς. Iliad. β,-- ἔστε ἔοικε κακὸν ὡς δεισίστειχ. Sic ᾧ ἔπι pro ἐφ' ᾧ. Et, βιοτῆς νῦν μὲν ἀνθρωπήϊνης πέρι. Iliad. β. τότε δ' ἤδη ἔχεν κῆρ γαῖα μέλαινα. i. κατεῖχε.

Sunt & ἀπηρτημέναι Ionicæ verbi ſubſtantivi; ut, ἔνι pro ἔνεσι, μέτα pro μέτεσι. Hom. πάρ' ἔμοι γε καὶ ἄλλοι, id eſt, πάρεισιν ἐμοί.

Cùm aliter, tum interpoſito ὧν dirimunt conjungenda. μέχρι μὲν ὧν τούτων. & βύβλῳ περὶ τὰ κέρεα ἐλίσσων, id eſt, περιελίσσων. & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. & κατά μιν ἐφάρμαξαι, pro κατεφάρμαξαι ἐμέ. & εἶπε τῷ τις Βαβυλωνίων, pro τῷ Βαβυλωνίων τις. Sic ὡς ὃ αὔτως, pro ὡσαύτως δέ. Iliad. β, καδδέ κεν ὐχωλίῳ. & Iliad. ρ, -- ἀπὸ δὲ μελιηδέα θυμὸν ἕλωμαι, pro κεὶ δὲ ὐχωλίῳ, & ἀφέλωμαι θυμόν. Iliad. α. ἐκ δ' ἕλον Ἀτρείδη. i. ἐξεῖλον δέ. Sic ὑπὸ δ' ἤρεον, pro ὑφήρεον. Polymn. ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων, i. ἀπάγων.

Præpoſitiones abſolutè, quaſi adverbialiter, ſæpe ponunt: μετὰ δὲ, τῆς στρατιῆς ἀπικομβύης εἰς Σάρδεις, *poſtea verò, quum exercitus Sardis veniſſet.* Sic, καὶ πρὸς ἀνεπισήμονες ἦσαν, *præterea.* Iliad. χ, Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρε. Alibi, ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσατο νώροπα χαλκόν. Item, Ἀφ' ἑρὸ δὲ ἵσατο καὶ τῆς. Herod. Polymnia, ἐν δὲ Ἀρτέμιδος ἱερόν, *in illo litore eſt fanum Dianæ.*

Ionicum eſt caſum ad præpoſitionem referri quæ cum verbo adjuncto compoſita eſt; ut, ὅτι οἱ ἐνορώη, id eſt, ὅ, τι ὁρῷτο ἐν αὐτῷ, *quid in ſe animadverteret.* Iliad. β, --τὸ δ' οὔ πω ἐπιμέμφεαι, id eſt, ἐπὶ τινι μέμφῃ. Et ὤμοισιν ἐπείη. i. εἴη ἐπὶ τοῖς ὤμοις. Item Iliad. τ, θεασὼ Ἑλένοιο εἶπε φίλας. i. φὰς φίλας ἦ Ἑλένοιο. Herod. Clione, τέως γὰρ ἔτεα ἐπανεβάλλετο ἡ Σαρδίων ἅλωσιν, id eſt, ἐπ' ἔτεα τέως, *in tertium annum diſtulit Sardium expugnationem.* Idem, ἀπίζει τῆς χώρης τῆς Ἀσσυρίης, id eſt, ὄζει ἀπὸ τῆς χώρης.

Singularis uſus infinitivi εἶναι, Ionicus eſt, hoc modo, καὶ τοὺς Ἴωνας ἐν ἐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὸν πρώτιον εἶναι, *ut hæc prima quidem cura eſſet.* Et, ἐδὲ ὁμολογήσομέν ἐκόντες εἶναι, *quod volentibus quidem nobis fiat.* Et, τὸ δὲ σύμπαν εἶναι, *in quo totum verteret,* aut *Re ipſa.*

HERODOTI
VOCABULA IONICA,
ET
Quædam Loquendi Genera, Illi cum *Homero* magna ex parte communia : necnon alia.

Collecta & Latinè reddita, partim ab *Joachimo Camerario*, partim ab *Henrico Stephano*: litera *C* illius nomen, *H* hujus nomen indicante; à quo & addita nunc fuerunt aliquibus *Camerarii* interpretationibus exempla.

HENRICUS STEPHANUS Lectionis HERODOTI ſtudioſis.

SI vulgo receptum morem uſurpare, quàm meum tenere, maluiſſem, Joach. Camerarii *nomen ſilentio præteriiſſem: ac titulum huic opuſculo præfixiſſem quo hanc recenſionem pariter & interpretationem vocabulorum, quæ quum* Herodotus *ſibi habere peculiaria videatur, habet tamen cum cæteris Ionibus & nominatim cum ipſo etiam* Homero *(ad pleraque quod attinet) communia, totam ſuſcepiſſem & in me recepiſſem. Nec tamen magnum onus humeris meis impoſuiſſem: quæ enim Camerarius de illis vocabulis antea ſcripſerat, meis infarciendo, eaque pro meis oſtentando, magnum oneris levamentum in promptu mihi fore animadvertebam. Præſertim vero quum multo plures à me quam ab illo voces recenſerentur & exponerentur, ſub meæ commentationis prætextu dominium in illius quoque commentatiunculam uſurpare, res fuiſſet quæ multorum exemplis defendi (ſi exempla malam defendere cauſam queunt) potuiſſet. Verùm ego non ſolùm, alienis tantummodo plumis ſe veſtire, corniculæ in morem ſed etiam vel miſcere ſuis alienas, atque id diſſimulare, vix ingenui eſſe hominis, ſemper exiſtimavi. Atque hoc & meus Theſaurus teſtari abundè poteſt. Quinetiam Paralipomena tantùm inſtitutionis grammatices (aut ſaltem eorum partem) ſcribere malui, quàm meam inſtitutionem grammatices ad tam multas aliorum addendo, in aliena plurima manum injicere, ſimulque miſeros lectores crambe toties repetita occidere. Neque tamen ſum neſcius, reperiri quotidie qui multo majori cum turpitudine plagiarii ſint: id eſt, multo turpius & magis pudendum plagium committant, dum aliena, & quidem è multorum nonnunquam libris conſarcinata, ſive conſuta, aut (ſicui Græca vox magis placet)* συῤῥαμμένα *(licet eorum nonnulli ne artium quidem talia conſarcinandi, ſive conſuendi, ſive τὸ* συῤῥάπτειν, *calleant) impudentiſſimo novi tituli libri, aut novi ſaltem nominis autoris, mendacio, pro ſuis obtrudentes, & obtruſa venditantes, fucum faciunt: etiamſi nulla ſutura ſit qua vel γρῦ tam multis alienis* οἴκοθεν *(id eſt, de ſuo) inſuiſſe dici poſſint.*

Cæterùm, quamvis pauca illa quæ Camerarii ſunt, ita meis inſeruerim (appoſito ubique ejus nomine) ut intacta in illis omnia reliquerim, fuiſſe tamen ubi ejus interpretationi nonnullarum vocum aliquid adjicere, aut in eam non ſine aliquo fortaſſe lectoris fructu inquirere potuerim, oſtendam alias (deo favente) in iis quibus Herodoti lectores, præſertimque ejus valde ſtudioſos, amplius juvabo. Sed malui exemplorum alicubi adjectione, aut exempli, ubi Camer. nullum attulerat, contentus eſſe. Ne hoc quidem tacebo, me in quibuſdam vocabulis exempla Homeri, in quibuſdam Hippocratis, (quæ Erotiani, & Galeni lexicis, quum ea excudi, deſtinaveram) in nonnullis, utrinsque, attuliſſe.

Vocum

Vocum HERODOTI *Recenſio & Interp.*

A.

Ἄγειν καὶ φέρειν, Ionicum eſt de hoſtilibus direptionibus. Herodot. lib. I. c. 88. φέρυσί τε καὶ ἄγυσι τὰ σά. Et rurſum I, 166. καὶ ἄγον δὴ ἤδη καὶ ἔφερον τὰς Φωκαιικὰς ἅπαντας. Iliad ε, Οἷόν κ' ἢ φέροιεν Ἀχαιοὶ ἤκεν ἄγοιεν. Neque me fugit, & apud Xenophontem & alios Atticos autores hanc figuram reperiri. nam & alia, quæ ut Ionica annotavimus, illi uſurparunt. utriusque enim linguæ eadem (ut ſuprà diximus) origo fuit. C.

Ἀγινέειν vide in Ἀπαγινέειν. Paſſ. Ἀγινεόμην. activa ſignific. *Adducens* VII, 33. ἀγινεόμην γυναῖκας. H.

Ἀγοράομαι, ῶμαι, *Concionor, Concionem habeo.* Unde ἠγορόωντο, VI, 11. ἐγίνοντο ἀγοραί. καὶ δὴ καὶ σφι καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο. Sic Hom. II. δ, verſu 1. Οἱ δ' ἄρα θεοὶ παρὰ Ζηνὶ κατὰ μῆνα ἠγορόωντο. Sed hic eſt potius *Concilium habebant, Conſultabant.* At quum dicit, ἀγορήσατο καὶ μετέπεμπε, eſt *Concionem habuit.* Verbum autem Ἀγοράζω apud hunc (ſicut apud Thucyd. & Ariſtoph.) eſt, *In foro verſor.* H.

Ἀγχίστροφα, *In contrarium mutata, Contraria.* ἀγχίστροφα βυλεύομαι, VII, 13. Propriè autem Ἀγχίστροφον q. d. *Converſionem*, id eſt, mutationem, *propinquam habens*, ſive *Mutationi propinquum.* H.

Ἀγωνίδαται pro ἠγωνισμένοι εἰσὶ, ſed paſſiva ſignificat. pro *Decertati ſunt:* IX, 26: 2. πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῶν ἄνδρες Σπαρτιῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδαται, *multa certamina decertata ſunt.* Sed perperam in Aldina & Germ. edit. ἀγῶνας pro ἀγῶνες ſcriptum eſt. H.

Ἀδαέες, *Ignari, Imperiti*, IX, 45. ἡμεῖς δ' ἄπειροί τε εἰμὶ καὶ ἀδαέες τυτέων τῶν ἀνδρῶν. H.

Ab eodem pro Ἀδαὴς dicitur Ἀδαήμων, ut VIII, 65. ἀδαήμονα τῶν ἱρῶν. Quinetiam verbum Δεδάηκε, *didicit.* H.

Ἀδεῖν & Ἀνδάνειν, *Placere*, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. Et, Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἀδεῖν κακός. C. Vide Ἀπαδεῖν & Ἔαδε.

Αἴγμασαι, *Septa.* Sed addit Herod. in primo, c. 180. αἰγμοὶ πλινθέων ὀπτέων. Odyſſ. σ. αἰγμοιάς τε λέσων, *Septa ſtruens.* C.

Αἴνη, *Exiſtimatio.* C.

Αἰχμὴ κακῶς ἐσπεύαι dicitur πρός τινα, ab Herodoto, rariſſimo ſed elegantiſſimo loquendi genere, lib. VII. c. 152. de Argivis, ἐπειδή σφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἐσήκει, hoc ſenſu, *Quum minimè ſecundum iis adverſus Lacedæmonios prælium fuiſſet.* Quam interpretationem etſi aperte præcedentia & ſequentia confirmant, poſſit tamen ea & Euſtathii teſtimonio comprobari: qui poſtquam dixit δόρυ nonnunquam ſignificare πόλεμον, id eſt, *bellum*, (veluti quum aliquis vocatur δορὶ κλυτὸς) itidemque vocem αἰχμὴ uſum iſtum habere: unde δορυάλωτος & αἰχμάλωτος ſignificare pariter ὁ ἐν πολέμῳ ἁλούς· ſubjungit, λέγει δέπου καὶ Ἡρόδοτος πού τινων, ὡς κακῶς αὐτοῖς ἡ αἰχμὴ ἔσπευσε πρὸς τοὺς δεῖνα, ἤγουν ἐδυσχέρανε αὐτοῖς ὁ πόλεμος. Additque, hoc ex conſequenti eſſe dictum. ἀκολουθεῖ δὲ τοῖς ἐν μάχῃ δυσχεροῦσι, κακῶς αὐτοῖς ἐχόντας τὰ αἰχμήν. Cæterum in compoſitione quoque nomen hoc pro *bello* uſitatum eſſe apud Iones ſciendum eſt, quum videlicet appellant ὁμαιχμίην quod alii συμμαχίαν. ut VIII, 140: 1. ὁμαιχμίην συνθέμενοι. Ab eadem voce eſt μεταίχμιος. unde μεταίχμιον γῆν legimus, VIII, 140: 2. μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. H.

Ἀλέες, *Conferti*, Et Ἀλίζειν ac Συναλίζειν, *Colligi* ſeu *Congregari.* Et Ἀλίη, *Cœtus.* C. Exemplum verbi Ἀλίζειν I, 79. ἀλίζειν τὴν τῶν Λυδῶν δύναμιν. Utitur & Hippocr. hoc verbo Ἀλίζειν. Invenitur autem & activum Ἀλίζειν apud Herod. VII, 12. necnon compoſitum Συναλίζειν, I, 126. Ad nomen autem ἁλέες quod attinet, ſciendum eſt, ἄλες quoque apud Hipp. exſtare: atque alicubi ἄλες & πολλὸν copulari.

Ἀλεινὴ χώρα, *Calida regio.* Et Ἀλέη, *Calor*, ut in locis apricis. C.

Ἀλεωρὴ à Valla redditur *Remedium*, IX, 6. ὡς καὶ αὐτοὶ τινὰ ἀλεωρὴν εὑρήσοντες. Pro-

prie autem ſonat *Evitatio*, *Declinatio*, *Effugium*. Ac redditur etiam *Levamen*, & *Laxamentum*, necnon *Solatium*. Hippocr. ἐν ϖαραγγελίαις utitur, Ἄνεσις γὰρ τόσου πυρὰς κάμνονσι παρέχει μᾶλλον ἀλεωρίη.

Ἀλκὴ ut ab Homero, ita etiam ab Herod. quibuſdam loquendi generibus adhibetur: quorum vel frequentiſſimum eſt (niſi me memoria fallit) ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι. quo videtur ſignificari quod Gallicè dicitur, *Se mettre en defenſe*. Hoc autem exiſtimatur dici à Livio, *Vim parare*: veluti quum ſcribit, *Alios vim parantes occidit*. III, 78. ἀνά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ ποιηθὲν ϖρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο. Quibus verbis ſubjungit, ὁ μὲν δὴ ἀυτέων φθάνει τὰ τόξα κατελόμενος, ὁ δὲ ϖρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο. (ubi obſerva ſimul eundem uſum verbi τρέπεσθαι cum alio accuſativo.) Eſtque ϖρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι tanquam genus, at ϖρὸς αἰχμὴν τρέπεσθαι, velut ſpecies. Paulo pòſt τῇ χερὶ χρᾶσθαι hac in ſignif. uſurpat: ὀρέων δὲ μιν ἀρχὸν ἑστεῶτα ὁ Γοβρύης εἵρετο ὅτι ἐ χρῆται τῇ χερί. Alioqui χερὶ χρᾶσθαι reddi etiam poteſt *Manum conſerere*. Fortaſſis tamen ϖρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο eo in loco reddendum potius fuerit, *Vi agere cœperunt*, vel, *Vim moliti ſunt*, aut *Totis viribus obſiſtere cœperunt*. Nam illud *Vim parare*, minus eſt in quibuſdam locis quàm ϖρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι. veluti quum in principio II, 45. dicitur de Hercule, ἐς ἀλκὴν τραπόμενον πάντας σφέας καταφονεῦσαι. H.

Ἀλογέω, *Nullam rationem alicujus rei habeo*, *Contemno*. Unde ἀλογήσας, III, 124. Sic & compoſ. Καταλογέω· unde καταλογέοντα, III, 121. H.

Ἁμαρτὰς pro ἁμαρτία, *Peccatum*. ut I, 167. ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα. H.

Ἀμείβωσαι, ἀναβοήσας. C. Sic Ἐπιβώσασθαι pro ἐπιβοήσασθαι, I, 87. initio H.

Ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, *Seipſos vicerunt*. C.

Ἀμφισβασία, *Diſceptatio*, vel *Diſſenſio*. C.

Ἀναγινώσκω, *Suadeo*, *perſuadeo*, (quemadmodum πείθω utrunque uſum habet) ut VII, 10, γνόντα ἐπ' οἷσι ἄνδρας ἀναγινώσκεις βασιλῆα στρατεύεσθαι. ubi eſt potius *ſuades*, quàm *perſuades*: quamvis poſtea perſuaſerit. At IV, 158. ἀνέγνωσαν ὀκλιπεῖν· non ſolum *ſuaſerunt*, ſed etiam *perſuaſerunt*. Sic etiam I, 187. τίς σὲ ἀνθρώπων ἀνέγνωσε, ſequente infinitivo καταϐῆναι. Itidem paſſ. Ἀναγνωσθεὶς, *perſuaſus*, in IV, 154. ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑϖὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ὅτι τῇ ϖενθερῇ, *Is autem, ab uxore perſuaſus, rem nefariam adverſus filiam moliri cœpit*. At interpres malè ἀναγνωσθεὶς, reddidit *deceptus*. Omnemque illi excuſationem præripit verbum πείσει, quod proximè præcedit, de eadem, ϖείσει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν ὕϖα. Quinetiam lib. III, c. 61, activæ voci ἀναγνώσας aliam tribuit ſignificationem idem interpres: τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Παττιζείθης ὡς οἱ ἀνὴρ ϖάντα διαϖρήξει, εἶσε ἄγων ἐς βασιλήιον θρόνον. ita enim hæc reddidit, *Hunc virum magus Patizithes inſtructum quemadmodum ipſe illi omnia peracturus eſſet, in regium ſolium perduxit*. Quum debuiſſet ita vertere, *Huic viro quum perſuaſiſſet magus Patizithes fore ut ipſe illi omnia effecta redderet*. Erat enim Patizithes qui Smerdi omnia confecturus erat, non contrà: quod tamen potius præ ſe ferre videtur altera interpretatio. Ut autem Ἀναγινώσκω, ſic etiam Συγγινώσκω apud Herodotum à vulgari uſu diſcedit. Sed quid de Galeno & Erotiano dicemus, verbum ἀναγνῶναι apud Hippocratem, Ionica dialecto utentem & ipſum, non ϖεῖσαι, id eſt, *Perſuadere*, ſed μεταϖεῖσαι, (id eſt, *Diſſuadere*, vel *De ſententia deducere*, *A ſententia dimovere*) necnon μεταδιδάξαι exponentibus? καὶ ἐκ ϖλείονων (inquit Hippocr. lib. De artic.) ἀυτὸς ἀναγνῶναι, εἰ μὴ μάλις, ὅτι τόδ' ἐστὶ τοιόνδε. Suſpicor, unum ex altero ſumpſiſſe, qui loco præpropere (ut fit) lecto, nec bene memoriæ mandato, horum tantùm verborum recordatus ſit, ἀυτὸς ἀναγνῶναι· (ac non horum etiam quæ ſubjunguntur, ὅτι τόδ' ἐστὶ τοιόνδε) ſimulque præpoſitionis ἀνὰ verbo γνῶναι præfixæ uſum eum imaginatus ſit quem habet in aliis quibuſdam verbis, & nominatim in Ἀναδιδάσκομαι, apud ipſum Herodotum. Hoc etiam addo, perperam Galenum, & Erotianum ἀναγνῶναι, non ἀναγνῶσαι legiſſe apud Hippocratem: & quoſdam malè lectionem hanc in illam mutandam cenſuiſſe. Nam & hîc ex I, 87 habes ἀνέγνωσε, & legitur itidem VI, 75. Eodemque modo exſtat ἀνέγνωσαν I, 128. Sic autem & I, 85. ἄλλον γνώσας: ubi repono ἀλλοδάσας.

Ἀναγκαίη pro ἀνάγκη· ut in I, 11. μή μιν ἀναγκαίη εἰδέναι. H.

Ἀναδιδάσκεσθαι, vide VIII, 63 initio, & quæ adſcripſi margini. H.

Ἀναιρεῖσθαι, vide in Ἐπαναιρεῖσθαι.

Ἀνατ-

Ἀναμιμῆσθαι. ut I, 72 ſine, πέντε ἡμέρας ἀναμιμῆσθαι, *Quinque dies inſumuntur.* ſive *impenduntur.* H.

Ἀνακῶς ἔχειν, φροντίζειν, ſeu ἐπιμελῶς ἔχειν. VIII, 109, fine, σοῦρα ἀνακῶς ἐχέτω. C.

Ἀναπλώσας pro ἀναπλεύσας. C.

Ἀνάπυσον, *Quod innotuit, Pateſactum, Palam factum.* VI, 66. extremo, ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ ἀνάπυσα ἐγένετο ταῦτα. Sed malè in Ald. & German. edit. ἀνάπειρα. contra verò rectè in iiſdem, paulo antè, ἀνάπυστα γενόμενα ταῦτα. H.

Ἀνεθέλητον, quod ab aliis dicitur ἀβούλητον, *de eo quod triſte nobis accidit.* VII, 133 ὅ, τι ἦ τοῖσι Ἀθηναίοισι τοῦτα ποιήσασι τοὺς κήρυκας σωφρονεῖκε ἀνεθέλητον γενέσθαι, ἐκ ἐχω εἰπεῖν, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηώθη, *quid adverſi illis contigerit.* Et ἀνεθέλητος συμφορὴ apud eundem, (ſicut dicitur ἀβούλητος συμφορά) alibi ἄχαρις συμφορή. Quibus in locis vocabulum συμφορὰ ponitur tanquam μέσον, more antiquo. H.

Ἀνειμένος. II, 167. τοὺς εἰς πόλεμον ἀνειμένους. *bello deditos.* Sic paulo ante, ἀνέσεως ἐς τὸ μάχιμον. Sed ibi, ſicut & in Ald. edit. malè ἀνέσεως. H.

Ἀνελεῖν, eſt *Reſpondere*, ut de oraculis Latini dixere. I, 13. ἢν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα ἔσεσθαι τῆς Λυδῶν. *Si oraculum reſponderit, ipſum regem Lydorum eſſe.* Euterpe, c. 139. ἀνεῖλε ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτου βασιλεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. C.

Ἀνέωνται, vide in Ἀνειμένος.

Ἀντάω, ῶ, ex quo ἐπάντησε pro ἔτυχε II, 119, initio, ἐξ ξεινίων ἐπάντησε μεζόνων. quum præcedenti cap. 115. dixiſſet, ξεινίων τυχών. Sic Homerus Iliad. α. ἀντιάσας, dixit pro τυχών, ſive ἀπολαύσας, aut μεταχών· ubi canit Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσης αἰγῶν τε τελείων Βούλῃαι ἀντιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Facit autem illud ἀντᾶν ut minus mirari debeamus participium ἀπαντήσαντες genitivo itidem junctum; hoc in verſu, Ἄ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης Πρωτοπόρῳ, δι' ὅσης ἤλθετε πρηΐδος. vel πρωϊοβόλῳ, ut alibi legitur. pro quo tamen malim πρωτοβόλοι. Suſpicor autem priorem illum verſum mutatum fuiſſe ab iis quibus inſolens videbatur ille uſus participii ἀπαντήσαντες. Pro illo enim habetur hic, Anthol. epigr. lib. III, pag. 232. meæ editionis, Ἦν νέον ἡβήσασαν ἀποδρέψαντες ἑταῖραι. H,

Ἀντίξοος, *Adverſarius, Hoſtis*, ἐναντίος, πολέμιος. In cap. 218. lib. VII. ἐλπόμενοι γὰρ ἐδένα σφι φανήσεσθαι ἀντίξουν, ἐπεὶ ἐκήρυσαν πρῆξαι. Et adjectivè, γνώμη ἀντίξοος, *Sententia contraria, Sententia repugnans*, VIII, 119. H.

Ἀντιόμενοι ſunt Ionibus qui aliis ἐναντιούμενοι, ſive ἐναντίοι. ut initio Melpomenes καὶ νικήσαντες μάχῃ τοὺς ἀντιωμένους. Paulo pòſt, δοῦρον γὰρ ἀντιωμένην σφι πρῆξαι οὐκ ἀλίσκω. At verò alibi VII, 9. cum accuſ. perſonæ, ſequente etiam præpoſitione ἐς, habente ſyum accuſativum, pro *Occurrere*, ſeu *obviam venire hoſtiliter.* H.

Ἀντιπόλεμοι, *Hoſtes, Adverſarii*, πολέμιοι. VII, 236, fine. H.

Ἀνωσάμενοι, VII, 139, in fine, καὶ βασιλῆα μετά γε τοὺς ἀνωσάμενοι. *Qui repulerunt*, pro ἀπωσάμενοι. niſi fortè hoc ipſum reponendum ſit. H.

Ἀξιώσαμαι, activa ſignif. pro ἀξιῶσαι. I, 199. principio, πολλαὶ μὲν καὶ ἐκ ἀξιώσαμαι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, *Quæ non dignantur, Quæ dedignantur.* Item VII, 16 initio ἀξιούμενος activa itidem ſignificatione. Verùm ἐκ ἀξιούμενος ibi non eſt *Dedignans*, ſed *Dignum non judicans ſedere*, vel *rem ſe dignam*, aut, *Indignum ſe judicans qui ſederet.* Eod. cap. 16. no. 2. tamen voce activa dixit ἀξιώσει, *Dignabitur.* H.

Ἀπαγινέειν ſignificat *Exportare* ſive *Deportare.* Ἀγινέειν, *Apportare:* & ſimpliciter ἄγειν. C. Frequens uſus horum verborum eſt III, 89, 92, 93. 94, 97.

Ἀπαδεῖν, *Diſplicere*: ut Ἀδεῖν, *Placere.* H.

Ἀπεματαίωσε ſignificat apud Herodotum, *Crepitum emiſit.* II, 162. ὁ δὲ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐὼν ἵππου κωτήμυος) ἐπάρας ἀπεματαίωσε. C.

Ἀπεσώ, *Abſentia*, (ut Democrito δύεσώ, *Bona conſtitutio*) IX, 84. ἐπαιρομένους τῇ ἀπεσοῖ τῆς μάχης. C.

Ἀπὸ μὲν ἔθανε pro ἀπέθανε μέν, VIII, 89. initio, Sic multa compoſita dividit, inſerta particula ὦν, ut ἀπ' ὧν ἔδωκαν pro ἀπέδωκαν· & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε H.

Ἄρδις, *Genus teli*, & (ut volunt) *Pharetra*: ſed ſignificat apud Herodotum *Ferrum* (ut opinor) *ſagittæ.* C.

Ἄρθμιος, *Concors, Benevolus, Amicus.* VII, 101. in principio, μὴ ἐόντες ἄρθμιοι. Et IX, 9. Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων. At verò ἄρθμια ſubſtantivi vice fungitur, VI, 83. τίνες μὲν δὴ σφι ἦσαν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους, *concordia inter eos erat.* Item

ἀρθμίη

ἀρθμίη, *Concors, Amica*, IX, 36. H.

Ἄρθεα de natura equæ poſuit Herodotus. C.

Ἄση, *Moleſtia*. Et, Ἀσᾶσθαι, *Moleſtia & dolore affici*. C. I, 136 extremo, μηδεμίαν ἄσην ἀνδρὶ τῷ παιδὶ προσβάλλῃ ubi videri poſſit neceſſe minimè fuiſſe addere ἀνδρί. Ab Hippocr. ἄση de certo quodam moleſtiæ genere dicitur: nimirum de ſtomachi faſtidio, necnon de faſtidio ciborum. Quinetiam de inquieta corporis jactatione quæ ægrotis contingit. Unde & Ἀσώδεις hi vocantur. pro quo & Ἀοσώδεις gemino ο ſcribitur. Sic verò & Ἀοσᾶσθαι apud eundem, non ſolùm Ἀσᾶσθαι. Vide Hippocr. lexicum.

Ἀσινὴς, *Illæſus, Incolumis*. IX, 5. ἀπέπεμψαν ἀσινέα, paſſiva ſignif. Apud Hippocr. activa etiam. ut ἀσινέες ῥήξιες, *innoxiæ*. Sic & adverb. Ἀσινέως apud eundem, *Innoxiè*.

Ἀτάρ, ſicut & apud Homerum (cui Αὐτάρ etiam in uſu eſt) pro *Autem*, vel *Sed*. lib. VI, cap. 133. reſpondet particulæ μέ, cui paſſim δέ· ac interdum apud hunc quoque: ut IX, 115.

Ἀτάσθαλα, *Nefaria, Nefanda, Sceleſta*. IX, 77. & aliis pleriſque locis. Necnon aliquis dicitur ἀπάσθαλος, ut IX, 115 initio. Frequens eſt & Homero. H.

Ἀτέοντες, *Nihil curantes*. Eſt & Homerus ſimiliter uſus. C.

Ἀτρεκέως *Veré*. vel *Certò*, ut I, 57. ἐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν. Sic II, 167. ἐκ ἔχω ἀτρεκέως κεῖναι. Hoc adverbium frequens eſt apud Homerum etiam & Hippocratem: apud Homerum pro *Verè*, apud Hippocratem & pro *Certò*, *Exploratò*: & plerumque pro ἀκριβῶς, *Exactè*. ut in Prognoſt. ἢ δύναται ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. Sic & Ἀτρεκὴς pro *Exactus*. Extat etiam Ἀτρεκηίη apud Herodotum, quo ſignificatur *veritas*. Apud Hippocr. ἀτρεκείη ſcribitur: ut ἀτρεκείη κεῖναι apud eum legitur pro eo quod attuli ex Herodoto ἀτρεκέως κεῖναι. H.

Ἄτρυτον πόνον, *Intolerabilem*, IX, 51. initio, ἔχον πόνον ἄτρυτον. C.

Αὐδάζειν, *Vocem emittere*, ſeu *Loqui*. C.

B

Βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς, *Ubi profundiſſimum eſt*. Item de Iſtro IV, 48. ἴσος αὐτὸς ἑαυτῷ ῥέει. id eſt, *Aequabili flumine fertur*. C.

Βάρις, in Euterpe, c. 41. Navigium Ægyptiacum. C.

Βαρυσυμφορώτατος ἀνθρώπων, I, 45. id eſt, βαρείας συμφορὰς ἀνθρώπων μάλιστα παθών. vel βαρεῖαν συμφορήν. *Qui omnium hominum maximè graves calamitates eſt perpeſſus*. ſive *gravem calamitatem*. Vel una voce, *Miſerrimus*. H.

Βασίλεια, I, 11. ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι. At verò βασιλεία, cum accentu in penult. in lingua communi dicitur *regnum*: apud Herodotum βασιληίη. ut ibidem ſequitur proximè βασιληίλω. H.

Βεβωμμένα, id eſt, τιμιβόητα, *Celebria*. C. Vide Βῶσαι.

Βωθεῖν pro βοηθεῖν, (id eſt, *Auxiliari*) apud hunc ſcriptorem, teſte Euſtathio: affertúrque & ab Heſychio. Legimus tamen & cum ου, βουηθησάντων I, 150. in medio. H.

Βῶσαι pro βοῆσαι (ut proxime præcedit βωθεῖν pro βοηθεῖν) *Clamare*. At in fine c. 146, I. I, μηδὲ ὀνόματι βῶσαι τὸ ἑωυτῆς ἄνδρα, non malè, *neque nomine compellare ſuum maritum*. Sic Ἀναβῶσαι pro ἀναβοῆσαι. unde ἀνέβωσεν I, 10. *exclamavit*. Sic alibi I, 8. ἀμβώσας pro ἀναβοήσας, & ὑπεβώσαντο I, 87. pro ὑπεβοήσαντο. Paſſivum autem particip. βεβαομμένα pro βεβοημένα habuiſti paulo ante.

Γ

Γενέτωρ, *Progenitor*, in Urania, c. 137. Alioqui vulgo recepta ſignificatione eſt *pater*. H.

Γένεα Ægyptiorum eſſe ait ſeptem, II, 164. & alios, ſacerdotes, alios, pugnatores, alios, bubulcos vocari. *&c.* Ubi Valla interpr. *Septem genera hominum*. Sed non minus placeret mihi *Septem ordines*, vel *Septem claſſes*. Sic alibi I, 125. aliquot γένεα Perſarum eſſe ſcribit. At verò I, 56. legimus τῷ Δωρικῷ γένει, & τῷ Ἰωνικῷ. H.

Γνωσιμαχέειν interpretantur *Perpendere ſuas vires, quæ inferiores ſint adverſariorum viribus*. Itaque poſſet accipi Thalia, c. 25. εἰ μὴ νῦν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε. Significare videtur ſimpliciter, τῇ γνώσει μάχεσθαι. hoc eſt, *Mutare ſententiam*, & *perpendere*. Urania, c. 29. γνωσιμαχέετε μὴ ἓν ὁμοῖοι ἡμῖν. At Polymnia, c. 130. γνωσιμαχέοντες καὶ ταῦτα, καὶ ὅτι χώρην ἄρα εἶχον δυαίρετον. C.

Δ

Δεῖπνα annotarunt ab Ionibus appellari Cœtus triginta hominum qui ſimul cibum caperent. Homero tamen δεῖπνον ſimpliciter cibum ſignificat, atque etiam equorum pabulum; ut, Νῶϊ δ' ἔρχεσθ' ὅτι δεῖπνον. & Εὖ ϑ' ὑπ' ἵπποισιν δεῖπνον δότω.

Δένν@., *Dedecus, Opprobrium.* Vnde & verbum Δεννάζω.

Δηλήσασϑαι pro βλάψαι, apud hunc ſcriptorem, ſicut apud Homerum: ut Euſtathius quoque annotat in hunc illius poetæ locum, II. α, Οὐδέ πω' ὃν Φοῖβος ἐρεμβώλακι βωτιανείρῃ Καρπὸν ἐδηλήσαν'. ἐπεὶ &c. Apud hunc IV, 198, legitur & δεδηλῆσϑαι, paſſiva ſignific. Hinc & Δήλησις apud Hippocratem: item Δηλητήρια φάρμακα, pernicioſa atque adeo lethifera. H.

Διὰ cum genitivo, uſum habens diligenter notandum, hoc in loco, I. 25. Θείης ἄξιον ἀφ' πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων, *inter omnia quæ ſunt Delphis donaria.* H.

Διαβάλλειν, *Calumniari*, & *Inſectari*, & *Fallere*, & *Verba dare* C.

Δίαιταν ποιέεσϑαι, *Diverſari, Habitare, Commorari.* Sic III, 51. ἦ ὁ ἐξελασϑεὶς ὑπ' αὐτῶ πᾶς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τέτους πέμπων ἄγγελον (ita enim interpungendum eſt, non inter πᾶς & δίαιταν, ut in Ald. & Germ. editione) id eſt, *Ubi diverſabatur.* ſeu, *Apud quos domicilium habebat.* At verò IX, 81. circa finem, δίαιταν interpres reddidit *vitam:* de rege Perſarum, ὃς τοιῳδὲ δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας ὕστω οἰζυρῷ ἔχηλας. ἀπαιρησόμ@.. Sed malim, *Cui quum talis ſit ratio victus*, ſive, *Qui quum tali victu utatur.* Cum hoc autem uſu nominis δίαιτα, non cum illo, convenit ille qui paſſim apud Hippocratem occurrit, quin etiam apud Medicos ejus poſteros, qui ex eo ſunt mutuati: niſi quòd multorum ægrotorum δίαιτα, cum illa regis Perſarum comparata, planè eſt οἰζυρὴ (ut loquitur illic Pauſanias) præſertim ſi verum eſt illud,

Qui medicè vivit, miſerè vivit.

Διασφάξ, *Crepido rupium.* C.

Διαφέρειν τ' αἰῶνα, III, 40. *Ævum tranſigere*, ſeu *Ævum agitare.* Perinde ac ſi diceretur, *Perdurare in vita.* Apud Hippocr. Διαφέρεα exponitur etiam *Morbum perferunt.* Atque idem & voce paſſ. Διαφέρεσϑαι utitur pro *Durare*: ſi mendo carent exemplaria.

Διαχρῆσϑαι pro ſimplici χρῆσϑαι. ut VI, 11. εἰ ϑ' ὑμᾶς μαλακίη τις ἔχει ἀταξίη διαχρήσεσϑε. In præcedenti autem cap. 10. dixerat, ἀγνωμοσύνῃ τε διεχρέωντο. Sic III, 72. οἵτε ψοδόμβοι καὶ οἱ τῇ ἀληθείῃ διαχρεώμβοι. At verò VII, 101, cum eodem dativo utitur & compoſito illo & ſimplici verbo, ὦ βασιλεῦ κότερα ἀληθείῃ χρήσομαι πρός σε, ἢ ἡδονῇ. Et ſequitur, ὁ ϑ' μὲν ἀληθείῃ χρῆσϑαι ἐκέλευε. Paulo poſt c. 102. ἀληθείῃ διαχρήσασϑαι. Et mox, τῇ (videlicet ἀρετῇ) διαχρεωμβίη ἡ Ἑλλάς.

Verùm alicubi pro *Interficere.* ut I, 24. ſed ibi διαχρᾶσϑαι pro διαχρῆσϑαι. Quinetiam compoſitum Καταχρῆσϑαι uſum hunc apud illum habet, ſi bene memini: apud poſteros quidem certè eum habere conſtat. H.

Διδόναι λόγον ἑωυτῷ, vide in Λόγ@.

Δίκαιαι ὀργαὶ, II, 149. *Quæ ſunt juſtæ magnitudinis.* Utitur autem & lingua Gall. illa voce Lat. hac in ſignific. Apud Hippocratem δίκαιον exponitur ὔλογον: quod non ſolùm *rationi conſentaneum*, ſed *proportioni conſentaneum*, alicubi interpretandum eſſe videtur. Alioqui ἴσον etiam exponitur. Erotianus autem & quaſdam expoſit. affert quæ mihi violentæ videntur. H.

Δικαιῶν ſæpe pro ἀξιῶν, ſequente infinitivo. Propriè autem ſonat perinde ac ſi quis dicat, δίκαιον κρίνειν, id eſt, *judicare rem eſſe juſtam.* III, 148. ὃς λαβεῖν μὲ διδόμβα ἐκ ἐδικαίω. ubi Valla, *recipienda non putavit:* ſed malim, *recipere juſtum eſſe non putavit.* Vel potius, *par eſſe non putavit.* H.

Διφάσιον. *Geminum: ſeu Duplex.* C.

Item plural. Διφάσια, *Duplicia.* vel *Bina.* aut *Duo.* Ut διφάσια τρώματα, I, 18. *Duo vulnera.* Et διφάσιαι αἰτίαι III, 122. Et διφάσιαι εἰκόνες, II, 182. *Binæ imagines.* ſeu *bifariæ.* Suſpicor autem ex hoc διφάσι@. Latinos mutuatos eſſe ſuum *Bifarius*, itidémque *Trifarius* ex Τριφάσι@. Quod ſi ita ſit, rectius ſcribentur per *ph.* H.

Δοξῶσαι, pro quo dictum poſtea fuit δοξάζεσϑαι. IX, 47. ἐπεί τι δεδόξωσαι εἶναι ἄριστοι, *exiſtimati eſtis.* Et VIII, 124. ὅμως Θεμιστοκλέης ἐβούλετο τε καὶ ἐδοξοῦτο εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατ@. ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Ubi fortaſſe aliquis ἐδοξοῦτο

ut

ut ἐβώδη ſcribendum putet. Sed quid ſi ἐβώδη malè pro ἐβώδη ſcriptum eſt? & ſcribendum eſt ἐβώδη, factum ex ἐβοήδη, (ut antea βῶσαι pro βοῆσαι, βεβωμβύα pro βεβοημένα, atque alia hujus ipſius familiæ habuimus) manente altero ἐδιξώθη, ſine σ, ut ἐχρυσώδη abſque litera illa ſcribitur? H.

Δυλότερος, *Magis ſervus.* Et Δυλοτέρη, *magis ſerva* VII, 7. H.

Δωτίναι, δῶρα, ſeu δόσεις, *Munera, Largitiones.* Et ἔδωκε δωτίνεω, *dono dedit.* II. 1, Οἵτινές ἑ δωτίνῃσι θὸν ὡς τιμήσουσι. Et Δωτινάζειν, *Dona corrogare* II, 179. H.

E

Ἔαδε. *Placuit*: ea ſignific. qua dicitur *Placuit ita facere.* pro *Viſum* eſt. IV, 145. Λακεδαιμονίοισι ὃ ἔαδε δέκεσθαι τὰς Μινύας ἐπ' οἵσι θέλουσι αὐτοί. Sic alibi, ἐς ὃ σφι ἔαδε ὁμολογίη χρᾶσθαι. Item ἐάνδανε, circa principium Calliopes, c. 5, ſine infinitivo, εἴτε οἱ ἐκ ταῦτα ἐάνδανε, *Sive hæc illi placebant, Sive hæc ſentiebat.*

Ἔᾶσιν in duobus Herodoti locis legi: ſed alios præterea occurrere cupio in quibus hoc vocabulum legatur, antequam de eo dicere auſim quod ſuſpicor. Vix enim in duobus illis ἔᾶσιν pro κόσμον dictum eſſe, mihi perſuadere poſſum. H.

Ἐᾶσυρεῖν, vide in Κυρεῖν.

Ἐθέλει, pro εἴωθε, *Solet, Solitum eſt.* Pro quo & φιλέει dicitur. Utrumque eodem loco habes, VII, 50: I. Quum autem videamus Herodotum in priore quidem membro dicere φιλέει, in poſteriore autem, ἐθέλει: minimè dubium eſſe cuiquam debet quin ita ſit accipiendum. Ideóque Galenus, apud Hippocratem ita potius exponere debuit quàm verbo δύνασθαι. H.

Ἐκ. Præpoſitio hæc apud Herod. uſum quendam habet, qui non animadverſus fecit ut huic loco abſurda interpretatio daretur, I, 10. μαθοῦσα ὃ πεπηδὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός. Malè enim intellectum fuit, μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρός, pro τὸ πεπηδὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός. id eſt, ὑπὸ τοῦ ἀνδρός· ut alibi docebo, ſimulque alia hujus uſus exempla proferam. H.

Ἐκαστέρω (pro quo perperam alicubi ἑκατέρω, quum poſitivum ſit ἑκάς) *Longius, Remotius, Ulterius*: & Ἑκαστάτω, *Longiſſimè.* H.

Ἐκγίνεσθαι, *Licerem, Facultate eſſe.* Sic III, 142, *initio*, τῷ, δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βουλομβύῳ γένεσθαι, ἐκ ἐξεγένετο. *Non licuit, Facultas ei non fuit, Datum non eſt*, ſive, *conceſſum.* H.

Ἐκπαγλεόμβυοι, *Admirantes.* vel potius *Valde admirantes, et ad ſtuporem uſque.* IX, 47. initio ἐκπαγλεομβύων ὡς ἔτι φεύγοντε ἐκ πολέμου. Derivatum ex Ἔκπαγλος. unde & adverbium Ἐκπάγλως, apud Homerum necnon apud Hippocratem, non ſimpliciter *Mirum in modum*, ſed *Stupendum in modum.* Niſi quis *Ad ſtuporem uſque* malit dicere. H.

Ἐκπλῶσαι τῆς φρενῶν; *De ſtatu mentis dejectum eſſe.* III, 155. πῶς ἐκ ἐξέπλωσας τῆς φρενῶν; Alibi in propria ſignif. ἐκπλώσας, I, 29, de Solone. Sic autem & Ἀναπλώσει, II, 93. ubi proximè præcedit & ἐκπλώοντες. Invenitur tamen alicubi in hoc verbo, & apud hunc, diphthongus ου, more linguæ communis, non ω, ſed ex errore, ut opinor. Eorum locorum unus eſt II, 179, πρὸς ἀνέμους ἀντίους πλέειν. H.

Ἐκπᾶσθαι, pro κεκλῆσθαι, ut apud Homer. unde ἐκπεμβύων, VIII, 140 extremo. Sic & Hom. Il. 6, --ὃσ' ὅσα φασὶν Ἴλιον εἰςπᾶσθαι ἀναιθόμενον πολιήτρον. Vult tamen Euſtathius non minus Atticum eſſe quàm Ionicum. Quamvis autem hoc ex aliorum (ut credibile eſt) grammaticorum autoritate dicat, aut illi fides haberi da non eſt, aut exemplaribus Ariſtophanis deneganda. Non ignoro alioqui Atticis cum Ionibus eſſe quædam communia. H.

Ἐλινύειν, *Acquieſcere.* C.

Ἐλλάμψεσθαι, pro ἐλλήψεσθαι. ut I, 80. τῷ δήτοι κε ἐπῆιξε ἐλλάμψεσθαι ὠυτός. de equitatu Crœſi. *Quo* (inquit) *& ipſe Cyrus oppreſſum iri ſe exercebatur.* Et Melpom. [V, 21] καλαλαμφθεὶς pro καλαληφθείς. à verbo λάμπεσθαι, quod ἀποδέχεσθαι, id eſt, *accipere*, illis ſignificat. C.

Invenitur & λάμψεται. VII, 39. Quinetiam compoſitum φοιβόλαμπος pro φοιβόληπτος, IV, 13. Cum hoc autem uſu hujus verbi convenit quod & eod. lib. IV. c. 79. legitur, νῦν ἔοικε ὁ δαίμων κε τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει. H.

Ἔμβολον, *Roſtrum in navi, & veluti clauſtrum regionis.* Et de portis, χαλκοῦδετ' ἔμβολα, Phœniſſis. C.

Ἐναγί-

Ἐναλίζειν, vide in Καταλίζειν. H.

Ἐνάρεες, Scythæ evirati & vates Scythici, quorum & Hippocrates meminit ἐν τῷ περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. ſed ibi ἀνανδρίας vocat. Aliqui annotarunt ἐνάριας eſſe *bellatores* apud Ionas. C.

Ἐνείκω, eſt ἐνέγκω. C.

Ἐννώσας, id eſt ἐννοήσας, *Quum intellexiſſet*, Clione, c. 68. Et ibid. c. 77. ἐνένωλο, τὸ χειμῶνα παρεὸς, ἅμα τῷ ἦρι στρατεύειν, *in animo habebat*. Et, ἐνενώκασι, *Animadverterunt*, III, 6. C.

Ἔξεσις de dimiſſione, ſeu amandatione uxoris V, 40. Vide Euſtathium, qui & uno verbo ἀπαζύσιον exponit. H.

Ἐπάϊστος, *De quo auditum eſt aliquid.* ut II, 119. ὡς ἐπάϊστος ἐγένετο τοῦτο ἐρεθισμένος. *Poſtquam auditum fuit eum hoc feciſſe, vel Innotuit, Compertum fuit*, ſive *Compertus eſt.* Sic VIII, 128, ἐπάϊστος ἐγένετο πρηγδιδούς. H.

Ἐπεί τε, pro ἐπεὶ vacante particula τε, paſſim. H.

Ἐπὶ ξυρῷ τῆς ἀκμῆς, vide in Ξυρόν.

Ἐπὶ, cum genitivo quoque *Ad* ſignificat. ut ἀποπλέοντας ἐπ' Ἀλίυπε I, 1 extremo. Quod & ipſum planè Atticum eſt. ut ἀπῆλθον ἐπὶ φυλῆς. Calliope c. 11. ἀπαλλαξεῖς ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος. Hæc ipſa præpoſitio ἐπὶ cum dativo interdum ubi potius moris eſt uti præpoſitione ἀπὸ cum ſuo genitivo. ut I, 15. καλέεται Γυγάδας ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίῃ, quum potius dicendum videretur, ſequendo vulgarem ſermonis formam, ἀπὸ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίης. Imitati autem ſunt hunc præpoſitionis hujus uſum quidam ex poſteris: quorum ideo loci mendi ſuſpecti fuerunt. Sic apud Arrianum ὀνομαζεῖσαν ἐπὶ μιῇ τῶν ὀπαδῶν τῆς Κυβέλης νυμφῶν. At verò ubi hæc præpoſitio genitivo juncta huic rei ſignificandæ adhibetur, ibi certum eſt mendoſum eſſe locum. H.

Ἔπιπλα, *Supellex.* C.

Ἐπίστασθαι non ſolùm pro *Scire, Noſſe:* ſed alicubi & pro *Exiſtimare.* In quibuſdam autem Homeri & Hippocratis locis exponitur δύασθαι, ubi tamen non video quid obſtet quominus ſignificationem ſuam retineat. H.

Ἐπίσιος, ἐφέσιος. Et Jupiter ἐπίσιος I, 44. C.

Ἐπιτρεφέως, *Accuratè, Vehementer.* Item *Obliquè*, C.

Ἐπίτεξ, *Vicina partui*, I, 3. C.

Adjuvat autem valde Hippocratem hic locus Herodoti: quum oſtendat legi perperam apud eum ὀπιτέξῃ, & ab aliis ὀπιτόξῃ, pro ἐπίτεξ ᾖ, in hoc Περὶ γυναικ. loco; φημὶ ὦ γυναῖκα, ἰὼ ἐπίτεξ ᾖ. H.

Ἐπιφράζεσθαι, *Excogitare Perſpicere, Animadvertere*: in fine Polymniæ, & in cap. 10. Terpſich. Et Καταφρασθεὶς αὐτὸν ταῦτα ποιεῦντα IV, 76. *Quum animadvertiſſet illum hæc facere.* H.

Ἔρχομαι φράσων, Ἔρχομαι ἐρέων, Ἔρχομαι λέξων, & in præterito, ἦια λέξων, *Ingrediar exponere.* Virg. *Sic contrà eſt ingreſſa Venus.* C.

Ἐς τὸ, ἕως ἄν, *Donec. C.*

Ἐσγεσῶ, ea forma qua alibi ἀπεργῶ. Videtur autem dativus illius nominis δύεσγω, videlicet δύεσγι, quod margini adſcriptum eſt I, 85, vera eſſe lectio: & δύσνια, quod in ipſo textu eſt, ad illius expoſitionem poſitum, eò irrepſiſſe. H.

Ἔσχαρις, *Stercus.* C.

Ἐσχάτ' ἄν pro ἐπειδ' ἄν. C.

Ἐσχόρνη, *Nox.* ut IX, 38. ὡς δ' ἐσχόρνη ἐγένετο. Itidemq; Ἐσχόραι, *Noctes.* H.

Ἐσχαρίσως, idem quod κεχαρισμένως. I, 32, fine. H.

Ἔφησε λέσων pro ἔφη, VII, 137. Sic ἔφασαν λέσοντας pro ἔφασαν, circa initium Calliopes, c. 2. H.

Ἔχειν cum præpoſ. ὑπό. ut ἔχονλας ὑπὸ σφίσι, eo fortaſſe modo quo Galli, *Ils en ont à moy.* item, *A qui en avez-vous?*

Z

Ζόη, id eſt, βίος, *Vita.* Et Ζωὸς, *Vivus.* ut & Odyſſ. λ, Ζωὸς ἐών. Et Ζωάγρια, Odyſſ. ϑ. & Ζωγρεῖν, Iliad. ζ. C.

Quamvis autem ζόη eſſe Ionum dicatur, ab ipſo etiam Euſtathio, tamen & ζωὴ alicubi ſcriptum eſt: ut I, 38. genitivus ζωῆς. H.

Ζώνη, eſt Herodoto πορφυρῆν ἱμάτιον, teſte Suida. H.

H.

Ἤθεα, *Domicilia*, id eſt, Ea loca in quibus vel homines vel animantes aliæ degere ſolent. C.

Ἠμεκτεῖν, *Indignari, Offendi.* C. Vide Περιημεκτεῖν.

Θ.

Θαλία, *Convivium lautum et opiparum.* Si à θάλλω derivatur, ſonabit quaſi quis dicat *Convivium florens*, ut in Theſauro ſcripſi:

ſed addidi vocem *lætum*. Dixi enim poſſe videri reſpondere his duobus, δαὶς τεθαλυῖα, perinde ac ſi diceretur *Convivium lætum & quaſi florens*. Verum apud Herodotum (ut & Bud. ſcribit) non tantùm eſt *Epulum* ſed etiam *Dies feſtus*. Sic autem in iſto ſcriptoris hujus loco in principio cap. 27. ἐν ἦσαν ἐν θαλίῃσι, Valla uſus eſt hac interpretatione, *& celebrando feſto operam dabant*. Non video tamen cur altera ſignificatio locum habere hic non poſſit. H.

Θοινίζειν. *Cibo, Paſco.* Factum ex δοίνη, ita ut ſonet quaſi quis dicat, Θοίνῃ παρέχω, vel Εἰς δοίνην παρέχω. eodem modo quo ex δεῖπνον fit δειπνίζω. In Clione, cap. 129. cum accuſat. perſonæ & dativo rei, πρὸς τὸ ἑωυτῇ δεῖπνον τὸ μὲν ἐκεῖνος παρῴξι τῇ παιδὸς ἐδοίνησε. Vbi fortaſſe rectius τῷ quam τὸ poſt δεῖπνον ſcriberetur. Alioqui ſubaudiendum fuerit κατά. H.

Θορὸς, τὸ σπέρμα. C.

Θορτὶ non Θορὸς habet editio Baſilienſis Hervagii, unde ſumpta hæc Camerarii fuerunt: ſed hunc tamen θυρὸς ſcripſiſſe mihi perſuadeo. Nam illud θορτὶ ne ſpeciem quidem vocabuli Græci præ ſe fert: at θυρὸς ſignificans σπέρμα, id eſt, *ſemen* (ſed intellige *ſemen genitale*) legitur apud hunc noſtrum ſcriptorem, legitur apud Hippocratem. Apud hunc, ut II, 93. principio, ἀπορραίνοντες τῇ θυρῇ: apud Hippocratem, ut quum ſcribit libro De morbis ſecundo, παρεῖναι οἱ θορὸς πολὺς καὶ ὑγρός. Scio alioqui fuiſſe qui aliquantulum diſcriminis inter θυρὸν & σπέρμα ponendum exiſtimarint. Obſervandum eſt autem, non ſimpliciter σπέρμα, ſed σπέρμα παιδοποιὸν, ab Herodoto dici, VI, 68. H.

Θυμαλγὴς, *Animo dolorem afferens*; ut θυμαλγέα ἔπεα. I, 29 initio. *Verba dolorem animo afferentia*, vel *Ægritudinem alicui afferentia*, ut loquitur Terentius. Poſſis & ita reddere, *Verba quæ animus ægre fert*. Quoniam autem Homerus quoque iſto compoſito utitur, (veluti quum θυμαλγὲς ἔπος & θυμαλγέα μῦθον dicit) poſſis, magis poëticè loquens, reddere, *Verba animum mordentia*. H.

Θυμὸς, vocabulum valde alioqui & apud cæteros uſitatum, quendam uſum habet qui apud cæteros vix occurrat, niſi ex ejus imitatione. Jungit enim genitivo: ut quum lib. I, cap. 1. dicit, ὠνέετο τῶν φορτίων τῆσι σφὶν ἦν θυμὸς μάλιστα. id eſt, *quorum maximè* (vel *potiſſimum*) *erat illis cupido*.

Θύσανοι, id eſt, κρωσσοὶ, *Bullæ aut fimbriæ in clypeis & tunicis*. C.

Θύσανοι geminato σ apud eum antea ſcriptum fuit: ſed ne geminetur σ obſtat quantitas ſyllabica, quum prima brevis ſit apud poëtas: etiamſi licentia utentes, in δυσανόεις & δυσανόεσσα producunt, ut metrum poſſit ingredi. Tum autem & duplicatur illa litera in quibuſdam exemplaribus. H.

I.

Ἰθαγενὲς, *Germanum, Natium*. II, 17. ἐκ ἰθαγενέα σώματά ἐστι, ἀλλὰ ὀρυκτὰ, *Non ſunt oſtia nativa, ſed foſſilia*. C.

Uſus eſt hoc vocabulo non ſolùm Homerus, ſed Hippocrates quoque: ſed uterque paulo alia ſignific. quàm in loco qui modò ex noſtro ſcriptore allatus fuit. Legimus enim Ὀδ. ξ,

—ἀλλά με ἴσην ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα.

ubi ἰθαγενέεσσιν ſonat γνησίοις· apud Hippocratem verò ἰθαγενὲς κύημα poteſt quidem fortaſſe exponi itidem γνήσιον, ſed alia tamen ratione. Eſt enim conceptus verus, & qui à falſo, id eſt, à mola diſtinguitur. Videndum an vocabula *Genuinus* & *Germanus* & hîc & illic habere locum poſſint. H.

Ἰθὺς & Ἰθὺ pro δίθυς & δίθυ, itidémque Ἰθεῖα pro δίθεια, ſicut apud Homerum & Hippocratem. Dici autem ab Herodoto ἐκ τῆ ἰθείας exponit ἐκ τῆ περφανῆς & παρδύ· hunc ejus locum afferens, III, 127. ἐκ μὲν δὴ τῆ ἰθείας ἔρχεσθαι ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, ἅτε οἰδεόντων ἐπὶ τῇσι πρησμάτων. Eſt enim reponenda apud Suidam hæc ſcriptura, οἰδεόντων una voce, pro illa quæ apud eum duas voces habet, οἱ δεόντων. Vide plura ſuper hoc loco in his verbis, Οἱ δέοντα πρήγματα. H.

Ἰκνεομένως, unde Οὐκ ἰκνεομένως & Οὐκ ἰκνουμένως, *Non debitè*. & μᾶλλον τ' ἰκνεομένω, *Magis quàm conveniret*. Hæc Camer. Exempla autem habes VI, 65. φὰς αὐτὸν οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύειν τ' Σπαρτιητέων. Paulo poſt eod. cap. ἔπι ἰκνουμένως βασιλεύοντα Σπάρτης. Quod autem & aliis in locis feci in Gallorum, & aliorum qui Gallici ſermonis ſtudioſi ſunt gratiam, hîc quoq; faciam, ut quàm bene conveniat hic adverbii iſtius uſus cum eo quod Gallicè dicitur, oſtendam. Quum enim adverb. ἰκνουμένως, vel potius ἰκνεομένως, (hanc enim lectionem præfero) à verbo ἰκνέομαι originem habeat,

habeat, quod eſt *venire*, Gallicè *venir*: animadvertendum eſt iſta verba, ἐκ ἰκνεομένου βασιλεύει, poſſe ita Gallico ſermone exprimi, *Il ne luy vient pas de regner*. Eſt autem *vient* à Latino *venit*, (litera i. ex fine ad principium tranſeunte) Ionicè, ἐκ ἰκνέεται. perinde ac ſiquis diceret, ἐκ ἰκνέεται εἰς αὐτὸν τὸ βασιλεύειν, pro illis, ἐκ ἰκνεομένως βασιλεύει. Alioqui & his verbis hoc exprimeret ſermo Gallicus, *Il ne luy touche pas de regner*. Alterius autem generis loquendi, Μᾶλλον ἢ ἰκνεομένου, exemplum tibi ſuppeditat VI,84. ὁμιλέοντα μᾶλλον ἢ ἰκνεομένου. quum antea pro μᾶλλον ἢ ἰκνεομένου dixiſſet μεζόνως· utens his verbis, ὁμιλέειν σφι μεζόνως. Nam qui aliquid facit μᾶλλον ἢ ἰκνεομένου, id eſt, magis quàm convenit, ſive magis quàm par eſt, is dici poteſt illud ποιέειν μεζόνως, quod Ionicum eſt pro μειζόνως. quaſi dicas, *majorem in modum quàm oporteat*. Sed Valla malè hunc locum cum vertit, non ſecus quàm ſi verba illa μᾶλλον ἢ ἰκνεομένου non ad ὁμιλέειν ſed ad ἀκρητοπωλεῖν, ſive ad ἀκρητοποιέω (ut ibi legimus) referrentur. Addam & hoc, Hippocratem quoque illo adverbio uſum eſſe, & quidem alicubi ſignificare apud illum *Quantum par eſt*, *Quantum ſatis eſt*; ut quum dicit, γάλα πίνειν ἰκνεομένως. Apud eundem ἐν τῷ ἰκνεομένῳ χρόνῳ. *Debito tempore*, *Convenienti tempore*, *Suo tempore*. Miror autem afferri ex illo loco ſcripturam ἰκνεομένῳ· è loco libri De fract. ἐν τῷ ἰκνεομένῳ χρόνῳ, & dici, ἰκνεόμενον χρόνον non minus quam ἰκνεόμενον, in uſu eſſe. quaſi verò illam quoque ſcripturam Græca lingua poſſit admittere, ac non jubeat nos vel ἰκνεομένῳ vel ἰκνεομένῳ dicere. Cæterùm hujus generis loquendi aptum habemus hoc quoq; exemplum, προγηράσκειν ἢ χρόνου ἢ ἰκνεομένου, *Seneſcere ante debitum tempus*. Et quaſi quis dicat, *Ante legitimum tempus*. Alioqui & ſimpliciter, *Ante tempus*, dici poteſt. Poëtæ autem dicerent etiam (ut opinor) *Ante ſuum tempus*. Ex eodem affertur & hoc, φροντίδες ἐκ' ἰκνεόμεναι (ſed malo ἰκνεόμεναι) pro *curis intempeſtivis* at verò illud, ἐν τῷ ἰκνεομένῳ χρόνῳ, apud Herodotum etiam exſtat. VI, 86.

Ἱστορέειν & Ἱστορέες ſæpe apud hunc ſcriptorem occurrunt, præſertimque illa vox activa. Eſt autem Ἱστορέειν *Interrogare*, *Sciſcitari*, *Percontari*, *Inquirere*: & Ἱστορέες, *interrogari*, *Inquiri*. II,19. Ἱστορέων αὐτὸς ἐγὼ τινα δύναμιν ἔχει ὁ Νεῖλος τὰ ἐμπαλιν πεφυκέναι τῶν ἄλλων ποταμῶν. Et paulo pòſt, ταῦτά τε δὴ τὰ λεγόμενα βουλόμενος εἰδέναι ἱστορέων. Sic I,61. μὴ ὁ, εἴτε ἱστορέοντι, εἴτε καὶ ὃ, φρονέοντι τῇ ἐωυτοῦ μητρί. *Dicit matri ſive percontanti ſive non*. Sed Valla longè ἱστορέειν hic eſſe putavit *Enunciare*, ideoq; alienum ab hoc loco ſenſum commentus eſt: ut tibi patebit ex collocatione verborum ejus cum iis quæ margini adſcripta ſunt. At verò paſſ. vox ἱστορέες I,24. legitur, ſed ita ut activam potius ſignific. habere videatur. H.

K.

Καὶ δὴ frequens eſt apud hunc, in narrationis velut incremento: ut quum Latinè dicitur *Atque etiam*, vel *Tum*, *vel Tum etiam*, & ſimiliter C.

Κάρτα πάνυ, *Admodum*. C.

Aliquando (I, 71.) & præfixo articulo dicit τὸ καρτα, ſive τοκάρτα. Euſtathius tamen in librum ιωτα Iliadis, non Ionum ſed Dorum eſſe dicit articuli pleonaſmum ante adverbia. H.

Καταγίζειν, ut καταγίζειν πυρί, *Igni conſecrare*. Item, *Immolare & ſacrificare*, Clione c. 86. & Melpomene c. 35. Et Ἐναγίζειν, *Inferias mittere*: Euterpe, c. 44. in fine. ὡς ἥρωϊ ἐναγίζουσι. C.

Illi autem Καταγίζειν addendum eſt Καταγιάζειν· ſi quidem emendatè ſcriptum eſt καταγιαζομένῳ, I, 202. Sed (verum ut fatear) ſuſpicione apud me ſcriptura hæc non caret: præſertim quum & Erotianus, ſuo in Hippocratem lexico, Ἐναγίζειν, non Ἐναγιάζειν, ſcribat, exponens, τοῖς καταχομένοις ἢ τοῖς καταχθονίοις θύειν. ſicut Heſychius χοὰς ὑπισχνεῖσθαι, vel θύειν τοῖς καταχομένοις. Sed magis priorem probo expoſitionem quàm poſteriorem: & in poſteriore placet quòd καταχομένοις tantùm dixerit, non autem cum Erotiano, ἢ τοῖς καταχθονίοις· quoniam hoc de diis inferis dici ſolet. Non ſolùm autem *Inferias mittere*, dixerunt Latini, ſed etiam *Inferias ferre*, & *Inferias dare*. At *Inferias facere* (ut etiam exponitur) me legere haud memini. H.

Καταδόξαι uſurpat ut alii καταγνῶναι. H.

Καταπρηΐξεσθαι interpretantur, *Gratè habituros aut impunè laturos eſſe*. ἀπὸ τοῦ πρηκτῆρος deducto vocabulo. ut Thalia, c. 36. extremo, ἐκαταπρηΐξεσθαι, de iis qui Crœſum conſervaſſent. Et non minus in fine ejuſdem libri, c. 156. & Polym. c. 17. Sed Terpſich. c. 105. poſſe ita accipi videtur ut ſit à verbo ἰκέω Ionico, & ſignificet, *Progredi longius*, aut *effugere*, ſimiléve aliquid. C.

Καλαφεάζομαι, vide in Ἐπαφεάζομαι. H.

Καπίδησαν φῶρα ἕξ, II, 174. metaphora reſpondente ei quam habet ἀπέλυσαν. H.

Κατηλογέοντο, vide in Ἀλογήσας.

Κείρειν apud Herodotum, *Vaſtare, Populari*; veluti quum dicit VIII, 32. πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον. Et IX, 15. ἔκειρε τὴν χώρην. itidemque paſſive, VIII, 65. ἐκείρετο ἡ Ἀττική. Quem verbi hujus uſum ſumpſit Herodotus ex Homero, utente non ſolùm ſimplici, ſed & compoſito Κατακείρειν· ut Odyſſ. χ. --ὅτι μοι κατεκείρετε οἶκον, *Depræda bamini domum, Spoliabatis domum.* Herodoti autem exemplo uſurparunt etiam Thucyd. & Plato. H

Κεραΐζειν, *Diripere, Sternere.* II, 115. ἀλλὰ καὶ οἰκία τοῦ ξείνου κεραΐπας ἥκεις. Et Homer. --ὅθι περ Τρῶας κεραΐζε καὶ ἄλλους. C.

Κῆ, ut πῆ, item Κη ſine accentu, quum eſt particula ὡδὰ πληρωματική, id eſt, expletiva. Exemplum illius extat I, 32. extremo, σκοπέειν ὃ χρὴ παντὸς χρήματος τὸ τελευτῶντῶ κῆ ἀποβήσεται. At hujus exemplum cùm alii plerique præbent loci, tum hic, IV, 124. σαφέως ὡς ἐξήκοντα μάλιστά κη. H.

Κληδὼν & Κλεηδὼν, *Rumor, Fama, Omen.* χαῖρε ὦ κλεηδόνι. Odyſſ. υ. C.

Κνυζημάτων, Euterpe, c. 2. *Vagitus puerilis*: ſignificatio πεποιημένως, ut videtur Cam. Quamvis autem ita legatur in edit. illa Baſilienſi, puto tamen Cam. ſcripſiſſe πεποιημένη, non πεποιημένως. aut ita, πεποιημένως (*ut videtur*) *facta.* vel potius *huic vocabulo data.* Vel tale quid.

Κόσμος, τάξις, id eſt, *Ordo, Ratio.* I. 99. κόσμον τόνδε ὁ Δηϊόκης πρῶτος ἔθετο καταστάσαι, *Hanc rationem primus inſtituit.* vel, *Ita res regni ordinavit.* Item, II, 131 ἔφευγον ἐπὶ κόσμῳ, *de effuſa fuga.* Inde Homerica, κοσμήτορες λαῶν. &, αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμησεν ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕκαστον. C.

Κυρίδιος, ab Herodoto (ſicut & ab Homero ante illum) dicta fuit uxor, quam duxit dum adhuc eſſet κόρη, id eſt, *virgo*, & quidem *juvencula*, ſive *juvenilem ætatem non excedens.* Sic in Clione, cap. 135. Γαμέουσι δ' ἔνιοι αὐτῶν πολλὰς μὲν κυρίδιος γυναῖκας. Sed ab Homero terminatione alia κυρίδιη dicitur. Sic Il. ν, Οἱ μὲν κυρίδιον ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ Μάψ οἴχεθ' ἁρπάζοντες. Sic Iliad. τ, --Ἀχιλλῆος θείοιο κυρίδιον ἄλοχον δόσειν. Verum & Κυρίδιος πόσις (id eſt *maritus*) viciſſim ab Homero dicitur. H.

Κυρεῖν cum genit. τυγχάνειν, ſive τυχεῖν. Item Κυρῆσαι. ut I, 59. circa finem, ἐδέετό τε τοῦ δήμου φυλακῆς τινὸς παρὰ αὐτοῦ κυρῆσαι. *aliquam cuſtodiam ab illo conſequi*, vel *obtinere.* Hinc & Κυρήσας pro τυχών. Apud Hippocratem participio jungitur, eo modo quo ἔτυχε, vel τυγχάνει plerumque illi jurgi videmus. Legimus enim apud illum, καὶ μήπω κυρήσῃ τὸ σῶμα τεθνεὸς, id eſt, *neque dum corpus mortuum fuerit.* Ubi alioqui τύχῃ dici potuiſſet.

Ἐγκυρεῖν itidem pro ἐντυχεῖν, ut lib. VII, 218. ἐνέκυρησαν στρατῷ, *inciderunt in exercitum.* Exſtat verò & aliud compoſitum apud Hippocratem, videlicet Συγκυρεῖν, ut in libro De morb. συγκυρήσει ὥστε ῥιγῶσαι μεθύοντα. ſed hoc eſt pro συμβήσεται, id eſt, *eveniet.*

Κώμῳ χρῆσθαι, *Comeſſationem exercere*, vel potius *comeſſationes.* In Clione, cap. 21. extremo, τότε πίνειν τε πάντας καὶ κώμῳ χρῆσθαι ἐς ἀλλήλους. ubi interpres vertit, *& inter ſe comeſſationibus uterentur.* Ab hoc nomine eſt Κωμάζειν. At verò κῶμα, quod frequens eſt apud Hippocratem, quamvis conſequi illas τῇσι καμαζόντων compotationes plerumque videamus, mirum tamen eſt ſi Galenus καμάζειν prius eſſe quàm κῶμα, & hoc ex illo deduci putavit. Nec enim rationi & artis grammatices legibus conſentaneum magis puto κῶμα quàm κῶμον ex illo deducere: id eſt, non minus præpoſterè illud quàm hoc poſſe fieri.

Κῶς, & Κως encliticè, pro πῶς & πως enclitico, paſſim apud hunc ſcriptorem, præſertimque hoc poſterius: ut lib. III, c. 150. καί κως ταῦτα ποιεῶντες ἐλάνθανον.

Λ

ΛΑβέειν, unde Διαλαβέειν I, 114. Et Λελάβηκε, IV, 79, νῦν ἔστω ὁ δαίμων καὶ ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε. Paulo antè, καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει; legitur & λάβε, cùm alibi, tum I, 108.

Λαισηΐα, *Parmæ*, aut *Peltæ.* C.

Λαύρεα, *Angiportum.* ut & Odyſſ. χ. C.

Λέχη, *Sermo, Colloquium.* In Euterpe, c. 32 ἀπικέσθαι ἐς λέχην τὴν περὶ τοῦ Νείλου, *mentionem factam* dicit *Nili.* Et Calliope, c. 70. γενομένης λέχης, *verba quum fierent.* Et Ἔλλεγα· ut I, 153. ὁ τὰ Ἰώνων πάθεα ἴσασι ἔλλεγα, ἀλλὰ τὰ οἰκήια, *non de Ionum malis ſed de ſuis fabulabuntur.* Et Περιλεχήσιος, II, 135. *Celebris.* Et apud Heſiod.

λέχη,

λέχη, locus publicus, de fabulis & colloquio vulgi, ut apparet, dictus. Odyſſ. σ, Οὐκ ἐθέλεις εὖδειν χαλκηΐων ἐς δόμον ἐλθών, Ἠὲ πυὲς λέχην. C.

Λαΐζεσθαι, *Rapere.* C.

Λιπαρείη τε καὶ ἀρετῇ, IX, 21. *Conſtantia* (ſeu *tolerantia*) *& fortitudine.* Λιπαρίετε μέροπες, *durate,* Calliope c. 44. Et Euterpe, c. 42. ἐπεί τε λιπαρέειν τὸν Ἡρακλέα, *quum Hercules perſeveraret in flagitando.* C.

Λόγος, etiam *fabulam,* id eſt, μῦθον, ſignificat; ut Clione, cap. 141. ἔλεξέ σφι λόγον. Et, Αἴσωπος λογοποιὸς, &, Ἑκαταῖος λογοποιὸς, Euterpe c. 134. & 143. C.

Λόγον ἑωυτῷ διδόναι, *Reputare aliquid,* ſeu *Secum perpendere.* C.

Λωβᾶσθαι, *Fœdare,* eo modo quo dicitur à Virgilio, *Fœdavit vultus,* de facie mutilata. Sic enim apud noſtrum ſcriptorem Zopyrus ſeipſum λωβᾶται, III, 154. Atque ut hic legimus ἑωυτὸν λωβᾶται (additis etiam his duobus verbis, λώβῃ αἰνοτάτῃ) ſic paulo pòſt, ἑωυτὸν λωβᾶται. Ac parvo intervallo ſequitur cap. 155. λελωβημένον ſignific. paſſiva. Apud Homerum Iliad. β, Ἦ γὰρ ἂν Ἀτρεΐδῃσι νῦν ὕστατα λωβήσαιο, *Nunc poſtremum me injuria affeciſſes.* vel, *contumelia.* Λωβεῖσθαι etiam invenitur & quidem apud Hippocratem. Ac ſignificationem paſſivam habet λωβέονται in hoc ejus loco, ἀταρ πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβέονται. ubi redditur, *Probro & dedecore afficiuntur.* H.

M.

Μελεδωνὸς, *Curator,* vel *Curatrix, Cui cura rei alicujus demandata eſt, Præfectus alicui rei, ſeu alicui negotio.* l. II, c. 65. μελεδωνοὶ ἀποδεδεγμένοι τῆς τροφῆς χωρὶς ἑκάστων, καὶ ἔρσενες καὶ θήλεαι, τῶν Ἀπιδανίων. Paulo pòſt, τῇ μελεδωνῷ θηλέων. Item, περὶ οἰκητόρων μελεδωνὸν, III, 61. quod repetitur & c. 63. ſeq. Sed & ipſum verbum Μελεδαίνειν habes VIII, 115. Μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν, videlicet, τὰς νοσηλίας. H.

Μέμονα, ſequente infinitivo, *Fert animus hoc facere, Animatus ſum ad hoc faciendum.* In Eratone, c. 84. μὴ ταῦτα μεμονέναι μιν ποιεῦσθαι. Sic Homerus Iliad. σ, —μάλιστα δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ Ἑλκέμεναι μέμονεν. Sic autem dicitur μεμαὼς cum eodem infinitivo, & ad eandem rem ſignificandam, paulo antè, Ἑλκέμεναι μεμαώς.

Μεταδόξαι dicitur, *Qui mutavit ſententiam,* ſeu *quem pœnituit.* H.

Μεταίχμιος γῆ, vide in Αἰχμή.

Μετεξέτεροι, id eſt, τινές. II, 36. Ζεὺς μετεξέτεροι καλέεται. C.

Μῆνις, νιος & ἴνιος, *Vehemens ira.* C.

Μῆχος pro μηχανή. ut II, 181. τοῦτο γὰρ οἱ κακοῦ ἕνεκα μῆχος. Eſtque reponendum hoc ipſum verbum, & lib. IV. cap. 151. non longe à princ. pro μῆκος. Utitur & Homerus: ut Iliad. β, --ἐδέ τι μῆχος Εὑρέμεναι δυνάμεσθα. Ut autem μῆχος pro μηχανὴ ab hoc ſcriptore dicitur, ita viciſſim πάθη pro πάθος,

Μὶν dicunt αὐτόν. C.

Μύδρος, *Candens maſſa;* ut μύδρον σιδήρεον. I, 165. vel λίθος διάπυρος: ut ille philoſophus dixit: ſolem eſſe μύδρον, Anaxagoras Clazomenius, Ion. C.

Μυσίλλειν, *Diſſecare,* Hom. μυσυλλόν τ' ἄρα πάλλα. In Clione, c. 132. Διαμυσίλλας κατὰ μέρεα τὸ ἱερήϊον, *ſecta in partes victima.* C.

N.

Νεωχμῶν, *Novare,* id eſt, νεωτερίζειν. C.

Νόμος, ut communiter, *legem* ſignificat: ut, I, 29. Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι κελεύσας νόμους ποιήσας. Et, *Mores* ac *inſtituta:* quæ & νόμαια· ut Thalia, cap. 38. οὕτω νομίζουσι πολύ τι καλλίστους τοὺς ἑωυτῶν νόμους ἕκαστοι ἔχειν. In Melpom. c. 76. ξεινικοῖσι ἢ νομαίοισι καὶ ἔτι αἰνῶς χρεώμενος φοιτᾷ. *Et conſuetudinem ac morem.* Εἰ ἐξαπαλλᾶν τοὺς δὲ ποιεῦντας νόμος ἐστὶν οἱ, in Clione, cap. 90. Significat & *Paſcua:* ut apud Homer. quoque ἐπεί κε νομῷ μιγέωσι. Et *regio:* ut νομὸς Θηβαΐος, Μενδήσιος. Et *claſſis:* ut νομοὶ φόρων, in Thalia, c. 90. *&c.* Atque hæ poſteriores duæ ſignificationes, ſunt acuti nominis. Eſt & *modorum* appellatio: ut de Arione, I, 24. νόμον τὸν ὀρθιον διεξελθεῖν, quos apparet acutos fuiſſe, & concini ſolitos voce altiore. Ἐν χειρῶν νόμῳ, ſignificat, *In conflictu, Conſertis manibus.* C.

Νυν, particula ὡς ἀναπληρωματική, id eſt, expletiva, paſſim apud hunc ſcriptorem, poſt μὲν. Ac ſtatim initio primæ Muſæ, Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. Sæpe autem his particulis μὲν νυν reſpondet δὲ in altero membro; ut lib. II. circa finem. H.

Xenilus

Ξ.

Ξενίω & φιλίω & Ὁμοιχμίω συνθέω & Ἁλύσασθαι, Hoſpitii amicitiæque & belli conjunctionem & diſſolutionem ſignificat C.

Ξυρόν, *Novacula.* Adhibetur autem hoc nomen cuidam loquendi generi, quo utitur VI, 11. ὅτι ξυρῷ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ ἐς ἐλευθερίην ἢ δούλιον. Exſtat idem loquendi genus (quod proverbiale fuiſſe videtur) apud Homerum: niſi quod ἴσταται eſt apud eum, non ἔχεται. Iliad. κ,

Νῶϊ γὰρ δὴ πάντεσσιν ὅτι ξυρῷ ἵσταται ἀκμῆς
Ἣ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

In quo proverbiali genere loquendi exponendo uſurpari ſolet vox *Diſcrimen*: quæ tamen utrique parti convenire non poteſt. neque enim dicet aliquis *ſibi imminere diſcrimen de tuenda vita*, ut dicet *diſcrimen de amittenda*: neque *diſcrimen de libertate ſubeunda*, ut *diſcrimen de ſubeunda ſervitute.* Hoc conſtat eos dici ὅτι ξυρῷ τῆς ἀκμῆς ἵσασθαι, vel, ὅτι ξυρῷ τῆς ἀκμῆς ἔχεσθαι dici τὰ πρήγματα eorum qui ab ipſo temporis articulo velut opprimuntur, quo vel proſperam vel adverſam fortunam experientur. Nec aliunde videtur petitum hoc loquendi genus (quamvis alii ſecus ſentiant) quàm ab iis quæ aciei cultri ſeu gladii admota, levi manus impulſu amputari poſſunt. Atque ita pertinebit ad id quod proverbialiter itidem dicitur, *Sub cultro eſſe.* Unde apud Horatium, *Et me ſub cultro liquit.* H.

O.

Οἰδέοντα πρήγματα, vel οἰδαίνοντα, ad verbum, *Res tumentes*, de iis quæ adhuc ſunt turbulentæ, ſive quæ nondum ſunt compoſitæ: quaſi quis dicat, *quarum tumor nondum reſedit.* In Thalia, c. 127. ἅτε οἱ οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων. quod male reddit interpres, *Utique rebus nondum ſatis fundatis.* Sic autem & eod. lib. c. 76. ubi Ald. & Germ. editiones οἱ δεόντων habent pro οἰδεόντων. qui error eſt apud Suidam quoque. Sed illo in loco interpres ea verba præterit: ego in margine adſcripta ibi interpretatione reddidi, *rebus flagrantibus.*

Οἰχώκεε, pro ᾤχετο. Et Iliad. β, ὅτι σῆθεν σωοχωότι. C.

Ὅκως pro ὅπως. *quomodo.* ut III, 116. ὅκως μὴ γενόμενος. & paulo ante, ὅκως δηλαυτὸς ὄζει τὰ ἐπέκεινα. Sed alium etiam uſum habet iſtud vocabulum, qui non datur illi ὅπως. ut in Clione, c. 11. ἐώθεε γὰρ κῆ πέρδειν, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν. ubi redditur *quum* vel *quoties vocaret.* Sic ὅκως οἱ *quum* vel *quoties plueret.* Atque ita plurimis in locis utitur. H.

Ὁλοίτροχος, ſubaudito nomine πέτρος, Saxi quoddam genus eſt, in hoſtes projici vel potius devolvi ſoliti: quod à rotunditate nomen iſtud habere quidam crediderunt. Xenophon ad ὁλοιτρόχους addidit πέτρους. Homerus autem Iliad. ν, quadriſyllabè, ὁλοοίτροχος ὡς ἀπὸ πέτρης, ubi ſubauditur πέτρος. Quidam tenui ſpiritu hanc vocem ſcribunt, tanquam ita dicatur quaſi ὁλοὸς ἐν τῷ τρέχειν. Fuſius de hac voce diſſeritur in meo Theſauro Græcæ linguæ. H.

Ὄνομαι, *Vitupero*, vel *Contemno*, *Pro vili habeo.* ut II, 167. ἤκουσα ὦ Κορίνθιοι ὀνόνται τὰς χειροτέχνας. ubi interpres contrario ſenſu dixit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices.* Sic apud Hom. ὄνοιτο, Iliad. ν, & Od. ξ. Et ὄνονται, Od. φ.

Ὅπι interdum pro ἀφ' ὅτι. ut III, 78. ἔρετο ὅπι ὁ χρῆται τῇ χεῖ. Sic II, 19. circa finem, κῆ ὅπι αὔρας ἀπιπνεύσας μῦνος πάντων ποταμῶν ὁ παρέχεται. H.

Ὅπι τάχος, pro ὅπι τάχιστα, *Quamcelerrimè*, *Quamcitiſſimè.* Vel, *Primo quoque tempore*, IX. 7. in fine. H.

Ὅπι μὴ ſignificat εἰ μὴ, *Niſi*, *præterquam*, & ſimilia. C.

Οὐδαμοὶ, id eſt, ὀδένες. C.

Π.

Παρακτῶσαι, *Introducere.* C.

Παραμέμνημαι alicubi poni videtur pro ſimplici μέμνημαι, ſicut pro hoc ponitur quibuſdam in locis compoſitum ὑπομέμνημαι, vel ἐπεμνήσθην. H.

Πάρεξ, *Præterquam.* C.

Παρέχει μοι, ſequente infinitivo pro ἔξεστι μοι, *Licet mihi*, *Penes me eſt*, *In me ſitum eſt.* III, 142. H.

Παριδών, I, 37. ἔτι τινὰ δειλίην μοι παριδών. Et paulo poſt, c. 38. ἔτι ἄλλο ὀδὲν ἄχαρι παριδών τοι. Utrobique pro ἐάσιδών poſitum quidam exiſtimarunt. H.

Παχέες, *Divites*, *Opulenti*, Αἰγινητέων ὁ οἱ παχέες, ubi interpr. vertit *proceres.*

res. Nam ſæpe hi ſunt ex illorum numero. H.

Περιημεκτέω, ῶ. idem cum ſimplici Ἡμεκτέω ſignificare videtur: videlicet *Ægre ferre, Graviter ferre, Indignari:* atque adeo magnam indignationem præ ſe ferre: quod fit querendo, ſive quiritando: Unde factum eſt ut III, 64. ὠνειμεκτήσας τῇ ἀπάσῃ συμφορῇ, reddiderim, *De tota calamitate queſtus.* Sed VIII, 109 initio, abſque ullo caſu ponitur ὠνημέκτον. Apud Suidam & ὠνειμεκτήσας (non περιημεκτήσας) & ὠνημάκτον, non ὠνημέκτεον. At verò illius ὠνημεκτεῖν plura tibi exempla Theſaurus meus ſuppeditabit.

Περιλεχήνδτος, vide in Λέχη.

Πέριξ, *Circum*: ut *Arboribus clauſi circum.* vel *Circa*: ut *Corpora multa virûm circa.* C.

Πεστέμβια σιτία, id eſt, ὀπτώμβια. πέσσειν enim *Coquere* & *Conficere.* ut Homero quoque, metaphoricè, γέρα πεσσέμβυ. C.

ΠίσωΘ., id eſt, πεποιθώς, *Fretus:* ut & Hom. ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ χάρμῃσι χερῶν. Sed & Eurip. Oreſte, θρύπτῳ τε πίσωΘ. κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ. C.

Πολέμια, alicubi pro πολεμικά. H.

Πρόχα, *Subito.* lib. VIII, c. 65. καὶ πρόχα τι φωνῆς ἀκοῦσαι. C.

Σ.

Σάγηρες, *Secures, aut Bipennes, aut aliud barbarici teli genus.* Ita Camer. ſiquidem fides habenda eſt illi Baſilienſi editioni: ac non potius credendum eſt illum σαλάρεις ſcripſiſſe. H.

Σαρκάζειν, *Tondere* ſignificat ſeu *Vellere.* ut Melpom. c. 64. Σαρκάσας βοὸς πλευρήν. Atque id & Hippocrati ſignificat verbum, ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, ά. C.

Σακκέω, *Excolo,* in Melpom. c. 23. τοῦτο ἐπεὰν γλύπτας πέπυν, σακκέουσι ἱματίοισι. ubi tamen interpr. verbo *exprimunt,* non verbo *excolant,* uſus eſt. Sed Euſtathius, vel potius Dionyſius apud Euſtathium, ex hoc noſtro hiſtorico Herodoto affert etiam χρήματ' ἐσσακιζόμενοι. Quinetiam ἐσσακίζειν τὴν ὁδὸν eſſe ait τὸ περιόπτειν καὶ ὑφαρπάζειν (ſubaudiendum autem puto τῆς ὁδοῦ cum hoc verbo ὑφαρπάζειν) atque addit, in hac ſignificatione reſpici fortaſſe ad ſaccum qui paulatim evacuatur. Alioqui σακίζειν dicuntur etiam ſaccularii fures, ſive ſacculorum fures: quum Heſychius σακίζειν exponat, τὸ ἐκκενῶσαι ἅμα κλοπὴν τῆς σάκκου. Sed apud illum & in verbo & in nomine litera σ geminatur (ſicut & in σακκέουσι apud Herodotum: quum Ælius Dionyſius σάκκος etiam non σάκκΘ. ab Atticis ſcriptum fuiſſe teſtetur.

Σπέρχειν, *Adverſari* & *offendi.* Et Σπερχθεὶς *Perturbatus.* C.

Συγγινώσκω (ut admonui in Ἀναγινώσκω) à vulgari uſu & ipſum diſcedit apud Herodotum: qui duobus modis eo utitur. VII, 13. νῦν μὲν τοι συγγνοὺς, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. ubi συγγνοὺς eſt, *poſtquam mecum reputavi hanc rem,* vel *conſideravi,* ſeu *perpendi.* Sic in fine cap. 3. lib. IV. μαθόντες ὡς εἰσὶ ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο. Sic & cap. V. in fine. (Talem autem uſum eſſe verbi συμφρονεῖν, in meo linguæ Græcæ Theſauro docui.) Aliter in fine c. 43. lib. IV. ubi infinitivo jungitur, Ξέρξης δὲ οἱ οὐ συγγινώσκων λέξειν ἀληθέα. q. d. *Non aſſentiens ipſi vera dicere,* ipſum videlicet. q. d. *Non conſcius ipſi veritatis.* In hoc tamen loco libri V, cap. 91. συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν ἐποίησαν ὀρθῶς, magis proprie reddi poteſt, *Conſcii nobis ſumus.* Quinetiam voce paſſiva utitur alicubi hac in ſignific. ut V, 86. ἐόντες συγγινωσκόμενοι ἔτι, καὶ τοῦτο εἶξαν. Ubi autem dicit, VI, 92. ἔτε συγγινώσκοντο, ἤσάν τε ἀνδραδέστεροι, ſignific. *Non agnoſcebant culpam.* H.

Συμφήσας interpretantur σωτρίψας, Clione, c. 189. Significat autem correptionem C.

Σωαλίζω, vide in Ἀλέες.

Σωαμφορέειν, *Vaſtare, Perdere.* Et ΣωάμφορΘ., *Noxius.* C. Sed ſcribitur etiam Σιναμφορέειν. H.

Σωνοίῃ ἐχόμενος, I, 88. *Cogitabundus.* Vel, *Quum in attenta cogitatione verſaretur.* H.

Συρμαΐζειν, *Purgare* τῇ συρμαίῃ quam alii potionem, alii herbam aut radicem, alii ſuccum quempiam fuiſſe putaverunt. C.

Συναδύω τινί, ſequente infinitivo, I, 92. *Studio meo & opera aliquem adjuvo ad aliquid efficiendum,* vel *Studium meum alicui ad aliquid præſto.* At verò Ἐπαδύω & Ἀπαδύω alibi in locis vicinis ceu contraria ponuntur. H.

Σφι pro σφίσι ponunt. C.

Σχοινοτενὲς, *Rectum.* C.

T.

Τἄρσεα καλάμων, Clione, c. 179. interpretantur *Areolas arundineas, ſuper quibus lateres areſcerent.* Sunt & ταρσοὶ ποδῶν. Et

remi-

remigia ταρσῶν habent appellationem. Nominantur etiam ταρσοὶ in volucribus. C.

Τέλειον, *Perfectum, Confirmatum, Evidens.* δι' ὄψιν ὀνείρου ἀτελείην. I, 121. Et, τὰ τέλεα τῶν προβάτων, I, 183. *grandes oves.* C.

Τέλη, *Impenſæ, & Ordines.* C.

Τέῳ interrog. ut I, 117. τέῳ δὴ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο; *Qua morte interfeciſti?* Eodem modo τεοῖσι ὄμμασι, I, 37. H.

Τετρύζας, *Afflictum eſſe.* C.

Τό, paſſim pro ὅ, id eſt *quod* relativum. Sic I, 51. εἴδωλον τὸ λέγουσι εἶδ. Et paulo ante, τῷ ἐπισάμενος τὸ ὄνομα. pro ὅ, *cujus nomen quamvis ſciam.* Sic alibi ἐν τῷ pro ἐν ᾧ, *in quo.* Pluralis autem genitivus τῶν, quum eſt articulus præpoſitivus, interdum voculam τις interjectam habet inter nomen cum quo junctus eſt. ut I, 51. τῶν τις Δελφῶν, pro τις τῶν Δελφῶν. vel potius τῶν Δελφῶν τις.

Τριφάσιον, *Triplex*: ut διφάσιον, *Duplex.* C.

Τῷ ἐόντι χρησάμενος, *Veritate uſus, Eo quod res erat.* Et τῷ ὄντι γε, *Revera.* Et κατὰ τὸ ἐὸν *Secundum veritatem.* C.

Τῶν ἴσμεν, pro ὧν ἴσμεν, *Quæ comperta aut cognita ſunt.* uſitata parentheſis Herodoto. C.

Τωὐτό, id eſt, τὸ αὐτό, ſimilitudinem & æqualitatem & conjunctionem ſignificat. κατὰ ταὐτὸ τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι, I, 1. *idem ipſum quod Græci memorant.* Χῖοι μὲν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ ταὐτὰ ἀγαλέονται I, 142. *eadem lingua utuntur.* Item ταὐτὸ φρονήσαντες, de conſenſione & concordia, in Clione, c. 59. fin. Et in Polymn. c. 145. συλλεγομένων ἐς ταὐτό, *quum convenirent.* C.

Υ.

Ὕβρις, *Petulantia* & *laſcivia*: ut de equis, Clione c. 189. de mulis, Melpom. C.

Ὑγιηρός, id eſt. ὑγιεινός, *Sanus.* C.

Ὑπερθρώσκειν, *Superſilire*, ut II, 66. ὑπερθρώσκοντες τὰς ἀνθρώπους. Apud eundem legimus & Καταθρώσκω. apud Homerum autem & Ἀποθρώσκω & Ἐπιθρώσκω legimus.

Ὑπερτίθεμαι uſum quendam apud Herodotum habet multorum auribus valde mirum futurum. Ponitur enim pro *Communico:* ea in ſignific. qua dicimur conſilium noſtrum alicui vel cum aliquo communicare (utriuſque enim exempla inveniuntur) & qua Cicero dicit, *De ſocietate multa inter ſe communicarent.* lib V, c. 24. circa finem, νῦν ὦν, ἐπινοέω γὰρ πρήγματα μεγάλα κατηρτῆσθαι, ἀπικνέο μοι πάντως, ἵνα τοι ἀμοιβὰ ὑποθέωμαι. *Nunc igitur quum res magnas aggredi in animo habeam, fac omnino ad me accedas, ut tecum de iis communicem.* ſed alterum verbum multo aptius mihi videtur. Interp. reddidit *Aperiam.* Sic VII, 8: 1. διὸ ὑμέας ἐγὼ συνέλεξα, ἵνα τὸ νοέω πρήσσειν ὑποθέωμαι ὑμῖν. Quinetiam I, 8. τέτῳ τῷ Γύγῃ γὰρ τὰ μεγαλήτερα τῶν πρηγμάτων ὑπετίθεσαν. Utitur vero & activa voce ὑποτίθημι eadem in ſignific. ut videbis III, 155. & V, 32. H.

Φ.

Φάλαρα, Ornamenta equorum. C.

Φάρμακα, *Colores.* Clione, c. 98. προμαχεῶνες λιθοσμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι, *nitent coloribus.* Et φαρμάκου εἶναι, *Tingere.* C.

Φάρσος, *Portio.* C.

Φερέγυος, δυνάμενος, *Sufficiens.* C.

Φρενήρης, *Mentis compos.* C.

Φώρ, *Fur.* C.

Χ.

Χεὶ χρῆσθαι, ſeu τῇ χειρὶ, vide in Ἀλκή.

Χρᾶν. *Reſpondere*, id eſt, Oraculum reddere. ἡ δ' Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε, I, 55. *reſponſum Pythia hoc reddidit.* Et, χρήσαντος τοῦ θεοῦ, Clione, c. 69. *Quum oraculum redditum mihi ſit.* Inde & Χρηστήριον ſed hoc communius. C.

Χρῆμα. ut, σιτὸς μέγα χρῆμα. I, 36. Et, τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν. III, 53. Et, χρῆμα πολλὸν νεῶν. VI, 43. Et, χρῆμα χειμῶνος ἀφόρητον. VII, 188. C.

Ψ.

Ψῆνες, Quæ in caprificis beſtiolæ naſcuntur. C.

Ω.

Ὦρεω ἔχειν, I, 3, *Reſpectum habere*, aut *curam.* Et, ὀδεμίη ὥρη ἔσχε, III, 155. *Nihil momenti attulerit*, vel, *Nihil retulerit.* C.

ALIA DE *HERODOTI* VOCIBUS,

ET VARIA IN QUIBUSDAM MS. SCRIPTURA, &c.

Ex ejuſdem prolegomenis in eadem ſecunda editione.

RATIONI autem conſentaneum mihi videtur ut à quibuſdam illius recenſionis [*præcedentis vocum Herodoti*] locis initium ſumam, ſuper quibus habeo quod te moneam. Primus erit ubi vocabulum ἀτίοντες (VII, 223. in fine) Camerarius interpretatur *Nihil curantes*, addens, Homerum ſimiliter eſſe uſum. Nam ἀτίοντα quidem legimus apud Homer. Iliad. υ, ſed pro βεβλαμμένον, (videlicet εἰς τὰς φρένας, ſive τὸν φρένα· unde dicitur aliquis voce compoſita βλαψίφρων) ab ἄτη. Pro illo igitur ἀτίοντα, ego vel ἀτίοντα (fuit autem facilis lapſus ex ἀτίοντα in ἀτίοντα) vel ἀτίζοντα reponendum cenſeo. Illud tamen mihi nullum lexicum ſed memoria diu ſolicitata ſuppeditavit. Recordatus ſum enim me legiſſe (apud Theognin, ni fallor) hunc verſum,

Πᾶς τις πλέονα ἀνδρὸς ἀτίει, ἀτίει δ' ἀγαθόν.

At verò ἀτίζων, pro καταφρονῶν apud Homerum extat Iliad. υ. Quòd ſi etiam incidiſſet Camerarius in aliquem Herodoti locum ubi vox ἀτίοντες uſum illum haberet, eam pro mendoſa habendam eſſe, ex iis quæ dixi conſtat.

Fuerunt alioquì vocabula quædam inter illa quæ idem recenſuit, in quorum ſcriptura ab editione Baſilienſi diſcedere non dubitavi, quum manifeſtus eſſe error videretur. Sed tamen, ne meo ſtare judicio neceſſe habeas; hæc ſunt, ἀγινέειν, mutatum in ἀγινέεν· & εὐμαρίης in εὐμαρέη· necnon δορὶ, (quod barbarum potius quàm Græcum videri poterat) mutatum in δορός. Item χῆνες in ψῆνες, de beſtiolis quæ in caprificis naſcuntur. Monui autem & de nomine σαγήρεις, tanquam ſuſpecto, pro σαγάρεις· quod apud Herodotum legitur.

SED hinc ad alia venio, quæ ſcrupulum injicere cuipiam poſſint circa interpretationem. Ex his eſt εὐμαρέη, quod ille interpretatus eſt *ſtercus*: quum potius *ventris exoneratio* ſignificetur: ſicut & ἀποπάλῳ (quod illud exponitur) hoc ſonat.

In vocabuli Ἐπικρεφίως interpretatione dubitari poteſt de illa voce Latina *Obliquè*, poſita inter haſce duas *Accuratè* & *Vehementer*: & ſuſpicatus ſum primo aſpectu, *Obnixè* eum ſcripſiſſe: ſed quum poſtea cogitavi, Suidam teſtari, Herodotum eſſe uſum pro ἀπατητικῶς, id eſt, *Fallaciter*, *Deceptoriè* (ſi & hac uti voce licet) *Fraudulenter*, illud *Obliquè* retinendum, & tantum ſedem ei ſuam mutandam cenſui.

In voce χρῆμα locos aliquot, tanquam ejuſdem rei exempla, affert, quum tamen non eundem in omnibus illis locis uſum habeat vox ea de qua agitur. Quatuor enim exemplorum, quæ proponit, primum ei eſt hic locus, υἱὸς μέγα χρῆμα· ſecundum, iſte, τυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν· tertium, χρῆμα πολλὸν νεῶν· quartum, χρῆμα χειμῶνος ἀφόρητον. atqui in illo ſecundo loco ubi dicitur, τυραννὶς, χρῆμα σφαλερὸν, non idem eſt uſus vocabuli χρῆμα, qui in cæteris tribus: adeo ut hic χρῆμα in πρᾶγμα mutando, dici queat eodem ſenſu τυραννὶς, πρᾶγμα σφαλερόν· at at in cæteris illis locis ubi genitivus jungitur illi nomini χρῆμα, hæc mutatio locum non habeat. Quoniam autem hujus loquendi generis nullam ille expoſitionem addit, ideoque lector eam ſe à me expectare non immeritò dicturus eſt, oro ut meum Theſaurum conſulere, & ita vicariam operam illum mihi præſtare, malit: ſimulque diligenter eum quem ibi propono Plauti locum expendere, annon in eo Ionicam illam phraſin repræſentare, aut ſaltem ad eam alludere, voluerit.

Simul autem inde disces, non minus Atticis quam Ionibus usitatum illud loquendi genus fuisse, quum & Aristophanes eo utatur. Ac sunt certe & alia plurima quæ Attici ab Ionibus mutuari non dubitarunt.

In iis quæ parvo intervallo sequuntur (pauca enim tantùm verba interjecta sunt, quibus γὰρ νῆες exponitur: pro qua perperam scriptum esse χλῶας in editione Basiliensi, paulo ante dixi) postquam ὥρην ἔχειν, interpretatus est *Respectum habere aut curam*: subjungit, Ἐπ, ὀλίγη ὥρη ἔστι, *Nihil momenti attulerit.* Quæ tamen interpretatio convenire loco non potest. Sunt enim verba illa ex hoc lib. III, 155. loco, ἐ σεῦτῦ ἑωυτῶι ἐ ὀλίγη ὥρη ἔσται ἀπολυμένης. Sonant autem hæc, *Cujus amissionem nemo curabit*, vel, *De cujus amissione nihil pensi cuiquam erit.*

Sed nec ad verbi γνωσιμαχέειν interpretationem non satis attentionis attulisse videtur: atque id vel ex iis intelligere poteris quæ in meo Thesauro de verbo illo dicuntur.

VENIO nunc ad aliud cujus mentionem obiter tantùm feci in illa ipsa recensione, ne, si forte diutius differam, obliviscar. Id autem est de vocabulo Ἐγκοίλιος. Dixi enim me vix persuadere mihi posse, ἔγκοιλον in duobus quos legissem Herodoti locis, pro κόπτον positum esse. Ideo autem à me dictum hoc est, quòd vocem hanc pro adjectivo tantum nomine habeam, & nihilomagis substantivum esse nomen posse existimem quàm ἔγκυκλον, aut ἔγγονον, aut ἔμπονον. Confirmant autem mihi hanc opinionem quatuor nostri scriptoris loci: quorum primus sit hic, VI, 73. δεινόν τινά σφι ἔγκοιλον ἀπὸ τῦ πρωτοπλασιασμὸν ἔχειν. Secundus autem hic, VI, 133. ἀπὸ τῶν τινὰ ἔγκοιλον εἶχε. Tertius sit iste, VIII, 29. ἔγκοιλον σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες. Ad quartum autem antequam veniam, considerare te jubebo in duobus locis sequi participium ἔχων, in uno ipsum verbum εἶχε. Quid tum? dices. Quoniam dico scriptam ab Herodoto fuisse præpositionem ἐν seorsum ab illis duabus syllabis quæ sunt secunda & tertia in voce ἔγκοιλον, & illam præpositionem per tmesin à participio & alibi à verbo separasse, remanente in medio voce κόπτον. ut perinde sit acsi scriptum esset, δεινόν τινά σφι ἐν κόπτον ἔχων, pro δεινόν τινά σφι κόπτον ἐνέχων. Item, ἀπὸ τῶν τινὰ κόπτον ἐνεῖχε. Eodem modo in illo tertio loco, κόπτον σφι ἀμφοτέρων ἐνέχοντες. Sed quid me in hanc suspicionem, vel potius sententiam (omnino enim illud mihi persuadeo) adducit? Locus ille qui supereſt ex iis quos me allaturum promiseram. Is legitur in Chione, c. 118. Ἀγυιεὺς ὁ, κρύπτων τὸν οἱ ἐνεῖχε χόλον. Esse enim scribendum ἐνεῖχε, ut habet posterior hæc editio, non ἐνέιχεε, ut in priore legebatur, (Aldinam & Basiliensem perperam sequente) luce clarius est. Quomodo enim ab ἐνέχω esse ἐνείχεε possit? Jam vero & absque adjectione dici ἐνέχειν τινί, Thesaurus meus docebit. Ac meminit certè hujus usus verbi ἐνέχειν Eustathius quoque: scribit enim, ἐπέχειν apud Homerum in Odyssea esse κατά τινος ἔχειν· atque hoc dici etiam ἐνέχειν. Ille autem Odysseæ locus est hic, ex libro τ,

Δαμοιτίη, τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεκοπότι θυμῷ;

Ubi postquam dixit idem scholiastes, ἐπέχεις (intellige tamen ἐπέχεις μοι) idem esse quod κατ' ἐμοῦ ἔχεις, & præpositione hac indicari interdum ἐναντιότητα, exemplis quibusdam docuit, tandem subjungit, simile verbo ἐνέχειν esse hoc ἐπέχειν. Hoc tantùm supereſt nunc ut videamus an Herodotus libenter tali tmesi utatur seu dialysi seu diæresi qualem haberet illa quam apud eum repono scriptura. Sed præter unum quod habemus in eodem scholiastæ loco hujus figuræ exemplum ex historico, VI, 49. ἐπὶ σφίσιν ἔχοντας τὲς Ἀγαίτας pro σφίσιν ἐπέχοντας (nam hoc esse dictum ἀλαλευμένως scribit: & alicubi διημμένως eadem de re dicit) alia passim apud eum occurrunt: ut ἄνα τ' ἔδεαμεν, pro ἀνέδεαμεν· & ἀπὸ μὲ ἔδαινε, pro ἀπέδαινε· & κατ' μὲ ἔκτεινεν, pro κατέκτεινε. Ac (ut de alia dialysi loquar quæ illi vel potius dialecto illius est peculiaris) interjicitur & vocula ὦν. ut ἀπ' ὧν ἔδωκαν· & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. Hæc autem quum ita sint, non immeritò (ut opinor) vocabulum illud ἔγκοιλον, quatenus quidem substantivi, non adjectivi tantum, sedem obtinebat, è Græcæ linguæ finibus procul amandatur.

Nec

Nec mirum est tamen tam multis doctis viris & in Græca lingua exercitatis, ac nominatim, Ioachimo Camerario, viro doctissimo & hujus linguæ peritissimo, (scribit enim Μῆνις, Κότος, Ἔγκος; *Vehemens ira*) non mihi tantum, vocem illam fucum fecisse, quum & Græcis lexicographis fecerit: ac potissimùm Suidæ: qui eo etiam magis est reprehendendus quod ex hoc epigrammatis loco, ——τὶς φθόνος αἰὲν Θετταλὸς ἀγλαΐῃ ἔγκος ἀεὶ ἔχει, colligat, ἔγκος οὖν ἡ ἐπίμονος ὀργή; & non animadvertat, ἔγκος ut adjectivum, jungi cum substantivo φθόνος.

Libet autem eadem opera & de quibusdam aliis vocabulis te commonefacere, quæ quum ex Herodoto afferantur, ut scripta sunt in typographicis editionibus, suspicione tamen haud carent, præsertim veteris libri autoritate (ad nonnulla quod attinet) eam augente. Ex his est verbum ἀλαφθορίει, in hoc lib. I, cap. 88. loco, πάλιν τε τὼυτὸν ἀλαπτάζει, καὶ χρήματα τὰ αὐτὰ ἀλαφθορίει. Quamvis enim primo aspectu videri possit verbum istud ἀλαφθορίει admitti posse (ut ex nomine ἀλαφθορὰ factum) tamen Herodoti sæculo in usu fuisse, vix credibile est. Huc autem accedit quòd in vet. exempl. non ἀλαφθορίει sed ἀλαφορίει legitur. Quòd siquis aliud exemplum afferat eodem è scriptore, videlicet VII, 10. extremo, ἀλαφθορούμενος ὑπὸ κωνῶν: is ex me audiet, ibi pariter in vet. exempl. non ἀλαφθορούμενος, sed ἀλαφορούμενος legi. Hunc autem verbi istius usum exprimere videtur voluisse Horatius Latino illi omnino respondente, quum dixit, *Pòst insepulta membra different lupi.*

Sic autem, quum ἀναθέμενος apud hunc scriptorem habeamus I, 107. ubi scriptum est, ἀναθέμενος ὁ πρὸ μάχης τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, non dubito quin vet. exempl. sequi oporteat, ex quibus annotatum est ἀναρθέμενος pro ἀναθέμενος, in eo qui hunc non magno intervallo c. 108. sequitur, ἰδὼν ὁ τοῦτο, καὶ ἀναθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Nam in priori editione mea non minus hîc quàm illic ἀναρθέμενος scriptum erat: sed quum hic ex vet. exempl. adscriptum margini invenirem ἀναρθέμενος, malui huic locum illius dare. Quod autem factum hic fuit non dubito quin & priore faciendum loco fuerit, scribendo, ἀναρθέμενος ὁ πρὸ μάχης τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Haud enim dubito quin haud aliunde quàm ex incuria contigerit ut illi etiam præcedenti loco apposita ex iisdem veteribus libris illa lectionis diversitas non esset, eo in libro (scriptus autem & ipse erat, sed minus vetustatem præ se ferens) quem posterior in margine sibi appositum habebat. At editio Aldina priore quidem loco ἀναθέμενος, at in posteriore ἀναρθέμενος nobis exhibet. Estque & hoc sciendum, fuisse repertum exemplar, quod vicissim pro illo ἀναρθέμενος haberet idem illud ἀναθέμενος, quod non longo intervallo præcesserat. Quorsum tam multa? ut ostendam, quàm verisimile sit quædam vocabula, præsertimq; verba, ob significationem quæ plerisque lectoribus insolens videbatur, ab eorum aliquo (nimirum eo qui cæteris audacior erat) mutata in alia fuisse, hunc etiam apud scriptorem. Sed quis (dices) verbo ἀναρθεῦναι ita unquam usus est? nimirum significare volens, communicare quidpiam alicui: eo modo quo dicimus nos communicare aliquid ei, quod ita exponimus ut simul ejus super eo consilium audire cupiamus. Ipsemet Herodotus (inquam) ita est alibi usus, non uno in loco. E duobus saltem unus quidem exstat, ἐπεί τε ὑμῶν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ἀναρθέεσθαι, ἢ σιγᾶν σύμφορον, &c. Ubi interpres non omnino malè vertit, *Sed quoniam statuistis ad plures referendam, & me adhibendum.* Dicens autem, non omnino malè hunc locum ab eo esse redditum, hoc addo, dummodo verba ista quibus utitur, *& me adhibendum*, recte intelligantur. Significare enim voluit, *& me adhibendum in consilium.* Alioqui non dubium est quin potius, *& mihi communicandum*, dicere debuerit. Alter autem locus est hic, ex lib. III, c. 71. ἐμοὶ τοι ἀναρθηναι τὰ ἔμελλον ποιεῦν, ἦν ἄν με ὠφελεῖδες· νῦν δ' ἐπ' ἐμωυτῷ βαλλόμενος, ἔπηξα. Ubi interpres tandem animadvertit quod alibi animadvertere non potuerat: videlicet ἀναρθῆναι (nam hic voce activa utitur, quum potius passivæ usum hunc dare soleat) esse quod Latini *communicare* dicunt. Ut autem minus mirer istum verbi ἀναρθᾶν usum non tantum novum & mirum

visum fuisse, sed etiam mendi suspectam scripturam habuisse, hoc facit, quòd verbum quoque ἀναπίτνημι quum apud quendam historicum significationem istam haberet, interpres *differre* vertit: quemadmodum & ὑπερτίθεσθαι hunc vulgo usum habet. Jam verò & quum apud Appianum ἀναθὶς τὴν κατάλυσιν, sonaret *revocare*, seu *retractare*, interpres *differre* reddidit, ut in Annotationibus admonui. Verùm, ut ad mentionem diversitatis lectionum redeam, sciendum est, sicut in præcedente loco pro ὑπερτίθεσθαι scriptum in quibusdam fuisse dixi ἀναθέμενος, ita etiam in eo Herodoti de quo nunc agitur loco, aliam quandam ex uno manuscripto codice habemus, & eam quidem valde miram, videlicet ἀπεκαίρεσθε· quam si loco huic accommodare lector velit, valde suum ingenium, & quidem frustra, fatiget.

Sunt verò & alii loci in quibus contigisse idem videmus. Nec dubito quin eorum sit è numero iste, è lib. V, cap. 92. 5. ἢ ἀγαπλόωσι τὸν βίον εὖ. Suspicor enim è lectoribus quempiam, cui insolens valde hæc metaphora lectori videbatur, vocem illam ἀγαπλόωσι in hanc quam margini adscriptam vides, ἀγαπλέξαι, mutasse. Atqui cogitandum erat, Herodotum habere nonnulla ejusmodi, & quæ quum in aliis tantùm scriptoribus versato, mira & plusquam mira videri queant, esse tamen suspecta non debeant. Ad hoc quidem certe ἀγαπλόωσι quod attinet, talem ejus usum apud hunc ipsum animadvertisse mihi videor: quòd si tamen nullum aliud apud eum exstaret hujus phrasis exemplum, saltem non minus admitti posse quivis concesserit quàm quod alibi apud eum legitur, videlicet III, 155. πῶς ἂν ἐξέπλωσας τῆς φρενῶν, σεωυτὸν ἀγαθείεις; Nam (ut dixi in recensione & interpretatione vocum Herodoti) ἐκπλῶσαι τῆς φρενῶν est *De statu mentis dejectum esse*: siquidem ad illud ἐξέπλωσας respiciamus. Alioqui, si præsentis significatio alicubi huic aoristo detur, significat *De statu mentis dejici*: vel brevius, *De mente exire*. vel, *è mente*. Aut elegantius, *E potestate mentis exire*. Quòd si verbum verbo reddatur, *E mente enavigare*. nam ἐκπλῶσαι τῆς φρενῶν, quid aliud est? Est autem ἐκπλῶσαι pro ἐκπλεῦσαι. nec dubito quin pro illo ἀγαπλόωσι Herodotus διαπλόωσι itidem scripserit. Sed de hac apud illum scripturæ inconstantia dicendum in sequentibus erit.

Sunt autem quædam loquendi genera quibus verba adhibentur valde vicina, (præsertim ad scripturam quod attinet) & ita quidem ut modò hoc modo illud verbum iis esse adhibitum videamus, non sine dissensione exemplarium. Horum unum est ἀεικὴς θεωσεῖν cum accusativo personæ, & interdum τριηκόσιοι θεωσεῖν. Nam & θεώμην huic loquendi generi adhibetur. Ac lib. I, c. 115. legimus quidem, ἐπὶ τῶν παρόντα ἀεικὴς τοῖσδε θεωσεῖν, in Aldina etiam editione: sed paulò ante, c. præced. ubi habes itidem τριηκόσια κάρτα θεώμενοι, in Aldina legitur θεώμενοι. at πειρώμενοι è vet. exempl. est sumptum. Sed tamen initio libri V occurrit, μεμεφθέντας πρότερον ἢ ὑπὸ Παιόνων τριηκόσιοι. quod est à μεμέμφομαι. Quinetiam III, 115. extremo habemus ἄπ πολεμίου μεμέφθαι.

Ac sunt è diversis lectionibus nonnullæ quæ haud uno in loco annotantur. ut νομαίοισι pro νόμοισι. nam ut in hoc lib. III, c. 99. loco, νόμοισι δὴ τοιοῖσδε λέγονται χρᾶσθαι, habes ex vet. cod. νομαίοισι pro νόμοισι· sic & alibi hæc diversa lectio in iisdem libris se offert.

Sunt denique & lectiones nonnullæ margini adscriptæ, quæ germanæ esse videntur: quum illæ quæ in textu sunt, videantur esse vocabula quæ margini expositionis loco adscriptæ à quopiam fuerant. Exemplum nobis suggerit I, 85. ubi pro εὐθυμίῃ margini adscriptum est εὐεστοῖ· nam illud εὐθυμίῃ fuisse adscriptum margini, ad exponendum illud εὐεστοῖ, & ex margine (ut fit) in contextum irrepsisse, verisimile est.

Sunt verò & nonnullæ lectiones, quæ quamvis meritò suspectæ esse videantur, tamen eadem illa vocabula non uno in loco leguntur. Ex his est verbum περᾶσθαι pro θεᾶσθαι.

Sunt deniq; & quædam ex illis lectionibus quæ quum per se nullo admitti modo queant, si aliquantum adjuvemur (hoc autem fit aliquid in illis emendando)

dando) dignæ ſunt quæ magis aut ſaltem non minus quàm quæ in textu ſunt recipiantur. Sed hoc in meis Annotationibus aliquando (deo favente) exemplis planum faciam.

Ut autem interim intelligas lector quanto accuratius in hac editione fuerit à me emendata Vallæ interpretatio, quàm in priore, quæ illis typographis pro exemplari fuit: magnum majoris hujus accurationis indicium vel in prima totius libri periodo habes. Magis tamen inſigne exemplum occurret, lib. I, 10. nam ibi ſi Vallæ interpretationem ſequeris, & totum locum attentè conſiderabis, Herodotum ſibi non conſtare, ſed aperte ſibi repugnare, dicere cogeris. Hæc enim verba, in illa tam celebri hiſtoria de Candaule malè merito de uxoris ſuæ pulchritudine, μαθοῦσα ὃ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, ἔπι ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα· ἔπι ἔδοξε μαθέειν, Laurentius Valla ita vertit, *Hæc ut didicit à viro quid actum eſſet, neque præ pudore exclamavit, neque viſa eſt percepiſſe.* Quid (reſpondebunt hic plerique) peccatum à Valla dici poteſt? Nonne μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, ſignificat id quod apud eum legitur? *ut didicit à viro.* ſive, *ut didicit ex viro.* Certè, μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, non aliud ſignificare poteſt: ſed dico repugnare hoc prorſus illi tam bellæ diſſimulationi ipſius, quæ his etiam verbis deſcribitur, ἔπι ἔδοξε μαθέειν, & quam quum in ea permanſiſſet, ſequutus eſt is quem ex ea ſperabat exitus. Sed quæ tamen alii loci illius excogitari interpretatio poteſt? Aliam nihilominus excogitandam eſſe aio: nec tamen aliam (meo quidem judicio) excogitari poſſe quàm hanc quæ à me margini eſt adſcripta, *Hæc ut animadvertit quod à viro factum erat.* Sed tu (dices fortaſſe) ita interpretando, præpoſitionem ἐκ cum ποιηθὲν jungis, perinde ac ſi dictum eſſet ποιηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. Atq; plane novum in Græca lingua hoc eſſe arbitror. At ego, quidquid tibi & plurimis fortaſſe aliis in ea novum eſt, mihi novum eſſe nego: atque adeo talis uſus præpoſitionis hujus exempla tibi jam nunc duo, duobus è locis, cedo. Unus eſt, ex eod. lib. I, c. 87. εἴ τι οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη. Alter autem legitur eod. lib. I, c. 114. non procul ab initio, οὐ γὰρ δὴ ἐποίησε τὸ πρόσθεν ἐκ τοῦ Κύρου. Animadverti autem & Dionem, Herodoti imitatione, aliquoties hac præpoſitione ita eſſe uſum. Jam conſidera lector quantum errorem inducat interdum ignoratus tam parvæ particulæ extraordinarius (ut ita dicam) uſus. Sed libet obiter & aliud de iis quæ in eodem (I, 10) ſequuntur loco addere. Quum igitur hæc ſubjungantur, ἔπι ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα, & hæc ita vertantur à Valla, *neque præ pudore exclamavit,* quaſi pudor efficere debuerit ut exclamaret: ego, qui aliam atque adeo contrariam, eſſe video mentem Herodoti, ita eam expreſſi *neque exclamavit, utpote pudore retenta.* Quinetiam, ut lectori hanc eſſe mentem Herodoti ſubindicarem, inter ἀνέβωσεν & αἰσχυνθεῖσα, interpunctionem poſui. Illa autem verba, ἔπι ἔδοξε μαθέειν, quæ vertit, *neque viſa eſt percepiſſe,* maluiſſem ut vertiſſet, *neque viſa eſt animadvertiſſe:* aut *neque præ ſe tulit animadvertiſſe:* ut habes margini à me cum præcedentibus adſcriptum.

Alia exempla majoris in hac poſteriori editione accurationis (& quidem nonnulla haud minus fortaſſe inſignia) circa emendationes interpretationis Vallæ, ipſemet editionem hanc cum altera conferens, aut annotationes meas legens, invenies: atque in iiſdem plurimarum ejus emendationum, margini adſcriptarum (quarum pleraſque & prior editio habuit) quæ alioqui dubitationem tibi movere poſſent, reddetur. Simul verò & de quibuſdam quæ in ipſa Herodoti dictione (vulgo textum vocamus) vel emendata ſunt, vel videntur emendanda, in illis differetur. De emendationibus autem loquor ſive iis quas jam prior editio exhibuit, ſive iis quas iſta nunc exhibet. Emendata porro fuerunt ex veteris quidem exemplaris autoritate plurima, vel potius veterum exemplarium (nam rarò abſque duorum ſaltem conſenſu id facere ſum auſus) verùm & unus interdum locus ex collatione cum aliis. Sic enim lib. I. cap. 46. ἐς Ἄβας pro ἐς Σάβας, alio è loco: & lib. II, cap. 40. pro τῆσι repoſitum τῇ Ἴσι fuit, alio itidem è loco. Dicitur autem Ἴσι pro Ἴσιδι. Verùm & quædam (ac non paucæ fortaſſe) emendationes conjecturales in illis annotationibus proponentur: & quidem nonnullæ quæ nova etiam vocabula Herodoto dabunt: (nova voco quæ antea apud illum non comparebant

in

in illis quæ uſquam comparebant exemplaribus) ex quibus ſunt ἀλλογνώσας & δεσποσυνόμψον. ſed de illo quidem ἀλλογνώσας vix ulla dubitatio relinquitur: at de hoc δεσποσυνόμψον relinqui mihi dubitationem fateor. Reponetur autem hoc δεσποσυνόμψον pro διεσπασμψον, quod legitur lib. I, c. 59. initio, adjunctum participio καπχόμψον interpoſito particulæ καὶ vinculo. Jam verò & ex Plutarcho atque aliis qui locos hujus ſcriptoris citant, emendationes depromentur. Horum autem in numero eſt Euſtathius ſuis tum in Homerum tum in Dionyſii de ſitu orbis poëmatium commentariis. Quinetiam ex ipſo interprete Valla nonnullæ emendationes ſumentur: quarum tales ſunt nonnullæ ut quod in noſtra lectione affirmatur, id lectio ejus neget, aut vice verſâ.

QUOD verò ad eam ſcripturæ inconſtantiam attinet, de qua me verba facturum promiſi, (unde nimirum fit ut eadem vocabula non ubique eam literæ aut literarum mutationem habeant quam dialectus Ionica poſcit aut poſcere videtur) eam inconſtantiam non Herodoto ſed librariis, dialecti qua ille utitur, ſæpe obliviſcentibus, imputandam eſſe aio: aut certè nonnullis qui alicubi vocum quæ Ionicè ſcriptæ erant ſcripturam à lingua communi receptam margini appoſuiſſent. Ut enim à mentione verbi ἐκπλῶσαι (quod ſermonis hujus occaſionem mihi præbuit) initium ſumam, quis credat Herodotum ita inconſtantem fuiſſe ut modò πλῶσαι, aut ἐκπλῶσαι, aut ἀποπλῶσαι, modo πλεῦσαι, vel ἐκπλεῦσαι, vel ἀποπλεῦσαι diceret? Atq; ut de hac ipſa litera ω loqui pergam, in ejuſdem formæ vocabulis, aut etiam iiſdem, modò literam illam ω modò ο habemus, haud enim χρέωνται tantùm, ſed χρέονται etiam legitur: itidemque ὀφείλες & ὀφέονται. illud III, 157, hoc, IV, 125. Ac ſcimus tamen à Corintho ſcribi, Iones ὀφείω pro ὀφέω, itidemque ἐχρέοντο pro ἐχρέωντο dicere. Quinetiam modò hæc litera α, modò η, in uno eodemq; verbo occurrit. nam & χρᾶσθαι & χρῆσθαι legitur. Sic ἐχρᾶτο & ἐχρῆτο. Ac quamvis διήσασθαι & διήσεαι pro διάσασθαι & διάσεαι ſcriptum ſit, cùm alibi cùm I, 8. itidemq; διησάμψος, non διασάμψος, I, 59. item alibi ἀξιοθέητον pro ἀξιοθέατον quumque in his non alia ſit mutatio quam litteræ α in η, tamen ἐδῆτο, non ἐδᾶτο, alicubi noſtris ſe oculis offert, mutato etiam ε in η. Atque, ut in mentione mutationis literæ α in aliam maneam, quamvis μέγαθος pro μέγεθος tot loci nobis exhibeant, eodemque modo alicubi ὑπερμεγάθεας pro ὑπερμεγέθεας legamus: tamen & μέγεθος locis aliquot ſcriptum eſt: ut I, 60. Sic etiam τέμενος dicit, pro τέμνω, vocali α locum vocalis ε tribuens: ſed ne hæc quidem mutatio ubique fit.

A vocali α ut veniam ad ε, quum hæc Ionico more auferri à principio quorundam vocabulorum dicatur, & ἐκεῖνος inter illa ponatur, tanquam κεῖνος non ἐκεῖνος, Ionicum ſit: tamen ἐκεῖνος quoque hunc apud ſcriptorem ſæpe occurrit. Sic non ſolùm ὦρεον pro ἐώρεον, ſed etiam hoc ipſum ἐώρεον apud eum legimus. Ac ne ὀρτὴ quidem pro ἑορτὴ conſtanter ſcriptum eſt. Utque loquar de iis quoque locis ubi contrà inſeritur hæc vocalis, præter morem linguæ communis, ſciendum eſt, non μηχανεώμψος tantùm ſed μηχανώμψος etiam, itidemq; μηχανῶνται, legi.

Ab ε ad η tranſiens, mutari quidem & hanc vocalem η dico in aliam, Ionico more: ſed ne hîc quidem conſtantiam ſervari. nam quum vox νηὸς Ionicæ dialecto aſſignata ſit, non minus tamen νεὸς, vel νέα ſeu νέαι· quàm νῆα, ſeu νῆας apud eum eſſe ſcriptum videmus. Ac pro ἤσσων & ἡσσωθῆναι legimus ἔσσων & ἐσσωθῆναι multis quidem in locis, (in quorum uno ita eſt allucinatus Valla interpres, ut VII, 18, ex genitivo plurali ἐσσόνων, dicto pro ἡσσόνων, fecerit gentem quæ *Heſſones* diceretur) ſed non tamen in omnibus. Quumque pro οἰκεῖος ſcribi debeat οἰκήιος, tamen & illud interdum occurrit. Sic etiam μαντεῖον pro μαντήιον· nec ſolum ἀτρεκηίη, ſed & ἀτρεκίη. Atq; adeo IV, 33. ἀσφαλείης, non ἀσφαληίης, legitur.

Ad vocalem ι quod attinet, alicubi nec in ipſa lex Ionicæ dialecti ſervatur. Nam haud tantùm εἰμὴν ſed ἐσμὴν quoque apud eum habemus. Ac initio Terpſichores περκλήσεος, pro περκλήσιος, ut alibi κολασέος. Ac, quum ι ſæpe ab Ionibus inferatur, veluti quum ξεῖνος pro ξένος dicitur, in omnibus tamen ejuſmodi vocabulis id factum non videmus. Quúmque viciſſim in multis detrahatur ι, veluti in ἐπιήδεος (item in ἴων, in ἰώθεϛ, atque aliis) tamen & ὁπιήδειος legitur. Et alicubi

ἀνίει,

ἀνίει, alicubi ἀνίεσε legitur. Vocalem ο plerique loci habent in pronominibus ἐμέο & σέο, ſed illam (tanta eſt ſcripturæ inconſtantia) eadem pronomina non minus frequenter coguntur relinquere, ejus locum occupantibus ἐμεῦ & σεῦ. Eodemque modo participii ποιεόμενος locum ſæpe à ποιεύμενος occupari, idemque in aliis hujuſmodi participiis, quinetiam in ipſis verbis, fieri videmus.

Vocalis υ non minus habet & ipſa quod queratur. Quum enim quodam ſuo jure debeat cum vocali ο, ad efficiendam diphthongum, coaleſcere, in pleriſque vocabulis, è quorum numero eſt ὄνομα pro ὄνυμα, (quod idem juris cum ὀνομαίνω & ὀνομάζω communicat:) en tibi nihilominus ὀνομάζων, non ὀνυμάζων, l. 44.

Nec melior eſt vocalis ω, quàm aliarum conditio: quum eam ex verbo πλώω ſuperveniens ι ſæpe expellat, ut dictum eſt: nec ζωὴ ſemper, ſed plerunque ζόη ſcribatur.

In ultima vocali ultimus ſit meus hoc de genere inconſtantiæ, quâ leges Ioniſmi violantur, ſermo: (alioqui enim, quo plura de illa dico, eo plura ſupereſſe dicenda video) donec non ſolùm has lectiones ὑφασίας (ut Herodoti vocabulo utar) proferre, ſed de iis judicium ferre vacet.

EX EJUSDEM H. STEPHANI PROLEGOMENIS *aliis ibidem, de opera à ſe præſtita in ſecunda editione, quam in noſtra ſequuti ſumus.*

AC primùm quidem, ad eos quod attinet quibus ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione datur, id eſt, qui interpretis operam, tanquam χειραγωγοῦ cujuſdam, non requirunt, (quamvis multo pauciores in Herodoto & Thucydide, quàm aliis, eâm non requirere notum ſatis ſit) ſed cæteris ad hanc lectionem adminiculis eſſe contenti poſſunt: non eas tantùm quas antea diverſas ſcripturas (ut Græci διαφόρους γραφὰς appellant) exhibui, ſed numerum earum auxi: & cenſura adhibita, quaſdam exautoravi: non tamen ita ut amandarem, ſed tantùm ut loco ſuo motis alium minus honorificum darem. Ex ipſo enim textu (ut hodie moris eſt vocare) in marginem tranſtuli. Sed quaſdam viciſſim majore dignas honore judicavi, ideoque eas hinc illuc tranſtuli. Jam verò & pleroſque locos emendavi, qui tibi faceſſere alioqui negotium poterant: & quidem haud parum negotii nonnulli. Quorum in numero eſt hic qui in Euterpe cap. 40. legitur, ἐπλώ περιπεύσασι τῇσι, ἢ ἐπλώ κατὰ δύξωνται, δύσιν τὸν βῶν. Quem enim illa vocula τῇσι non torqueat? cui crucem non figat? Sed eſto, veriſimilem poſſe videri hanc emendationem, unde tamen tantum confidentiæ (dices) ut eas voculas τῇ Ἴσι margini non adſcripſeris, ſed ipſis Herodoti verbis inſerere auſus fueris? Quoniam Herodotum ex Herodoto me emendare, vel (ſi mavis) Herodotum eſſe ſui ipſius emendatorem, videbam. Ita enim ille in ſequentibus, eadem in Muſa, paucarum paginarum intervallo, cap. 61. ὃν δὲ Βυσίρι πόλι ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἴσι τὸν ὄρτον, εἰρηναῖ πρόπεσον μοί. τύπτονται γὰρ δὴ μετ' ἀλλήλων πάντες ἀγ πᾶσαι, μυρ. Sunt verò & alii loci quibus malè affectis ex ipſo Herodoto medicinam adhibui. Sed ſupereſſe fateor qui eandem à me aut ab alio quopiam opem exſpectent. Parum autem abfuit quin & alium quendam emendare mihi permiſerim: ſuum illi vocabulum, antiquum certè, & multorum auribus, etiam in Græca lingua valde exercitatorum, inſolens futurum, reſtituendo. id autem eſt ἀλλογλώσας. Nec dubito quin, ſi de hac emendatione, tanquam ex nimia fiducia proficiſcente, accuſatus fuiſſem, cauſæ meæ patrocinium Heſychius ſuſcepiſſet. Sed (ut opinor) nec Hippocrates Ion, quum me ſcriptori Ioni operam præſtantem vidiſſet, opem viciſſim præſtare mihi recuſaſſet: præſertim quum eodem & ipſe vocabulo utatur, paulo quidem alium ſed tamen non alienum ab eo quem apud Herodotum habuiſſet, dans ei uſum. Ut taceam, non abſimile vero eſſe, utrunque ab illo, Hippocrate inquam, datum ei uſum fuiſſe. Eſt verò & alius quidam noſtri hiſtorici locus, qui vocabulum quoddam non minus Hippocrati quàm Homero uſitatum requirere

requirere videtur: ut in meis annotationibus (deo favente) declarabo. Immo quid obstat quominus jam nunc illam saltem libri illius portiunculam (aut si quid portiuncula minus dici potest) repræsentem? Scito igitur agi de hoc loco, quem habes lib. II, c. 47. οἱ δὲ πένητες αὐτῶν, ἀπ' ἀδυνείης βίου σαπίνας πλάσαντες ὗς, καὶ ὀπήσαντες ταύτας, θύουσι. Nam quum in Aldina ista pariter & Basiliensi editione habeamus, ἀπ' ἀδυνείης, βιοὺς πινὰς πλάσαντες ὗς, quid vetat quominus quis pro voce βιοὺς scribendum βαβὺς suspicetur? Saltem è scriptura qua nihil significari potest, aliam quæ non incommodum sensum habeat, efficiet: idque minima cum mutatione. Talem autem mutationem, id est minimam sive leviſſimam, quum sufficere ad quorundam locorum emendationem viderem, pro religioso superstitiosus esse nolui. Atque hinc factum est ut in hac posteriore editione (hoc exemplo contentus ero) pro ἀπειπῦσι scribere ἀπιπῦσι non dubitaverim, lib. II, cap. 94 quum manifestum sit ἀπιπτῶ esse quod Dioscorides ἐξιπτῶ dicit. Adscripta autem margini lectio ἀπειτῦσι, quæ nihil potest significare, fieri potest ut ex alia manarit, aliis literis scripta, sed eandem tamen pronunciationem (ut jampridem literis diversis eadem pronunciatio dari cœpit) habente: ac audiens aliquis verbum ἀπηθῦσι (quod esse poterat expositio illius ἀπιπῦσι) non illo modo scripserit, sed hoc, ἀπειτῦσι.

Jam verò & commoda quorundam locorum interpunctione magis etiam quàm antea lectoribus commodasse, & labore illos levasse, ex ipsa collatione apparebit. Alicubi tamen eorum diligentiæ hoc reliqui, ut quam interpunctionem in annotatione margini adscripta sequutus essem, eam in ipsis Herodoti verbis (nisi fortè à me dissentirent) sequerentur. Ac hujus etiam rei exemplum suggeret illa ipsa quæ modò proposita fuit pagina. In eadem enim, lib. II. c. 95. legitur, τὰ δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ· ὧδε τούτῳ ἴσησι τὸ ἀμφίβληστρον· sed tamen sequendo ea quæ margini adscripsi, post χρᾶται ponenda est τελεία στιγμὴ, at post κοίτῃ, tantùm ὑποστιγμή. Fateor interim me simul etiam mutaturum libenter αὐτῷ in ὕτω.

Paulo post.

Ad eos autem ut veniam, quibus contrà sine cortice natare in Græcorum scriptorum lectione est negatum, eos qui sine Theseo è multis illorum locis emergere non possunt, eos qui duce filo, ut in aliquo labyrintho, sua ponere vestigia necesse habent: multo plus & ipsi huic editioni, quàm priori, se debere, meritò fatebuntur: quum me in multo plusibus locis interpretationem Vallæ emendasse, in quibusdam in meipsum etiam, ad emendationem quod attinet, inquisivisse animadvertent. Hoc enim de quibusdam locis posse mihi videor dicere, ubi quæ me non satis tum temporis oculatum subterfugerant, à me nunc, ceu facto oculatiore, deprehensa fuerunt, De locis tamen iis non jam loquor, ubi tales erant commissi errores quales in nominum quorundam interpretatione: qui nimirum sunt eorum è genere quos μεταμορφωτὰς sive μεταμορφωτικὲς appellare soleo, quòd metamorphoses, & miras quidem eas, in quibusdam scriptorum Græcorum locis interpretandis faciant. Atque horum è numero unus est ubi nomen ἥσσονες, quod sonat *inferiores*, seu *viribus minus valentes*, mutatum fuit ab interprete in nomen populi omnib. geographis, omnib. historicis incogniti: quum is ab illo vocetur *Hessones*. Locus ille est in Polymnia, c. 18. ἰδὼν τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα πρήγματα ὑπὸ ἡσσόνων. ubi vide quæ margini adscripta sunt. Ac eodem modo eod. lib. c. 93. nomen vel potius pronomen relativum οἵτινες, quod respondet Latino *qui*, videbis transformatum in quendam populum; ita enim ille, *quos prius appellatos fuisse Hætines, dictum est*: quum verba Herodoti (de Caribus loquentis) hæc sint, ἕτοι δὲ, οἵτινες πρότερον ὀνομάζοντο, εἴρηται. Sonant verò hæc, *Hi autem, quinam* (id est, quo nomine) *prius vocarentur, dictum est*. Sic lib. I, c. 176. vides, ex ἰσιέων, quod Ionica dialecto dicitur pro ἰσιῶν, ab ἰσίη, (cujus nominativus singularis est ἰσὶς, quo significatur *familia*) quendam populum seu quandam gentem ab interprete

prete nobis fieri, cui nomen sit *Istiæi*. Atque his adjiciendus est mons *Hirus*, per eandem metamorphosin factus, lib. I, cap. 80. nam ibi legitur, *qui è monte Hiro matris Dyndimenæ lapsus*. ubi admonitiunculam margini adscriptam vide. Quòd si ad aliud genus errorum interpretis à me emendatorum veniendum sit, illi non cedens, quin potius id superans, de nullo potius hoc dici posse existimo quàm de eo ubi contrarium omnino sensum verbis autoris dat interpres. Exemplum quod in mentem venit primum, est in Euterpe, cap. 167. hæc enim exhibet ista Herodoti verba, ἦκισα δ' Κορίνθιοι ὀνοίας τὰς χειροτέχνας, à Valla sic interpretata, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices:* quum Herodotus contrarium de Corinthiis testetur, eos nequaquam minime facere opifices, vel potius, contemptui habere. Aliunde autem non contigit tam magnus error quàm ex non intellecto verbi ὄνομαι usu: sicut nec compositum ex hoc factum καταυοθῆς intellexit Euterp. cap. 136. ubi exstat inscriptio, cujus principium hoc est, ΜΗ' ΜΕ ΚΑΤΟΝΟΘΗΣ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΛΙΘΙΝΑΣ ΠΥΡΑΜΙΔΑΣ. nam has voces ille ita reddit, NE ME LAPIDEIS PYRAMIDIBUS COMPARES. Ubi illum videri aliud verbum quàm καταυοθῆς legisse, dixi in iis quæ margini adscripta sunt: sed quum ne illius quidem verbi ὀνοίας significationem assequutus sit, facilè mihi persuadeo, non aliam eum lectionem illic sequutum esse, sed idem ei in illo etiam verbo quod ex hoc compositum est usuvenisse. Quis igitur est illorum verborum sensus? Illorum regis Asychis verborum sensum (lectores enim ibi suspensos reliqui) esse hunc arbitror, NE ME CONTEMNAS PRÆ LAPIDEIS PYRAMIDIBUS. Vel, Ne me asperneris. Cæterùm, ad priorem illum quod attinet locum, quem Valla ita vertit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*, suam ei interpretationem vel hoc reddere suspectam debebat, quòd ulla vix artificia magis celebrarentur quàm quæ Κορινθιουργῆ (eo modo quo Ἀττικουργῆ, & Μιλησιουργῆ, & Ναξιουργῆ) nominabantur. Haud scio autem an ex ullo nobis clarius & certius esse id possit loco, quàm ex Actorum Apostolicorum capite XIX. Ibi enim quidam nomine Demetrius vel ex uno artificio procudendi templa Dianæ argentea (sive thecas templi effigie, aut scriniola, sive nummos celeberrimi illius templi formam repræsentantes, aut alias ejus imagines, intelligere oporteat) magnum artificibus præbuisse quæstum dicitur. In dubium igitur vocari non potest quin mea quàm vera est, tam falsa sit illa meæ contraria interpretatio. Quòd si librum hunc evolvere libeat, alios plerosque locos invenies ubi meam itidem interpretationem, & quidem alteri omnino repugnantem, propono. Taceo de locis ubi Latina ejus verba negant quod Herodotus ait, aut vice versa: sed ita ut id è lectione contraria nostræ contigerit, eique imputari debeat. Ac fateor posse alicubi, utri potius lectioni acquiescendum sit, dubitari: atque hæc, ut opinor, incidere dubitatio poterit non procul ab initio Clionis, cap. 24. ubi de Arione legimus, τὸ Ἀρίονος δῶρ ἀνάθημα χάλκεον, ἐὸν μέγα, ὅσῃ Ταινάρῳ. contrà enim. χάλκεον, μέγα, legisse Vallam videmus. At eod. lib. cap. 37. vicissim negationem ille habet ubi nullam habemus. nam pro ἀποχρεωμένων lectum ab illo fuit ὡς ἀποχρεωμένων.

Verùm, ut de locis in quorum interpretatione peccavit, verba pergam facere, eorum in numero nonnulli sunt ubi hoc inde contigit, quod non animadverteret verbum quodpiam usum quendam Herodoto, aut certè ejus dialecto, peculiarem habere, ut I, 45, συγγινωσκόμενος. Nam & activam vocem συγγινώσκειν longè aliud sonare passim apud hunc scriptorem, quàm *ignoscere*, in recensione & expositione quorundam ejus vocabulorum à me aliquot exemplis ostensum fuit. Minus autem quis miretur fortasse illum ἐπιστολὴν reddidisse *epistolam*, lib. VI. c. 50. quum potius *mandatum* significare videatur. Ac fallitur Eustathius in eo quòd credit, vocem ἐπιστολὴν, quæ apud Æschylum id sonat, pro ἐπιτολὴν positam esse, adjectione literæ σ. quasi verò à verbo ἐπιτέλλομαι, quod Homero usitatissimum est, deduci eam necesse foret, ac non ἐπιστέλλειν quoque, & quidem in soluta etiam oratione, eum usum haberet. Qua de re si quis cum Eustathio dubitat, omnem utrique meus Thesaurus Græcæ linguæ dubitationem tollet.

EX H. STEPHANI PROLEGOM.

Inter illa autem de quibus nunc demum in hac posteriore editione monui, est quidam usus præpositionis ἐκ, qui non animadversus fecit ut in eorum interpretatione quæ de Cambyse & Gyge narrantur, I, 10. aliquid sit absurdi: ex eo quòd, ubi dicitur, μαθεῖσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, interpres non viderit, intelligi debere, non μαθεῖσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, sed τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός: ut ostendi in iis quæ recensioni & expositioni vocabulorum hujus scriptoris subjunxi.

At eorum è numero de quibus in annotationibus agetur, est quod dicitur de Persis, I, 133: μεθυσκόμενοι δὲ ἐνθαῦτα βουλεύεσθαι τὰ συμφορώτατα περὶ πραγμάτων. Nec enim eos tantùm facere injuriam Herodoto arbitror, qui ista ex eo afferunt, at quæ subjungit tacent: sed eos etiam qui μεθυσκόμενοι interpretantur *ebrii*: ut intelligamus, Persas, quum jam sunt ebrii, de rebus maximè seriis consultare. Cur enim μεθυσκόμενοι pro μεθυσθέντες accipiamus, potius quàm id quod propriè sonat intelligamus? Id verò non aliud est quàm *dum se inebriant*. Quantum autem sit discriminis inter eum qui ad ebrietatem iter facit, eumq; qui jam iter illud confecit, atque ad eam pervenit, cuilibet judicandum relinquo. Tantum certè discriminis est quantum inter eum qui urbem quampiam oppugnat, & eum qui jam expugnavit. Quæ comparatio est eo aptior, quòd is etiam qui se inebriat, mentem suam velut oppugnat, & de statu suo deturbare conatur: at postquam hoc effecit, jam dici potest eam expugnasse. Quamobrem non video quid obstet quin participium illud μεθυσκόμενοι interpretemur (si verbum verbo reddere nolimus) *inter pocula*, aut saltem *inter larga pocula*. Quod ποιητικώτερον esse fateor: quamvis Livius largius vinum etiam dicat. *Largiore vino* (inquit) *usus*. Nec verò videtur contrà me facere quod sequitur, de eo qui domui in qua sunt præest, proponente postridie quod ipsis in ea consultatione potatoria visum fuit. Proponit enim tanquam iis qui è mensa (si tamen ea tum utebantur) tandem nonnisi ebrii surrexerint, ideoque illorum quæ à se statuta fuerint, recordari haud queant. At nihil obstat interim (meo quidem judicio) quin intelligamus inter larga pocula, & tamen antequam essent ebrii, consultantibus, ebrietatem solitam supervenire. Sed viderit alius quispiam quid pro Persis afferri possit, super eo etiam quod subjungitur, & quomodo illud quoque factum ostendi minus absurdum queat quàm prima fronte videatur: τὰ δ' ἂν νήφοντες περιβουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ὑπερφρονήσουσι.

Exhibebunt porro illæ annotationes meæ, deo favente, & quorundam locorum emendationes, ex conjectura: quandoquidem vetere exemplari (cujus etiam exspectatio fecit ut editionem hujus scriptoris differrem) video me ante bellorum nostrorum finem potiri haud posse. Atque ut hujus quoq; operæ aliquod tibi velut γεῦμα interim præbeam, quoddam loci quem habet Thalia, c. 130, proponam. Nam ibi pro ἐκποτύπωσα scribo ἐκποκύπωσα, levi cum mutatione, sed ejusmodi tamen, ut quum ex illo ἐκποτύπωσα nihil nisi ineptum elici possit, (præsertim siquis Vallæ interpretationem sequatur) contrà in ἐκποκύπωσα non dubitem quin Herodoti mentem habeamus.

Eodem in opere, eademq; opera, de illa quoq; scripturæ diversitate agam, qua fit ut ejusdem vocabuli scriptura modò dialecti Herodoti, id est, Ionicæ, legem servare, modò ab ea discedere videatur: & è duabus tribusve (tot enim sunt interdum) quam potius recipiendam arbitrer, declarabo. Interim certè adeo in hac parte nihil mutare sum ausus, ut in ipso etiam principio Ἁλικαρνασσῆος retinuerim, & in Ἁλικαρνησσῆος mutare noluerim: quamvis sit Ἁλικαρνησσέος II, 4. & Ἁλικαρνησσοῦ VIII, 104. In eo quidem magna est constantia, quam valde quis mirari possit, quòd nusquam (si memoria non me fallit) genitivo Ionico, id est, in οιο desinente, utatur: sed quemadmodum prima totius operis vox est Ἡροδότου, non Ἡροδότοιο, sic alibi alia virorum nomina illo non hoc scripta modo, & Νείλου, non Νείλοιο, πολεμοῦ itidem, non πολεμοῖο, atque adeo λόγου etiam, non λόγοιο, habeamus.

Sed quamvis de multis te monuerim, non dubito quin aliqua quæ in eorum esse numero debebant, mihi exciderint: quod si ita est, suus illis eodem in opere locus erit.

Jam

H. STEPHANI PROLEGOM.

Jam verò, quoniam, si εἰδὸτι λέγειν non oportet, multo minus, ὁρῶντι λέγειν, quid attinet, quæ hæc EDITIO POSTERIOR adjuncta priori habeat dicere? Sed et quidem quæ huic Herodoti libro præfixa sunt, partim mea, partim Joachimi Camerarii, fuerunt tantùm locupletata, & quidem ea in parte quæ mea est: at quæ subjuncta, DE LEGIBUS ET INSTITUTIS TAM PERSICIS QUAM ÆGYPTIACIS, ex variis scriptoribus sumpta, nunc primùm adjecta sunt. At poterant tamen (inquies) ex aliis etiam alia quædam sumi. Poterant, fateor: sed iis quæ præcipua videbantur, esse contentus volebam.

EX EJUSDEM H. STEPHANI PRÆFATIONE *in primam editionem.*

HErodotea autem historiæ virtutes non ex ore meo, sed Joachimi Camerarii, omni genere doctrinæ celeberrimi, accipies. Quem ego virum cum antea plurimum dilexi, (ut vicissim ab eo plurimum me diligi animadverti) tum verò ex quo ipsum quoque vehementi amore Herodotum complecti cognovi, illa certè amoris in Herodotum nostrum societas, pristinam illam amicitiam, quantum augeri potuit, tantum auxit. Quòd si lectis illis Camerarii de Herodoto scriptis aliquid tibi ocii superfuerit, meæ etiam editioni Latinæ interpretationis præfixa quædam à me ejusdem argumenti invenies: in quibus satis prolixè illis respondeo qui mendacem esse Herodotum mentiuntur: adeo ut præfationem illam, apologiam Herodoti ideo inscribendam censuerim. Inter alia multa ibi, miram illam historiam & quæ præ cæteris omnibus judicari fabulosa posset, de Scythis servis qui dominis absentibus in uxorum illorum possessionem involarant, tandemq; quum justo prælio repelli ab armatis dominis non potuissent, solis flagellis repulsi fuerunt: illam inquam historiam annalibus posterorum (in his enim & Moschovitæ numerantur) testatam ad hunc usque diem extare leges: detortis duntaxat (ut fit) nonnullis facti circunstantiis. Leges item, quod de Thressis mulieribus narrat Herodotus, eas excedentibus è vita maritis comites se certatim offerre, simili Judicarum mulierum facto (cujus testes oculati hodieque extant) confirmari. Quid quòd illa de mulieribus Babylonicis historia, quæ viris extraneis semel in vita se prostituere necesse habebant, Jeremiæ Prophetæ testimonio confirmatur? Quod autem ad quasdam de rebus levioribus historias attinet, (in quibus tamen non minus fides ejus suspecta est) eas ab aliis quoq; scriptoribus, addito non ejus sed aliorum testimonio, referri scimus. Cujusmodi est quod de Amasidis thorace apud hunc nostrum historicum legimus: ab illo enim proditum est, unamquanq; ejus ἀρπεδόνλω, quanvis alioqui ἐῦσαν λεπίλω, habuisse in se ἀρπεδόνας τετηκοσίας καὶ ἑξήκοντα πάσας φανερὰς. At Plinius nullam Herodoti mentionem faciens, certam tamen huic rei fidem affert, quum ita scribit, *Mirentur hoc, ignorantes in Ægyptii quòndam regis (quem Amasin vocant) thorace, in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervæ* CCCLXV *filis singula fila constare. Quod se expertum nuper Romæ prodidit Mutianus ter consul: parvaſq; jam reliquias ejus supereſſe, hac experientium injuria.* (Taceo insignem errorem quem interpres hîc commiserat, ἀρπεδόνας non *fila* sed *venationes* interpretatus.) Hæc ego aliaque hujusmodi mecum reputans, & mendacem tamen subinde vocari Herodotum audiens, hoc epigramma inter scribendam illam apologiam, in calumniatores illos lusi, tanquam ipsum Herodotum compellans:

Ἄφρων ὃς ψεύδεῖν σε καλεῖ, ὅτι πόλλ' ἀληθῆ.
Καὶ τί γὰρ εἰ ψεύδεῖν ψεύδεα ὅς σε καλεῖ;
Εἰ δ' ἃ παλαιὰ λέγει δεδαπανέναι αὐτὸς ἄμεινον,
Ἄφρων καὶ ψεύστης εὐθὺς ἄλωκεν ἑαυτόν.

Huic certè potissimum scriptori id accidit quod præ quovis alio metuisse videmus, nimirum ne mendacis à posteris nomen acciperet. Sed si quæcunque incredibilia

videntur (dum ea experientia noſtra vel ſenſu noſtro ſive ingenii captu metimur) mendacii inſimulanda eſſent, quàm multa in ſacris hiſtoriis, quæ tam certæ ſunt fidei, mendacii inſimularentur? Quem autem librum poſt ſacroſanctos illos habemus in quo res adeo magnæ commemorentur? in quo providentiæ potentiæq; divinæ, quæ ſuperbos deprimit, tot tamq; luculenta exempla conſpiciantur? ubi regum, potentiſſimorum alioqui (quorum & ipſe ſuperbiam ac veſaniam nobis ante oculos ſæpe ponit) regnorúmq; adeo horrendæ everſiones narrentur? Quis eſt ex quo certius ſacra chronologia cum profanis hiſtoriis conciliari poſſit? Addo etiam (quod vel maxime commendare nobis hunc ſcriptorem debet) qui religioſius de divina providentia & quidem valde ſimilibus verbis, interdum etiam iiſdem, loquatur? Omitto, priſci illius ſæculi ſimplicitatem, & humile (in quibuſdam etiam regibus) vitæ genus eodem nobis modo utrobiq; deſcribi. Omitto & hoc, nullum uſquam extare apud Græcos autores ſcribendi genus, quod (ut in omnino diverſa lingua) ad Hebraici brevitatem ſimplicitatémq; magis accedat. Nemo certè eſt qui quum legit apud Herodotum hanc inſcriptionem, *Amaſis Polycrati ita dicit:* item, *Mardonius hæc dicit:* non poſſit uſitatum prophetis præſertim ſtylum agnoſcere, *Hæc dicit Dominus Deus.* Nemo eſt item qui quum Herodotum ita ordientem ſuam hiſtoriam audit, *Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriæ editio hæc:* (de qua interpretatione alibi dicendum erit) ſimile eſſe hoc Eſaiæ exordium faſſurus non ſit, *Viſio Eſaiæ filii Amos.* Nec non iſtud Jeremiæ, *Verba Jeremiæ filii Helciæ.* Cui ſimile eſt omnino apud prophetam Amos, *Verba Amos.*

Jam verò quod ad Homerum attinet (ut à ſacris ad profana veniamus) quiſquis lectionis illius ſtudioſus eſt, ad eam profectò neq; magis compendiariam neq; magis expeditam viam, quam hunc autorem pervolutando, ſternere ſibi poteſt: nec aliunde melius quæ apud Homerum Ionica ſint, & quæ non tam Ionica quam poëtica, cognoſcere: adeo ut qui ſit φιλόμηρος, eum eſſe etiam φιλοεύδοξον, rationi conſentaneum ſit.

VETERUM

VETERUM ALIQUOT TESTIMONIA ET ELOGIA

De HERODOTI VITA,

SCRIPTIS, ET DICTIONE.

IN QUIBUS AUCTORIS LAUDES, ET ejus historiæ & styli cum aliorum comparatio.

HERODOTI VITA, ex Suida.

ex H.St.

HERODOTUS, Lyxi & Dryonis filius, Halicarnassëus, ex illustri genere natus, fratrem habuit Theodorum. Samum se contulit, propter Lygdamin, tertium ab Artemisia tyrannum Halicarnassi. Pisindelis enim, Artemisiæ, Lygdamis autem, Pisindelidis filius fuit. Sami autem Ionicam dialectum excoluit, & historiam libris IX scripsit, auspicatus à Cyro Persa, & Candaule Lydorum rege. Sed Halicarnassum reversus, quum tyrannum expulisset, & tandem sibi à civibus invideri cerneret, Thurium, quò tum Athenienses coloniam deducebant, ultro abiit: ibique defunctus & in foro sepultus est. Alii Pellæ mortuum tradunt. Libri ejus Musæ inscribuntur. De HERODOTO, in epistola scribit Julianus apostata, *Quis ignorat Æthiopum sermonem de cibo qui apud nos optimi est alimenti? Nam quum mazam attigissent, se mirari dixerunt quomodo stercoribus vescentes viveremus: ficui fide dignus Thurius historicus videtur. Gentes autem ichthyophagas & sarcophagas ne per somnium quidem nostram victus rationem vidisse tradunt ii qui orbem terrarum describunt. Quorum victum siquis apud nos æmulari vellet, nihilo cum eo melius quàm cum iis qui cicutam aut aconitum aut elleborum bibissent, ageretur.*

Η ΡΟΔΟΤΟΥ βίος, ἐκ τῆς Σούδα.

Ἡρόδοτος, Λύξου καὶ Δρυοῦς, Ἁλικαρνασσεὺς, τῶν ἐπιφανῶν· καὶ ἀδελφὸν ἔσχεν, Θεόδωρον. μετέστη δ' ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον ἁλισκόμενον Ἁλικαρνασσοῦ. Πισινδηλις γὰρ ἦν υἱὸς Ἀρτεμισίας· τοῦ δὲ Πισινδήλιδος, Λύγδαμις. ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἐσκήθη διάλεκτον. καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ'. ἀρξάμενος ἀπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου καὶ Κανδαύλου τοῦ Λυδῶν βασιλέως. ἐλθὼν δὲ εἰς Ἁλικαρνασσὸν, καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθε. κἀκεῖ τελευτήσας, θάπτεται ἐν ἀγορᾷ τέθαπται. τινὲς δὲ ἐν Πέλλῃ αὐτὸν τελευτῆσαί φασιν. ἐπιγέγραπται δὲ αἱ λόγοι αὐτοῦ Μοῦσαι. περὶ Ἡροδότου λέγει ὁ Ἰουλιανὸς ἐν ἐπιστολῇ, Τίς οὖν ἀγνοεῖ τὴν Αἰθιόπων ὡς ἐστὶ τῶν παρ' ἡμῖν τερφιμωτάτων σιτίων λόγον; ἀψάμενοι γὰρ τῆς μάζης, θαυμάζειν ἔφασαν, ὅπως κόπρια σιτούμενοι ζῶμεν· εἰ τῷ πιστὸς ὁ Θούριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ. Ἰχθυοφάγων δὲ καὶ σαρκοφάγων ἀνθρώπων γλῶτ', μηδ' ὄναρ ἰδόντα τὴν παρ' ἡμῖν δίαιταν, οἱ τὴν οἰκουμένην περιηγούμενοι γῆν ἱστοροῦσιν. ὧν εἴτις παρ' ἡμῖν ζηλῶσαι τὴν δίαιταν ἐπιχειρήσει, ἥδιον ἄμεινον βλακείσεται ἢ τὸ κώνειον περισενεγκάμενος, ἢ τὸν ἀκόνιτον, ἢ τὸν ἑλλέβορον.

Ex

DE HEROD. EJUSQUE SCRIPTIS

Ἐκ τῆς Στεφάνου γεωγραφικῶν, βιβλ. ιδ'.

Ἄνδρες ὧν ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς· [Ἁλικαρνασσεῖς] Ἡρόδοτός τε ὁ συγγραφεύς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐπάλεσε, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας· καὶ Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς, ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος· καὶ καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς.

Ex Strabonis Geographicis, lib. XIV.

VIRI illustres nati sunt ibi [*Halicarnassi*] HERODOTUS historiæ scriptor: qui deinde Thurius est appellatus, quod socium se deducendæ in Thurios coloniæ præbuisset: tum Heraclitus poëta, Callimachi socius: & nostra ætate Dionysius historiæ conditor. Int. G. Xyl.

Ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ Ἡροδότου, ἢ Ἀετίωνι.

Ἡροδότου εἴθε μοι καὶ τἆλλα μιμήσασθαι δυνατὸν ἦν, οὐ παύομαι φημὶ, ὅσα περιῆν αὐτῷ, μεῖζον γὰρ εὐχῆς τοῦτό γε, ἀλλὰ κἂν ἓν ἐκ πάντων, οἷον, ἢ κάλλος τῶν λόγων, ἢ ἁρμονίαν αὐτῶν, ἢ τὸ οἰκεῖον τῆς Ἰωνίδος καὶ πεσφυὲς, ἢ τὴν γνώμης τὸ πειστικὸν, ἢ ὅσα μυρία καλὰ ἐκεῖνος ἅμα συλλαβὼν ἔσχε, πόρρω τοῦ εἰς μίμησιν ἐλπίδος. ἃ δ' ἐποίησεν ὅτι τοῖς συγγράμμασι, καὶ ὡς πολλαχοῦ τοῖς Ἕλλησιν ἐν βραχεῖ κατέστη, ἐγὼ καὶ σὺ καὶ ἄλλος ἂν μιμήσαιτο δεδοικώς. πλοῦσιος γὰρ οἴκοθεν, ἐκ τῆς Καρίας, εὐθὺς τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα καὶ ἀπεραγμονέστατα δόκιμος καὶ περιβόητος γένοιτο, καὶ αὐτὸς, καὶ τὰ συγγράμματα. τὸ μὲν οὖν ἐκεῖνος ἦν τότε, πᾶσι δὲ Ἀθηναίοις, νυνὶ δὲ Κορινθίοις ἀναγιγνώσκειν, ἢ Ἀργείοις, ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργώδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι, καὶ τριβὴν οὐ μικρὰν ἐν τῷ ποιεῖσθαι ἔσεσθαι. ἐκεῖνο οὖν ἐξεῦρε θαυμασίως τὸ πρᾶγμα, ὥστε καὶ θέαν ὅτου κατ' ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν. ἐπεβούλευε δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἅθρους πως λαβεῖν τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. συνίστατο δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὰ μεγάλα καὶ ὁ Ἡρόδοτος τοῦτ' ἐκεῖνο, ἔνθα οἱ νομίσας ἐν καιρῷ, οὗ μάλιστα ἐγλίχετο, πλήθους πρήσας τὴν παννυχίδα, ἀπανθρακίζεσθαι ἤδη πρὸς ἀρίστου σαφῶς λεγομένου, παρελθὼν ἐς τὸ ὀπισθόδομον, οὐ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας, καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας. ἤδη δὲ ἅπαντες αὐτὸν ᾖδεσαν πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς.

Ex Luciani Herodoto seu Ætione.

UTINAM vero & alias HERODOTI virtutes mihi imitari concessum fuisset, non omnes dico quibus ille præditus præcelluit (major enim voto hæc res fuerit) verum unam ex omnibus, videlicet aut orationum elegantissimarum munditiem, aut illarum numerosam concinnitatem, aut propriam & naturalem linguæ Ionicæ dictionem, aut sententiarum gravitatem & præstaptiam, aut quæcumque alia (quæ & infinita sunt & elegantia) ille uno quasi fasciculo comprehensa possidet, omnem imitationis spem excedentia. Cæterum quæ cum libris à se elucubratis fecerit, tum quemadmodum passim in brevi temporis spatio apud Græcos in notitiam venerit, mihi & tibi & alteri cuicumque tandem imitari haudquaquam fuerit difficile. Cum enim relicta patria solvisset ex Caria, recto cursu in Græciam delatus est, ubi de seipso eam cogitationem suscepit, quo pacto quam celerrime & minimo cum negotio inclarescceret, ac famigerabilis fieret cum ipse, tum ejus quoq; elucubratæ vigiliæ. At enim obambulantem, nunc quidem Athenienſibus, nunc autem Corinthiis recitare historiarum monumenta à se condita, mox Argivis aut Lacedæmoniis, partim laboriosum esse existimabat & longum: partim cunctationem & moram non mediocrem in illo fore prospiciebat. Voluit ergo negotium omne in compendium contrahere, neque ita particulatim innotescere, notitiam modice & pedetentim congregans & colligens. Callide vero observabat si usquam locorum Græcos una congregatos omnes deprehenderet. Commodum itaque; instabant magna Olympia. HERODOTUS autem hanc solam sibi venisse occasionem arbitratus, cujus maxime erat cupidus, frequentissimis ludis observatis, jamque ex omnibus locis collectis Græcorum optimatibus, progressus in opisthodomum, non spectatorem sed certatorem se ipse exhibebat, cantillans historias memoriæ à se proditas, ac præsentium aures orationis suavitate demulcens, donec & Musarum nominibus ejus libri nobilitari & vocari cœpti sint, & illis novem existentibus. Proinde jam omnes illum noverant multo profecto magis quàm Olympicorum certaminum victores: Interp. Vinc. Obsopœo.

nec

nec quiſquam erat cui HERODOTI nommen inauditum fuerat, quem nonnulli ipſi audiverant in Olympia, alii vero ex iis qui ex ludis regreſſi fuerant, audita & ipſi perceperant. Tum vero ubicumque in publico ſaltem apparuiſſet, certatim commonſtrabatur digitis: Hic ille eſt HERODOTUS, qui pugnas Perſicas lingua Ionica condidit atq; conſcripſit, qui victorias noſtras venuſtiſſime concelebravit. Talem ipſe laudem hiſtoriarum nomine conſecutus eſt, in uno conventu ab omni populo totius Græciæ commune nactus ſuffragium, non ab uno per Jovem præcone ebuccinatus, ſed in omnibus quaquaverſum civitatibus, unde quiſque erat eorum qui ad ludos publicos confluxerant. Hoc cum animadvertiſſent poſtea ad parandam cognitionem viam eſſe compendioſiſſimam & Hippias illius gentis ſophiſta, & Prodicus Cius, & Anaximenes Chius, tum Polus Acragantinus, aliique complures, orationes ſemper habuerunt & illi in ludis publicis, unde brevi notitiam ſibi paraverunt.

E Photii bibliotheca. Ex interpretatione A. Schotti.

LEGUNTUR hiſtoriarum HERODOTI libri novem, numero & nomine totidem Muſarum. Hic Ionicæ dialecti norma eſſe queat, ut Atticæ Thucydides. Fabulas adhibet, crebraſq; digreſſiones, per quæ ſenſus ipſi atq; ſententiæ dulcedo fluit: quanquam pro hiſtoriæ modo, proprioque ipſius & conveniente charactere, hæc ipſa interdum obſcuritatem pariant, recuſante veritate fabulis ſuam obfuſcari accurationem, aut plus æquo à re propoſita ſcriptorem digredi.

Auſpicatur hiſtoriam à Cyri imperio, qui primus Perſarum regnum tenuit: unde natus, quomodoq; educatus creverit, atq; regnarit: & pertingit aduſq; Xerxis imperium, ejuſq; contra Athenienſes expeditionem ac fugam. Quartus vero à Cyro rex fuit Xerxes: nam ſecundus Cambyſes erat, & tertius Darius. Qui enim interjectus eſt Smerdes magus, his non adnumeratur; quod tyrannus fuerit, ſibiq; minime debitum regnum, dolo malo ac fraudibus occuparit. Darii ſucceſſor, Xerxes filius fuit, in quem hiſtoria definit; neque ad regni ejus finem uſque progreſſa: quia his temporibus HERODOTUS ipſe floruit, ut inter cæteros & Diodorus Siculus teſtatur.

Ἐκ τῆς Φωτίου.

Ἀνεγνώσθη Ἡροδότου ἱστορίων λόγοι θ', κατὰ ἀριθμὸν καὶ ἐπωνυμίαν τῶν ἐννέα Μουσῶν. Ἰωνικῆς ἡ διαλέκτου κανὼν οὗτος ἂν εἴη, ὡς Ἀττικῆς Θουκυδίδης. κέχρηται δὲ μυθολογίαις καὶ παρεκβάσεσι πολλαῖς, δι' ὧν αὐτῷ ἡ κατὰ διήγησιν γλυκύτης διαῤῥεῖ, εἰ καὶ πρὸς τὸ τῆς ἱστορίας κατάληψιν, καὶ τὸ οἰκεῖον αὐτῆς καὶ κατάλληλον τύπον, ἐνίοτε ταῦτα ὑποσκοτεῖ, ἐκ ἐνδελεσὴς τῆς ἀληθείας μύθοις αὐτῆς ἀμαυρώσαν τὴν ἀκρίβειαν, ὑδὲ πλέον τοῦ πρέποντος ἀποπλανᾶσαν ταῖς παρεκβάσεσιν.

Ἀρχεῖαι δὲ τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κύρου βασιλείας, τοῦ πρώτου Περσῶν βασιλεύσαντος· ὅθεν τε ἔφυ, καὶ ὅπως ἐτράφη τε, καὶ ηὐξήθη, καὶ ἐβασίλευσε· καὶ κατιοῦσι μέχρι τῆς Ξέρξου βασιλείας, καὶ τῆς κατὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπελάσεως, καὶ τῆς φυγῆς τῆς ἐκεῖθεν. τέταρτος δέ ἐστιν ἀπὸ Κύρου Ξέρξης. δεύτερος μὲν Καμβύσης, καὶ τρίτος Δαρεῖος. ὁ μὲν μεταξὺ Σμέρδης ὁ μάγος ἐκ ἀριθμεῖται τούτοις, ἅτε δὴ τύραννος, καὶ οὐ προσηκὼν αὐτῷ ἀρχὴν δόλῳ καὶ ἀπάτῃ κατελθών. Δαρείου δὲ διαδόχου, ὁ υἱὸς Ξέρξης, ἐφ' οὗ ἡ ἱστορία καταλήγει, ὑδὲ μέχρι τέλους τῆς αὐτοῦ προελθοῦσα βασιλείας. ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἐν αὐτοῖς τούτοις ἤκμασε τοῖς χρόνοις, ὡς ἄλλοι τε καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος ἱστορεῖ.

λέγεται

λέγεται ὃ, ἀναγνωσκομένης αὐτῷ τῆς ἱστορίας, ἡμιδρῆ νέον ὄντα παρὰ τῷ πατρὶ Θουκυδίδῃ ἀκοῦσαι, καὶ δακρῦσαι· ἢ ὃ Ἡρόδοτον ἀπαφήναδαι, Ὡς εἶη ὁ παῖς, ὦ Ὄλορε, ὁ σὸς ὀργῶσαν ἔχων τὴν φύσιν πρὸς μαθήματα.

Thucydidem ferunt cùm adoleſcens admodum apud patrem adſtans, hunc ſuam hiſtoriam recitantem audiret, illacrymaſſe, HERODOTUMQUE de illo ſubjeciſſe: Quàm eſt tuus hic filius, Olure, ardenti ad diſcendum ingenio?

Τοῦτο καὶ παρὰ τῷ Μαρκελλίνῳ περὶ τοῦ Θουκυδίδου βίου διῆκται τυπος.

Hoc etiam apud Marcellinum de vita Thucydidis exſtat ita vertente Caſaubono.

Φαίνεται ὃ δὴ τοῖς Ἡροδότου χρόνοις γενόμενος, εἴγε ὁ μὲν Ἡρόδοτος μέμνηται τῆς Θηβαίων ἐσβολῆς ἐς τὴν Πλάταιαν, περὶ ἧς ἱστορεῖ Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὡς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου, παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης καὶ ἀκούσας, ἐδάκρυσεν. ἔπειτα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα τὸν Ὄλορον, Ὦ Ὄλορε, ὀργᾷ σου ἡ φύσις τοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα.

HERODOTI autem temporibus videtur vixiſſe (Thucydides,) ſiquidem HERODOTUS meminit irruptionis in urbem Plataeam factae, quam hiſtoriam narrat Thucydides libro ſecundo. Aiunt etiam, quum HERODOTUS ſuas hiſtorias in hominum coetu recitaret, Thucydidem recitationi illi interfuiſſe, & quum eas audiviſſet, lacrymaſſe. quod ubi animadvertiſſet HERODOTUS, dixiſſe eum ferunt Oloro patri Thucydidis, Filii tui ô Olore ingenium magno impetu ad literarum ſtudia fertur.

Διόδωρος ὁ Σικελιώτης βιβλιοθ. ἱστορ. ἐν τῷ θ'.

Diodorus Siculus biblioth. hiſtor. lib. IX. *ex verſione Rhodomani.*

Τῶν δὲ συγγραφέων Ἡρόδοτος, ἀρξάμενος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων, γέγραφε κοινὰς μὲν τὰς τῶν οἰκουμένης πράξεις ἐν βίβλοις ἐννέα· κατατρίψει δὲ τὴν συνταξιν εἰς τὴν περὶ Μυκάλην μάχην τοῖς Ἕλλησι πρὸς τοὺς Πέρσας, καὶ Σηστοῦ πολιορκίαν.

PORRO inter ſcriptores HERODOTUS ultra Trojani belli tempora exorſus, quicquid ferè toto orbe terrarum eſt geſtum, id novem libris expoſuit. Cum pugna tandem Grǽcorum cum Perſis ad Mycalen & oppugnatione Seſti, opus illud finit.

Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν ἐπιστολῇ πρὸς Γν. Πομπήιον.

Dionyſius Halicarnaſſeus epiſtolà ad Cn. Pompeium.

Περὶ δὲ Ἡροδότου καὶ Ξενοφῶντος ἐβουλήθης μαθεῖν τίνα περὶ αὐτῶν ὑπόληψιν ἔχω, καὶ γέγραφα μοι περὶ αὐτῶν ἐβουλήθης. [1] πεποίηκα καὶ τοῦτο εἰς Δημήτριον ὑπομνηματισμὸν περὶ μιμήσεως. τούτων ὁ μὲν πρῶτος, αὐτὸν περιείληφε τὴν περὶ [2] τῆς ζητήσεως μίμησιν· ὁ δὲ δεύτερος, περὶ τοῦ, τίνας ἀνδρας μιμεῖσθαι δεῖ ποιητάς τε καὶ φιλοσόφους, ἱστοριογράφους καὶ ῥήτορας· ὁ δὲ τρίτος, περὶ τοῦ πῶς δεῖ μιμεῖσθαι· [3] περὶ τούτου δὲ ἀπλῆς. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ Ἡροδότου τε καὶ Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος καὶ Φιλίστου καὶ Θεοπόμπου· τούτους γὰρ ἐκκρίνω τοὺς ἄνδρας εἰς μίμησιν ὑποτεθειοτάτους· τάδε γράφω· εἰ δὴ δεῖ καὶ περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, περὶ μὲν Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου ταῦτα φρονῶ.

DE HERODOTO & Xenophonte quid ſentiam ſcire cupis; ac me etiam de eis ſcribere vis: quod jam feci in illo Commentario quem de Imitatione ad Demetrium ſcripſimus. Primus liber, * ipſam imitationem de inveſtigatione comprehendit: Secundus, qui poëtæ, philoſophi, hiſtorici & oratores, ſequendi ſint: Tertius quomodo imitandi; ſed ea de re nondum abſolutus. In ſecundo vero, de Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Philiſto, & Theopompo, (hos enim viros ad imitandum aptiſſimos judico) hæc ſcribo: Quod ſi etiam de his dicendum eſt, de HERODOTO quidem & THUCYDIDE hæc ſentio.

Herodoti & Thucydidis comparatio interp. Stanisl. Ilovio.

* Ipſam de imitatione] diſquiſitionem continet.

1 legendum hic videtur vel cum Hoeſchelio, περ. κ. τοῦτο ἐν τοῖς περὶ Δημ. ὑπομνηματισμοῖς. vel, (quod minus aptum eſt) περ κ εἰς τοῦτο περὶ Δημ. ὑπομνηματισμὸς: ut infra Dionyſ. περὶ τῶν Θουκυδ. ἰδιωμ. initio: ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων περὶς τὸν τὸν ὄνομα συνταχθεῖσιν ὑπομνηματισμοῖς. Hujus commentarii (inquit Sreph.) Dionyſius meminit etiam in tractatu de Thucydide, quem Q. Ælio Tuberoni dicavit. *Fr. Sylb.* 2 rectius τῆ μιμήσεως ζήτησιν. *Fr. Sylb.* 3 Forſan. leg. ἔτι δὲ ἀτελής. *Fr. Sylb.*

Primum

TESTIMONIA.

Primum officium esse puto, & id vel maxime omnibus necessarium, qui res gestas hominum, monumentis annalium mandare studeant, materiam eligere pulchram & jucundam, ac eam quæ animos legentium voluptate afficiat atq; perfundat: quod HERODOTUS mea quidem sententia melius vidisse & expressisse videtur, quam Thucydides. Ille enim, communem Græcorum & barbarorum historiam conscripsit; ne & res gestæ majorum obliterarentur, & ne eorum facta & alia quæ enumerat, intercidèrent, atq; ex hominum memoria tollerentur. idem enim est ipsum proœmium, idem exorsus & finis historiæ. Thucydides autem unum tantummodo bellum scriptura persequitur, & id neque honestum, neque fortunatum, & quod numquam geri oportuit: sin minus, oblivioni & silentio traditum à posteris ignorari debuit. Quod autem malam materiam sibi sumpserit, etiam ipse in exorsu planum facit. Civitates enim multas ait eo bello partim à seipsis vastatas & funditus eversas fuisse: & exsilia, proscriptiones, cædes hominum tantas factas esse, quantas post hominum memoriam umquam; & terræ motus, siccitates, morbos, invaletudines, & alias multas calamitates importatas: ita ut statim in principio lectores, qui totius Græciæ calamitates sint audituri, abalienentur. Quanto autem ea scriptio quæ admiranda opera & facta tam Græcorum quam barbarorum aperit, antecellit eam quæ miseranda & funesta mala Græcorum nunciat, tanto meliores partes HERODOTUM Thucydide in eligenda materia secutum esse video. Neq; enim illud afferre licet, eum neneccessitate coactum, ad eam se scriptionem contulisse; cum eum non præteririt, & illa pulchriora esse, & nollet hæc in aliorum manus venire. Aliter. n. se res habet, dum majorum res gestas in exordio convitiis afficit, & sua ætate pulcras & admirandas gestas esse asserit: quæ manifestè declarant, eum non præter voluntatem ad hanc se materiam contulisse. Hoc tamen HERODOTUS minimè fecit: & quamvis Hellanicus & Charon, qui ante ejus tempora vixerunt, eandem materiam persecuti sint, non tamen eum à proposito avocarunt: quinetiam sperabat se ipsis aliquid pulchrius allaturum; quod etiam fecit.

LXXX longas gestans. Campus in quo concursum est, ante urbem Sardensem jacet, magnus & editus: quem 1 cum alii amnes interfluunt, tum omnium maximus Hermus, palude interruptus, qui è monte Hiro matris Dindymenæ lapsus, infunditur mari juxta Phociam oppidum. Hîc ubi vidit Lydos ad pugnandum instructos Cyrus, eorum equitatum reformidans, constituit admonitu Harpagi Medi, ita faciendum: Coactis omnibus qui ipsius exercitum sequebantur camelis, vel frumentum vel vasa portantibus, sarcinas detraxit: & viros imposuit equestri stola indutos: quibus ornatis præcepit ut præirent cæteras copias adversus Crœsi equitatum: peditatum, ut hos subsequeretur. Post hunc collocavit omnem equitatum. Postquam omnes constituit, imperat eis necui cæterorum Lydorum parcerent: sed quemlibet occiderent obsistentem, præter ipsum Crœsum, ne si captus quidem repugnaret. Hæc imperans, camelos contra equitatum instruxit, hac ratione quòd camelum equus reformidat, adeo quidem ut nec speciem ejus intùeri nec odorem sentire sustineat. Id ideo commentus est ut equitatum Crœsi, quo ille se prævaliturum considerabat, inutilem redderet. Simulatque igitur in pugnam itum est, equi, olfactis protinus conspectisque camelis, retro se avertunt. Unde spes Crœsi interiit. Verum non protinus Lydi ob id exterriti sunt, sed cognita re, ab equis desiliunt, ac pedites cum Persis confligunt. & tandem, multis utrinque cadentibus, vertuntur in fugam: 2 ac muros ingressi, à Persis obsideri cœperunt. Quam obsidionem in longius
LXXXI. processuram ratus Crœsus, alios nuncios è muris mittit ad socios. Nam qui antea dimissi erant, hi conventum Sardis ad quintum mensem indixerant. At hos dimittebat, oratum, quam celerrima auxilia mitti sibi utique jam obsesso. Et cum ad alios socios misit, tum vero

ἑλληλύθει. ἐνθαῦτα Κροῖσος ἐς ἀπορίην πολλὴν ἀπιγμένος, ὡς οἱ ἔδοξαν ἔχειν τὰ πρήγματα ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε, ὅμως τοὺς Λυδοὺς ἐξῆγε ἐς μάχην. ἦν δὲ τοῦτον τὸν 21.
χρόνον ἔθνος οὐδὲν ἐν τῇ Ἀσίῃ ἔτι ἀνδρειότερον, ἔτε ἀλκιμώτερον τῶν Λυδίων· ἱππάσιμα μάχῃ σφέων ὦν ἀπ' ἵππων· δόρατά τε ἐφόρεον μεγάλα, καὶ αὐτοὶ ἦσαν ἱππέες ἀγαθοί. Ἐς τὸ πεδίον δὲ συνελθόντων τοῦτο
10 τὸ πρὸ τοῦ ἄστεος ὄρεϊ τῷ Σαρδιηνῷ, ἐὸν μέγα τε καὶ ὑψηλόν, (διὰ δὲ αὐτοῦ πολλαὶ μὲν ῥέουσι καὶ ἄλλοι, καὶ Ἕλλος συρρήγνυσι ἐς τὸν μέγιστον, καλεόμενον δὲ Ἕρμον· ὃς ἐξ ἱρῆς μητρὸς Δινδυμήνης ῥέων, ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν κατὰ Φωκίλεω πόλιν) ἐνθαῦτα ὁ Κῦρος εἰδὲ τοὺς Λυδοὺς ἐς μάχην τάξαντας, καταρρωδήσας τὸ ἵππον, ἐποίησε, Ἅρπαγον τῶν Δηϊόκεω ἀνδρῶν Μήδων τοιόνδε· ὅσας τῶν σιτοφόρων τε καὶ σκευοφόρων καμήλους, ταύτας πάσας ἁλίσας, καὶ ἀπελὼν τὰ ἄχθεα,
20 ἄνδρας ἐπ' αὐτῶν ἔβησε ἱππικὰ σκευάσας ἐνεσταλμένους. σκευάσας δὲ αὐτοὺς, προσέταξε τὰ ἄλλης στρατιῆς προϊέναι πρὸς τοῦ Κροίσου ἵππου· τῇ δὲ καμήλῳ ἕπεσθαι τὸν πεζὸν στρατὸν ἐκέλευε. ὀπίσω δὲ τοῦ πεζοῦ ἐπέταξε τὰ πᾶσαν ἵππον. ὡς δέ οἱ πάντες διετετάχατο, ὡπλίζοντο τοῖσι μὲν ἄλλοισι Λυδοῖσι μὴ φειδόμενοι, κλείνειν πάντα τὸν ἐμποδὼν γινόμενον, Κροῖσον δὲ αὐτὸν μὴ
30 κλείνειν, μηδ' ἂν συλλαμβάνωμαι· ἀμυνέειν γάρ. ταῦτα μὲν ὡπλίζοντο. τοὺς δὲ καμήλους ἔταξε ἀντία τῶν ἵππων τῶνδε εἵνεκα· κάμηλον ἵππος φοβέεται, καὶ οὐκ ἀνέχεται ἔτε τὴν ἰδέην αὐτῆς ὁρέων, ἔτε τὴν ὀδμὴν ὀσφραινόμενος. αὐτοῦ δὴ ὧν τούτου εἵνεκα ἐσεσόφιστο ἵνα τῷ Κροίσῳ ἄχρηστον εἴη τὸ ἱππικόν, τῷ δὴ καὶ ἐπέσχε ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδός. ὡς δὲ συνῆσαν ἐς τὴν μάχην, ἐνθαῦτα ὥσφραντο τῶν
40 καμήλων οἱ ἵπποι καὶ ἰδόντες αὐτὰς, ὀπίσω ἀνέστρεφον. διέφθαρτό τε τῷ Κροίσῳ ἡ ἐλπὶς. ἐμάχοντο μέν γε καὶ οἱ Λυδοὶ τὸ ἐνθεῦτεν δειλοὶ ἦσαν· ἀλλ' ὡς ἐμάθοσαν τὸ γινόμενον, ἀποδυόντες ἀπὸ τῶν ἵππων, πεζοὶ τοῖσι Πέρσῃσι συνέβαλλον. χρόνῳ δὲ πολλῷ τῶν ἀμφοτέρων πολλῶν, ἐτράποντο οἱ Λυδοί. καὶ ἐσελθόντες δὲ ἐς τὸ τεῖχος, ἐπολιορκέοντο ὑπὸ τῶν Περσέων· τοῖσι μὲν δὴ πάντες ἦλθε πολιορκίη. Κροῖσος δὲ δυκέων οἱ χρόνον δὴ μακρότερον ἔσεσθαι τὴν πολιορκίην, ἔπεμπε ἐκ τῶν

τείχεος ἀγγέλους ἐς τοὺς συμμάχους. οἱ δὲ [redacted] τέρον διεπέμποντο ἐς πάντοθεν μάλα πρεσβεύοντες συλλέγοντες ἐς Σάρδις· τότε δὲ ἔπεμπε τῶν ταχίστους βοηθέειν, ὡς πολιορκεόμενός Κροῖσος. ἔς τε δὴ [redacted] τοὺς ἄλλους ἔπεμπε συμμάχους, καὶ δὴ καὶ

1 Cum alii amnes permeant, tum verò etiam Hellus in omnium maximum influens, qui Hermus vocatur: & ex monte matri Dindymenæ sacro ortus, infunditur mari, &c. Pro Hellus autem legitur & Hyllus: *quod affertur ex Homero & Strabone.* 2 Ac muris inclusi.

ἐς Λακεδαίμονα. Τοῖσι δὲ καὶ αὐτοῖσι Σπαρτιήτῃσι κατ' αὐτὸν τοῦτον τὸν χρόνον συνεπεπώκεε ἔρις ἐοῦσα περὶ Ἀργείους περὶ χώρου καλεομένου Θυρέης. Τὰς γὰρ Θυρέας ταύτας, ἐούσας τῆς Ἀργολίδος μοίρης, ἀποτεμόμενοι εἶχον οἱ Λακεδαιμόνιοι. ἦν δὲ καὶ ἡ μέχρι Μαλεῶν ἡ πρὸς ἑσπέρην Ἀργείων, ἥ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ χώρη, καὶ ἡ Κύθηρα νῆσος, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν νήσων. Βοηθησάντων δὲ Ἀργείων τῇ σφετέρῃ ἀποταμνομένῃ, ἐνταῦτα συνέβησαν ἐς λόγους συμβαλόντες, ὥστε τριηκοσίους ἑκατέρων μαχέσασθαι· ὁκότεροι δ' ἂν περιγένωνται, τούτων εἶναι τὴν χώρην. Τὸ δὲ πλῆθος τοῦ στρατοῦ ἀπαλλάσσεσθαι ἑκάτερον ἐς τὠυτό, μηδὲ παρεῖναι ἀγωνιζομένων, τῶνδε εἵνεκα, ἵνα μὴ παρεόντων τῶν στρατοπέδων, ὁρῶντες οἱ ἕτεροι ἐσσωμένους τοὺς σφετέρους, ἐπαμύνοιεν. Συνθέμενοι δὴ ταῦτα ἀπαλλάσσοντο. Λογάδες δὲ ἑκατέρων ὑπολειφθέντες συνέβαλλον. Μαχομένων δὲ σφέων, καὶ γινομένων ἰσοπαλέων, ὑπελίποντο ἐξ ἀνδρῶν ἑξακοσίων τρεῖς· Ἀργείων μὲν, Ἀλκίνωρ τε καὶ Χρόμιος· Λακεδαιμονίων δὲ, Ὀθρυάδης. Ὑπελείφθησαν δὲ ἔτι νυκτὸς ἐπελθούσης. Οἱ μὲν δὴ δύο τῶν Ἀργείων ὡς νενικηκότες ἔθεον ἐς τὸ Ἄργος· ὁ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων Ὀθρυάδης, σκυλεύσας τοὺς Ἀργείων νεκροὺς, καὶ προσφορήσας τὰ ὅπλα πρὸς τὸ ἑωυτοῦ στρατόπεδον, ἐν τῇ τάξει εἶχε ἑωυτόν. Ἡμέρῃ δὲ δευτέρῃ παρῆσαν πυνθανόμενοι ἀμφότεροι. Τέως μὲν δὴ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔφασαν νικᾶν· λέγοντες οἱ μὲν, ὡς ἑωυτῶν πλέονες περιεγένοντο· οἱ δὲ, τοὺς μὲν ἀπιφαίνοντες πεφευγότας, τὸν δὲ σφέτερον παραμείναντα καὶ σκυλεύσαντα τοὺς ἐκείνων νεκρούς. Τέλος δὲ, ἐκ τῆς ἔριδος συμπεσόντες ἐμάχοντο. Πεσόντων δὲ καὶ ἀμφοτέρων πολλῶν, ἐνίκων Λακεδαιμόνιοι. Ἀργεῖοι μὲν νυν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου καταξυσάμενοι τὰς κεφαλὰς, πρότερον ἐπάναγκες κομῶντες, ἐποιήσαντο νόμον τε καὶ κατάρην, μὴ πρότερον θρέψειν κόμην Ἀργείων μηδένα, μηδὲ τὰς γυναῖκας σφι χρυσοφορήσειν, πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται. Λακεδαιμόνιοι δὲ ταναντία τούτων ἔθεντο νόμον. Οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου, ἀπὸ τούτου κομᾶν. Τὸν δὲ ἕνα λέγουσι τὸν ὑπολειφθέντα τῶν τριηκοσίων, Ὀθρυάδην, αἰσχυνόμενον ἀπιέναι ἐς Σπάρτην, τῶν οἱ συλλοχιτέων διεφθαρμένων αὐτοῦ μὲν ἐν τῇσι Θυρέῃσι, καταχρήσαντα ἑωυτόν. Τοιούτων δὲ τοῖσι Σπαρτιήτῃσι ἐνεισαμένων τῶν ἀγγέλων, ἦκε ὁ Σαρδιηνὸς κήρυξ, δεόμενος Κροίσῳ βοηθέειν πολιορκεομένῳ. Οἱ δὲ ὅμως ἐπεί τε ἐπύθοντο τοῦ κήρυκος, ὁρμέατο βοηθέειν. Καὶ σφι ἤδη παρεσκευασμένοισι, καὶ νεῶν ἐσέων ἑτοίμων, ἦλθε ἄλλη ἀγγελίη, ὡς ἡλώκοι τὸ τεῖχος τῶν Λυδῶν, καὶ ἔχοιτο Κροῖσος ζω-

Κυθηρίη

ἐνεισα-μένων

ad Lacedæmonios. Cæterum per id tempus & ipſis Spartiatis inciderat cum Argivis contentio de agro qui dicitur Thyrea. Quem locum, etſi terræ Argolicæ partem, tamen Lacedæmonii [1] interciſum tenebant. Etenim Argivorum eſt quicquid regionis Malea tenus ad occaſum vergit in continente: & inſulæ tum aliæ, tum vero Cythera. Quum ergo Argivi ſuo territorio [2] interciſo auxilium ferrent, ibi ab utriſque in colloquium ventum eſt ut triceni utrinque dimicarent: & utri ſuperiores extitiſſent, eorum regio foret: atque ambo exercitus in ſuam uterque terram diſcederent, nec permanerent dum dimicaretur: ea ſcilicet cauſa, ne, ſi adeſſent, parti ſuccumbenti auxilium ſui ferrent. His conventis, in diverſa digrediuntur. Ex utriſque delecti viri qui relicti ſunt conflixerunt: atque illis quidem, ut æquo marte pugnantibus, ex ſexcentis tres omnino reliqui fuerunt: idque noctis interventu. Ex Argivis duo, Alcinor & Chromius, qui tanquam victores Argos curſu contenderunt: ex Lacedæmoniis unus Othryades, qui ſpoliatis Argivorum cadaveribus, eorum arma ad ſuorum caſtra detulit, & ſe in ſuo ordine tenuit. Poſtero die utrique re audita adfuerunt, ſibique victoriam vendicabant: Argivi quidem, quod ſuorum plures ſuperfuiſſe dicerent: Lacedæmonii vero, quod qui eorum ſuperfuerant, fugiſſent: ſuus autem perſtitiſſet, & hoſtium cæſos ſpoliaſſet. Ex contentione tandem concurrentes pugnant: ac poſtquam permulti utrinque ceciderunt, Lacedæmonii vincunt. Quo ex tempore Argivi tonſis capitibus, quum antea neceſſario criniti eſſent, legem condiderunt, ſe devoventes ne prius comam alerent, neve mulieres aurum ferrent, quam Thyreas recuperaſſent. His è diverſo legem tulere Lacedæmonii, ut in poſterum comati eſſent, quum antea non fuiſſent. Othryadem, qui unus è trecentis delectus reliquus fuiſſet, aiunt pudore Spartam revertendi, ob ſocios interfectos, illic apud Thyreas mortem ſibi conſciviſſe. Quum hæc eſſet apud Spartiatas rerum conditio, advenit caduceator Sardianus precatum Cræſo obſeſſo auxilia. Illi, caduceatore audito, ſtatuerunt Cræſo ſtatim ſuccurrendum. Quibus jam ſe apparantibus, ac navibus paratis, alius affertur nuncius, murum Lydorum expugnatum, Cræſumque vivum

LXXXII

LXXXIII

1 Interceptum. 2 Intercepto.

esse captum. Sic Lacedæmonii magno se affectos detrimento rati, supersedeLXXXIV runt. Sardis autem hunc in modum sunt expugnatæ. Quartodecimo quàm oblideri cœptæ sunt die, Cyrus, missis passim equitibus, suis copiis edicit se dona daturum ei qui primus muros conscendisset. Posteaquam id conato exercitu res non processit, ibi, quiescentibus cæteris, Mardus quidam, cui nomen erat Hyrœades, id aggredi est ausus à parte arcis ubi nullus ad excubandum erat collocatus, quia illinc nequando urbs caperetur haud suspectum erat, utpote loco prærupto atque inoppugnabili: quaque una parte Leonem Meles primus Sardium rex non circumtulerat, ex pellice sua genitum: qui Leo quacunque parte murorum circumlatus esset, ex ea parte Sardis inexpugnabiles fore Telmisses judicaverant. Eum Meles per cæteram partem murorum circumduxit, quacunque poterat arx oppugnari: per hanc partem, tanquam inoppugnabilem atque præcisam, circumducere prætermisit: quæ ad Tmolum vergit. Ab hac igitur parte iste Hyrœades Mardus conspicatus quendam Lydum pridie descendisse ad recipiendam galeam illuc devolutam, advertit animum, atque consideravit: dehinc ipse conscendit, & post eum alii Persæ subinde, atque alii frequentes. Ita urbs Sardis capta est, atque omnis direpta.
LXXXV Ipsi autem Crœso hoc contigit. Erat ei filius cujus superius habui mentionem, habilis ad cætera, sed mutus. 1 ad cujus vitium emendandum Crœsus pro viribus omnia fecerat, cum alia excogitando, tum vero Delphos mittendo ad oraculum sciscitandum: atque ei Pythia talibus respondit,

Lyde genus, Rex multorum, valde insscie Crœse:
Ne cura gnati exoptatam audisse loquentis
Intra ædes vocem: sine qua potior tibi longe.
Ille die quoniam primum infelice loquetur.

Porro captis mœnibus quidam Persa in Crœsum 2 sibi ignotum ut occisurus vadebat. Quem invadentem se Crœsus quum videret, tamen præsenti clade affectus devitare negligebat: nihil putans differre an percussus oppeteret

γρηθείς. Οὕτω δὴ ὅτοι μὲ συμφορὴ ποιησαίμυοι μεγάλη, ἐπέπαυτο. Σάρδιες ὦ" ἡλώκεσαν ὧδε· ἐπειδὴ τεσσαρεσκαιδεκάτη ἐγίνετο ἡμέρη πολιορκεομένῳ Κροίσῳ, Κῦρος τῇ τεσσατῇ τῇ ἑωυτοῦ ἀγαπέμψας ἱππέας, προεῖπε, τῷ πρώτῳ ἐπιβάντι τοῦ τείχεος δῶρα δώσειν. Μετὰ ὦ τοῦτο, πειρησάμενος τῆς στρατιῆς, ὡς ἐ." προσεχώρεε, ἐνθαῦτα τῷ ἄλλων πεπαυμένων, ἀνὴρ Μάρδος ἐπειρᾶτο προσβαίνων, τῷ ἔνομα ἦν Ὑροιάδης, κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος τῇ ἐδεῖς ἐτετάχατο φύλακος. Οὐ γὰρ ἦν δεινὸν κατὰ τοῦτο μή ἁλῷ ποτέ. Ἀπέτυμός τε γάρ ἐστι ταύτῃ ἡ ἀκρόπολις, καὶ ἄμαχος· τῇ ἐπὶ Μήλης ὁ πρότερος βασιλεὺς Σαρδίων μάγη οὐ περιήνεικε τὸν Λέοντα, τὸν οἱ ἡ παλλακὴ ἔτεκε, Τελμισσέων διιησάντων, ὡς περιενεχθέντος τοῦ Λέοντος τὸ τεῖχος, ἐυσσητοι Σάρδιες ἀνάλωτοι. Ὁ δὲ Μήλης κατὰ τὸ ἄλλο τεῖχος περιενείκας, τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χωρίον τῆς ἀκροπόλιος, κατελόγησε τοῦτο, ὡς ἐὰν ἄμαχόν τε καὶ ἀπότομον. Ἔστι δὲ περὶ τὸ Τμῶλον τετραμμένον τῆς πόλιος. Ὁ ὧν δὴ Ὑροιάδης αὐτὸς ὁ Μάρδος, ἰδὼν τῇ προτεραίῃ τῶν τινὰ Λυδῶν κατοῦτο τῆς ἀκροπόλιος καταβάντα ὅτι κυνέην ἄνωθεν κατυκλιδεῖσαν, καὶ ἀνελόμενον, ἐφερέσθη, καὶ ἐς νοῦν ἐβάλετο. Τότε ὦ δὴ ὁ αὐτὸς τε ἀναβεβήκεε, καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλοι Περσέων ἀνέβαινον. Προσβάντων ὦ συχνῶν, ὅτω Σάρδιές τε ἁλώκεσαν, καὶ πᾶν τὸ ἄστυ ἐπορθέετο. Καῖ' αὐτὸν ὦ Κροῖσον ταῦδε ἐγίνετο. Ἦν οἱ παῖς, (τοῦ καὶ πρότερον ἐπεμνήσθην) τὰ μὲ ἄλλα ὅπεικὴς, ἄφωνος δέ. Ἐν τῇ ὧν παρελθούσῃ" νυκτὶ ἑβδόμῃ ὁ Κροῖσος τὸ πᾶν ἐς ἑωυτὸν ἐπεποιήκεε, ἄλλά τε ὅπφερᾳζόμενος, καὶ δὴ καὶ ἐς Δελφοὺς ὧδε αὖτε ἐπεπόμφεε χρησόμενος. Ἡ δὲ Πυθὶη οἱ ἔπε ταῦδε,

Λυδὲ ἠλίθε, πολλῶν βασιλεῦ, μέγα νήπιε Κροῖσε,
Μὴ βούλου πολύδικον ἴλως ἀνὰ δώματ' ἀκούειν
Παιδὸς φωνεῦντος. τόδε σοι πολὺ λωΐτερον αὖτις
Ἐμμεμαγ. αὐδήσει γὰρ ἐν ἤματι πρῶτον ἀνόλβῳ.

Ἁλισκομένου ὦ τοῦ τείχεος (ἦιε γάρ τις Περσέων ἄλλον γνώσας Κροῖσον) ὡς ἀπικνέεται. Κροῖσος μὲν νυν ὀρέων ὑπάνδρα, ὑπὸ τοῦ παρεόντος συμφορῆς παρημελήκεε, οὐδέ τι οἱ διέφερε ἀληθέϊ ἀπο-

---

1 Itaque antea Crœsus, dum secundæ ipsius res essent, omnia pro viribus fecerat ipsius caussa, cum alia excog. &c. 2 *Pro* ἄλλον γνώσας, *suspicor scribendum* ἀλλογνώσας *& ita legisse videri hic potest.*

Da-

θανέειν. Ὁ δὲ παῖς ὡς ἐπύθετο ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε δρόμον τὸν Πέρσην, ὑπὸ δέος τε καὶ κακοῦ ἐρρήξε φωνέων. Εἶπε δέ, Ἄνθρωπε, μὴ κτείνε Κροῖσον. Οὗτος μὲν δὴ τοῦτο πρῶτον ἐφθέγξατο. Μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη ἐφώνεε τὸν πάντα χρόνον τῆς ζόης. Οἱ δὲ Πέρσαι τάς τε δὴ Σάρδις εἶχον, καὶ αὐτὸν Κροῖσον ἐζωγρησαν, ἄρξαντα ἔτεα τεσσαρεσκαίδεκα, καὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας πολιορκηθέντα, καὶ τὸ χρησθὲν ὑπ' ἑωυτοῦ μεγάλην ἀρχὴν καταλύσαντα τὴν ἑωυτοῦ. Λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ Πέρσαι ἤγαγον πρὸς Κῦρον. Ὁ δέ, σωρὸν πυρὴν μεγάλην, ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτέης τόν τε Κροῖσον πέδῃσι δεδεμένον, καὶ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν παῖδας ἐπ' αὐτῷ ἔχων εἴτε δὴ ἀκροθίνια ταῦτα καταγίζων θεῶν ὅτεῳ δὴ, εἴτε καὶ θυσίην ἐπιτελέσας θέλων, εἴτε καὶ πυθόμενος τὸν Κροῖσον εὐσεβέα, τεῦδε εἵνεκα ἀνεβίβασε ἐπὶ τὴν πυρήν· βουλόμενος εἰδέναι εἴ τις μιν δαιμόνων ῥύσεται τοῦ μὴ ζωντα κατακαυθῆναι. Τὸν μὲν δὴ πιέειν ταῦτα (Τῷ δὲ Κροίσῳ ἐσεῶντι ὅμως τὰ πυρῆς, ἐσελθεῖν (καίπερ ἐν κακῷ ἐόντι τοσούτῳ) τὸ τοῦ Σόλωνος, ὡς οἱ εἴη σὺν θεῷ εἰρημένον, τὸ Μηδένα εὖ) πρὸς ζώντων ὄλβιον. (Ὡς δὲ ἄρα μιν ὡδε διεδήλωσε τοῦτο, ἀνενεικάμενόν τε καὶ ἀναστενάξαντα ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἀ λειποψυχίης, ἐς τρὶς ὀνομάσαι τὸ Σόλων. Καὶ τὸν Κῦρον ἀκούσαντα, κελεύσαι τοὺς ἑρμηνέας ἐπείρεσθαι τὸν Κροῖσον, τίνα τοῦτον ὀνοκαλέοι ἐόντα. (Καὶ τοὺς, προσελθόντας ἐπειρωτᾶν. (Κροῖσον δὲ τέως μὲν σιγὴν ἔχειν ἐρωτώμενον· μετὰ δὲ, ὡς ἠναγκάζετο, εἰπεῖν, Τὸν ἂν ἐγὼ πάσι τυράννοισι προετίμησα μεγάλων χρημάτων ἐς λόγους ἐλθεῖν. (Ὡς δὲ σφι ἀσήμα ἔφερε, πάλιν ἐπειρώτεον τὰ λεγόμενα. Λιπαρεόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ὄχλον παρεχόντων, ἔλεγε δὴ, ὡς ἦλθε ἀρχὴν ὁ Σόλων ἐὼν Ἀθηναῖος, καὶ θεησάμενος πάντα τὸν ἑωυτοῦ ὄλβον, ἀποφλαυρίσειέ οἱ. Ἃ δὴ εἰπὰς, τῇ αὐτῷ πάντα ἀπέβη κεῖνος εἶπε· ἐδέν τι μᾶλλον ἐς ἑωυτὸν λέγων, ἢ ἐς ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ μάλιστα τοὺς ὠδὰ σφίσι αὐτοῖσι δοκέοντας ὀλβίους εἶναι). Τὸν μὲν Κροῖσον ταῦτα ἀπολογεόμενον τὸ πυρῆς ἤδη ἀμμένειν, καιομένου τὰ πολλὰ ἐκάλα. Καὶ τὸν Κῦρον ἀκούσαντα τῶν ἑρμηνέων τὰ εἶπε Κροῖσος, μεταγνόντα τε, καὶ ἐννώσαντα ὅτι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐὼν, ἄνδρα ἄνθρωπον, ζωὸν ἐόμενον ἑωυτοῦ δυσδαιμονίῃ οὐκ ἐλάσσονι χρᾶσθαι πρὸς τε τοῦτον, δείσαντά τε τὸ τίσιν, καὶ ὁρμισάμενον ὡς οὐδὲν εἴη ἀσφαλὲς ἐν ἀν-

mortem, an non. Id ubi filius ejus mutus aspexit, timens patri, erupit in vocem, inquiens, Homo, ne perimas Crœsum. Atque hoc ille primum effatus, postmodum per omne vitæ tempus vocalis extitit. Persæ & Sardibus potiti sunt, LXXXVI
23 & Crœso vivo, quum regnasset annos quatuordecim totidemque dies fuisset obsessus, amisso magno imperio, ut ei fuerat responsum. (Eum captum Persæ ad Cyrum perduxerunt: quem ille vinctum compedibus super ingentem quam struxerat lignorum struem imponit, circaque eum bis septem Lydorum filios, sive habens in animo primitias has alicui deo offerre, sive volens votum persolvere, sive cupidus sciendi num quis dæmonum liberaret Crœsum, (quem religiosum esse audierat) quominus pyræ impositus vivus concremaretur. Hæc quidem Cyrum fecisse aiunt. (Crœso autem super pyram stanti, etsi in tanta calamitate posito, tamen venisse in mentem Solonis, quod ab eo sibi nutu dei fuisset dictum, Ex viventibus beatum esse neminem. Quod dictum ubi 1 subiit Crœso, ferunt eum ex vehementi defectione animi victum, ingemiscentem, ter Solonem nominasse: & Cyrum, quum audisset, jussisse interpretes ejus percontari quemnam invocaret. Illosque accedentes fuisse percontatos, & hunc (interrogatum) silentium tenuisse. Deinde quum loqui cogeretur, dixisse, *Illum nominasse*, quem cum omnibus tyrannis colloqui, ego quàm ingentem pecuniam præoptassem. Eum non planè loquentem, rursus interrogant quidnam esset quod dixisset. Efflagitantibus atque infestantibus, 2 inquit, quemadmodum Solon, qui esset Atheniensis, ad ipsum à principio venisset, & intuitus omnes ejus opes coram, pro nihilo duxisset. Adeò quæ de ipso dixerat, omnia ea eveniſſe: neque hæc magis de seipso quàm de omni hominum genere, & de iis præsertim qui sibi[illegible]ati viderentur. Hæc Crœso refer[illegible]am pyra incensa ardere extrema c[illegible] & Cyrum, auditis per interprete[illegible] Crœsus dixisset, pœnituisse: qu[illegible]oque hominem esse cognoscere[illegible]lium hominem, qui se inferior r[illegible]et opibus, vivum rogo traderet. [illegible]ea veritum ob id pœnam, ac rep[illegible]nihil esse in rebus hu-

ἡσυχίης ἀ λειποψυχίης

ἐπειρωτώμενον

ἀνθρωπίνων ἀσφ.

1 *Hæc interpretatio convenit potius verbo* φθέγξαι, *ut & puto legendum.* 2 Inquit Solonem Atheniensem olim ad ipsum venisse, & intuitum omnes ejus opes, pro nihilo duxisse.

hum-

humanis ſtabile, juſſiſſe ignem celerrime extingui jam incenſum, Croeſumque deponi & quæ cum eo erant. Verùm eos qui juſſi fuerant, non potuiſſe amplius
LXXXVII vim ignis ſuperare. Ibi fuerunt Lydi Croeſum cognita Cyri ſententiæ mutatione, quum cerneret unumquemque extinguendo devolvendoque igni incumbentem, nihil tamen profici, exclamando invocaſſe Apollinem, ut ipſi adeſſet, ſiquod ab eo donum illi gratum fuiſſet oblatum, ipſumque præſenti malo liberaret. Ita cum lacrymis Croeſo deum invocante, nimbos repente, quum ſerenum ac tranquillum eſſet, [1] confractos eſſe, imbreſque erupiſſe, ac vehementiſſima aqua pluiſſe, & rogum extinxiſſe. Ita Cyrum, cognito deorum cultorem ac bonum virum eſſe Croeſum, è pyra depoſuiſſe: atque hunc in modum interrogaſſe, Croeſe, quiſnam tibi hominum perſuaſit ut cum exercitu invaderes fines meos, ex amico factus hoſtis? Cui Croeſus, Ego, (inquit) rex, iſtud feci tuo proſpero, meo infauſto fato, Græcorum deo autore, qui me ad bellum tibi inferendum impulit. Neque enim quiſpiam ita amens eſt ut bellum quàm pacem præoptet. Nam in pace filii patres, in bello patres filios ſepeliunt. Sed ut iſta fierent, dæmoni cordi fuit.
LXXXVIII Hæc Croeſus loquutus eſt: quem Cyrus ſolutum juxta ſe collocavit, ac in multa ſane obſervantia habebat: Cintuenſque eum admirabatur, tam ipſe quam omnis circa eum cœtus. Ille cogitabundus ſilentium tenebat. Mox converſus, ac cernens Perſas Lydorum diripientes urbem, Utrum debeo, inquit, rex, tibi loqui quod ſentio, an tacere hoc tempore? Cyrus vero eum, quæcunque liberet, audacter proloqui juſſit. Tunc ille Cyrum percontatur, [2] Quidnam (inquiens) tanta frequentia properat agere? Cui Cyrus, Tuam, inquit, urbem diripit, tuaſque opes abſumit. Atqui (Croeſus excipit) neque urbem meam diripis, neque meas opes, nihil enim mihi jam cum iſtis rebus eſt: ſed tua ferunt aguntque.
LXXXIX His verbis injecta cura, Cyrus Croeſum ſemotis arbitris interrogat quidnam in his quæ fierent, ſibi conſtituendum cenſeret. Ad quem Croeſus, Quoniam me dii ſervum tibi tradiderunt, jure debeo, ſiquid amplius animadvertero, id tibi indicare. Perſæ, ait, natura proterva ſunt, & iidem inopes. Quos ſi diripientes tu ac potientes magnis opibus negli-

ἀνθρώπιοι ἀσφαλέως ἔχον, κελεύειν σβεννύναι τὸ ταχίστην τὸ καιόμενον πῦρ, καὶ καταβιβάζειν Κροῖσόν τε καὶ τοὺς μετὰ Κροίσου. καὶ τοὺς, περιωμώτας ἐπὶ τοῦ πυρὸς ἐπικεκτῆσθαι. Ἐνθαῦτα λέγεται ὑπὸ Λυδῶν Κροῖσον μαθόντα τὸν Κύρον μετάγνωσιν, ὡς ὥρα πάντα μὲν ἄνδρα σβεννύτα τὸ πῦρ, δυναμένους δὲ ἔτι κατάλαβεῖν, ἐπιβώσασθαι, τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλέσθαι, εἴ τί οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη, ἀξίως, καὶ ῥύσασθαι τῶν κεχορηγηκότων, καὶ αὐτὸν μὲν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ. τὸν μὲν, δακρύοντα ἐπικαλέεσθαι τὸν θεόν· ἐκ δὲ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης σωθῆναι ἐξαπίνης νέφεα, καὶ χειμῶνα τε καταῤῥαγῆναι, καὶ ὕσαι ὕδατι λαβροτάτῳ· κατασβεσθῆναί τε τὸ πυρόν. Οὕτω δὴ μαθόντα τὸν Κῦρον ὡς εἴη Κροῖσος καὶ θεοφιλὴς καὶ ἀνὴρ ἀγαθὸς, καταβιβάσαντα αὐτὸν ἀπὸ τῆς πυρῆς, εἰρέσθαι τάδε, Κροῖσε, τίς σε ἀνθρώπων ἀνέγνωσε, ἐπὶ γῆν τὴν ἐμὴν στρατεύσαμενον, πολέμιον ἀντὶ φίλου ἐμοὶ καταστῆσαι; ὁ δ' εἶπε, Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ ταῦτα ἔπραξα τῇ σῇ μὲν εὐδαιμονίῃ, τῇ ἐμεωυτοῦ δὲ κακοδαιμονίῃ. Αἴτιος δὲ τούτων ἐγένετο ὁ Ἑλλήνων θεὸς, ἐπάραι ἐμὲ στρατηλατέοντα· οὐδεὶς γὰρ οὕτω ἀνόητός ἐστι ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται· ἐν μὲν γὰρ τῇ οἱ παῖδες τοὺς πατέρας θάπτουσι, ἐν δὲ τῷ, οἱ πατέρες τοὺς παῖδας. ἀλλὰ ταῦτα δαιμονίῃ κῃ φίλον ἦν οὕτω γενέσθαι. Ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγε. Κῦρος δὲ αὐτὸν λύσας κάτισέ τε ἐγγὺς ἑωυτοῦ, καὶ κάρτα ἐν πολλῇ θωμωδίῃ εἶχε τὰ περ θωυμάζεσθαί τε ὁρέων καὶ αὐτὸς, καὶ οἱ ἀμφὶ ἐκεῖνον ἐόντες πάντες. ὁ δὲ, σιωπὴν ἐκέλευε ἄγειν. ἦν δὲ ἡσυχὴ ἦν. μετὰ δὲ, διερωτέειν τε καὶ ἐκέλευε τοὺς Πέρσας τὸ τῶν Λυδῶν ἄστυ διαρπάζοντας, εἰπεῖν, Ὦ βασιλεῦ, πότερα λέγειν πρός σε τὰ νοέων τυγχάνω, ἢ σιγᾶν ἐν τῷ παρεόντι χρή; Κῦρος δέ μιν ἐκέλευε θαρσέοντα λέγειν ὅ, τι βούλοιτο. Ὁ δὲ αὐτὸν εἰρώτα, λέγων, Οὗτος ὁ πολλὸς ὅμιλος τί ταῦτα ἐν τῷ παρεόντι πολλῇ σπουδῇ ἐργάζεται; ὁ δὲ εἶπε, Πόλιν τε τὴν σὴν διαρπάζει, καὶ χρήματα τὰ σά· διαφθορέει. Κροῖσος δὲ ἀμείβετο, Οὔτε πόλιν τὴν ἐμὴν, οὔτε χρήματα τὰ ἐμὰ διαρπάζει (οὐδέν γε ἐμοὶ ἔτι τούτων μέλει) ἀλλὰ φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά. Κύρῳ δὲ ὀλίγοι ἐμέλησε τὰ Κροίσου. εἶπε μετὰ ταῦτα

σάμενος δὲ τοὺς ἄλλους, εἴρετο Κροῖσον ὅ, τι οἱ ἐνορᾷ ἐν τοῖσι ποιεομένοισι. ὁ δὲ εἶπε, Ἐπεί τε με θεοὶ δοῦλον δοῦλόν σοι, δικαιοῦν, εἴ τι ἐνορῶ πλέον, σημαίνειν σοι. Πέρσαι φύσιν ἐόντες ὑβριστὰι, εἰσὶ ἀχρήματοι· ἢν ὧν σὺ τούτους περιίδῃς διαρπάσαντας καὶ λαβόντας χρήματα με-

[1] Concurriſſe, *vel* ingruiſſe. [2] Quidnam, inquiens, tanta iſta turba tanto ſtudio agit?

" χάλα, τάδε τοι ἐξ αὐτέων ὑπόδοξα γλυ-
" έας· ὃς ἂν αὐτέων πλεῖστα χρήσηται, τοῦτ[1]
" τον προσδέχεσθαί τοι ἐπανεστάμενον.
" Νῦν ὦν ποίησον ὧδε, εἰ τοι ἀρέσκει τὰ ἐγὼ
" λέγω· κάτισον τῷ θεῷ τῶν θησαυρῶν ὑπὲρ πάσης
" σι τῆσι πύλῃσι φυλάκους, οἳ λεγόντων πρὸς
" τοὺς ἐκφέροντας τὰ χρήματα ἀπαιρεόμε-
" μοι, ὡς σφέα ἀναγκαίως ἔχει δεκα-
" τοῦσθαι τῷ Διΐ. Καὶ σὺ τέ σφι οὐκ ἀ-
" πεχθήσεαι, βίῃ ἀπαιρεόμενος τὰ χρή- 10
" ματα, καὶ ἐκεῖνοι συγγνόντες πείσεαι σε δί-
" καια, ἐκόντες ποιήσαντι. Ταῦτα ἀκούων
ὁ Κῦρος, ἀσμένιστος, ὡς οἱ ἐδόκεε δι' ὑποπτί-
δεος. Αἰνέσας δὲ πολλὰ, καὶ ἐντειλάμενος
τοῖσι θησαυροφύλαξι τὰ Κροῖσος ἐδεήθη τε
ὑπιτελέειν, εἶπε πρὸς Κροῖσον τάδε,
" Κροῖσε, ἀνήρτημαι σεῦ ἀνδρὸς βασιλέ-
" ως χρηστὰ ἔργα καὶ ἔπεα πιέειν, αἰτίο τε
" δόσιν τεῷ τινα βούλεαί τοι γενέσθαι τῶν
" τινα. Ὁ δὲ εἶπε, Ὦ δέσποτα, ἐάσας 20
" με χαρῆναι μᾶλλον τὸν θεὸν τῶν Ἑλλή-
" νων, τὸν ἐπῄνεσα ἐγὼ θεῶν μάλιστα, ἐπεί-
" ρεαι, πέμψαντα τοὺς δὲ τοὺς πέδας, εἰ
" ἐξαπατᾷν τε δοκέοντας νόμος ἐστὶ
οἱ. Κῦρος δὲ εἴρετο ὅ, τι οἱ τοῦτο ἐπιμε-
μφόμενον ἀχθοιτο. Κροῖσος δέ οἱ ἐπαινη-
λόγησε πᾶσαν τε ἑωυτοῦ διάνοιαν, καὶ τῶν
χρηστηρίων τὰς ἀποκρίσιας, καὶ μᾶλλον τὰ
ἀναθήματα· καὶ ὡς ἐπαρθεὶς τῷ μαντηίῳ,
ἐστρατεύσατο ἐπὶ Πέρσας. Λέγων δὲ ταῦ- 30
τα, κατέβαινε αὖτις ἀντιτεόμενος. Ἐ-
πεῖναί οἱ τῷ θεῷ τῶνδε ὀνειδίσαι. Κῦρος
" δὲ γελάσας εἶπε, Καί τοι τοῦτο πυθέσθαι παρ'
" ἐμεῦ Κροῖσε, καὶ ἄλλου παντὸς τοῦ ἂν ἐκέ-
σοτε δέῃ. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσε Κροῖσος, πέμ-
ψαντων τῶν Λυδῶν ἐς Δελφοὺς, ἐπετέλεστο, πυ-
θέντας τοὺς πέδας ὑπὲ τοῦ νηοῦ τὸν ἐδόν, εἰ
ρωτᾷν εἰ ἔπι ἐωσμένα, τοῖσι μαντηίοι-
σι ἐπέφερε Κροῖσον στρατεύεσθαι ἐπὶ Πέρ-
σας, ὡς καταπαύσοντα τὴν Κύρου δύναμιν, 40
ἀπ' ἧς οἱ ἀκροθίνια τοιαῦτα γλυφέος δεί-
κνυσι τοὺς πέδας. Τοιαῦτά τε ἐπειρω-
τᾶν, καὶ εἰ ἀγαθείσοισι νόμος εἴη τοῖσι Ἕλ-
λησι τοῖσι θεοῖσι. Ἀπικομένοισι δὲ τοῖσι
Λυδοῖσι, λέγουσι ταῦτα δὴ τὰ ἐντεταλ-
μένα, τῷ Πυθίῃ λέγεται εἰπεῖν τάδε,
" Τὸν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατόν ἐστι
" ἀποφυγέειν καὶ θεῷ· Κροῖσος δὲ πέμπτῳ
" γενεῇ ἁμαρτάδα ἐξέπλησε, ὃς ἐὼν δορυ- 50
" φόρος Ἡρακλειδέων, δόλῳ γυναικηίῳ
" ὑποστώμενος, ἐφόνευσε τὸν δεσπότεα, καὶ ἔσχε τῶν ἐκείνου τιμῶν ἐδέν οἱ προσῆκουσαν·
" προθυμεομένῳ δὲ Λοξίεω ὅκως ἂν κατὰ τοὺς παῖδας τοὺς Κροίσου γένοιτο τὸ Σαρδίων πάθος,

gis, id tibi ex hoc credibile eſt eventurum, ut quiſque iſtorum plurimis opibus potietur, ita maxime in te rebellaturum, eſſe expectandum. Nunc igitur, ſi tibi placent hæc quæ ego dico, ita facito: Siſte ad ſingulas portas aliquot ex tuis ſatellitibus cuſtodes, qui vetent exportari opes, ut earum decimæ Jovi neceſſario reddantur. Ita neque tu odium illorum contrahes, vi opes eripiendo: & ipſi agnoſcentes ſe juſta agere, non inviti facient. Hæc audiens Cyrus, majorem in XC
modum gaviſus eſt tali admonitu, eaque vehementer approbavit: & juſſis ſatellitibus id exequi quod Crœſus ipſi ſubjeciſſet: his verbis eum affatus eſt, 1 Crœſe, quandoquidem & facta & dicta tua egregia viri regis ſunt, pete quid muneris à me velis impræſentiarum tibi dari. Ad quem Crœſus, 2 Here, inquit, ſine me gratum eſſe erga deum Græcorum, quem ego maxime omnium veneratus ſum, ut miſſis ad eum his vinculis perconter nunquid ei fas ſit bene de ipſo merentes decipere. Et Cyro interroganti quidnam id eſſet quod incuſaret, altius repetens omnem ſuum apperuit animum, redditaque ſibi oracula, & præcipue donaria ſua, quibus rebus fretus ſuſcepiſſet adverſus Perſas expeditionem. Hæc commemorando rediit rurſus ad petendam veniam iſta deo exprobrandi. Ad quem ridens Cyrus, Et hoc, inquit, Crœſe à me impetrabis, & quicquid aliud: 3 atque id quoties tibi opus erit. Ubi hæc audivit Crœſus, Delphos miſit quoſdam Lydos, juſſos, quum ad limen templi vincula depoſuiſſent, ſciſcitari deum nunquid eum puderet ob oracula quibus Crœſum induxiſſet ad bellum Perſis inferendum, tanquam Cyri potentiam everſurum: unde tales primitiæ offerrentur: compedes ſcilicet oſtendendo. Et ſciſcitari cum hæc, tum nunquid Græcis diis foret fas eſſe ingratis. Lydis illuc pro- XCI
fectis, & hæc mandata executis, Pythia fertur ita reſpondiſſe, Sortem fato deſtinatam defugere, deo quoque eſt impoſſibile. Crœſus autem quintæ retro ætatis crimen luit, 4 *hoc eſt abavi*: qui quum eſſet ſatelles Heraclidarum, mulieris dolo inductus, dominum interemit: illiuſque dignitate potitus eſt, nihil ad ipſum pertinente. Verum Apollo, quum ſtuduerit ut hæc Sardium clades liberis Crœſi,

1 Crœſe, quum ſis rex ad bene agendum & dicendum comparatus, pete, &c. 2 Here, inquit, maxime gratum mihi feceris, ſi permiſeris ut deum Gr. q. e. max. o. veneratus ſum, miſſis, &c. 3 Et quicquid aliud tibi opus erit. 4 Tritavi. i. *Gygis, à quo quintus erat Crœſus.*

non ipſi

non ipſi Cræſo contingeret, tamen transferre fata non potuit: ſed quatenus illa permiſerunt, annixus eſt, atque ei gratiam retulit, utpote dilata Sardium expugnatione tres annos. Et hoc Cræſus diſcat, tribus annis ſerius quam fata deſtinarant, ſe fuiſſe captum. Secundo loco, quod ipſi ardenti opem tulit. Nam quod ad oraculum pertinet, haud recte Cræſus conqueritur: quoniam Apollo prædixit, eum eſſe magnum imperium, ſi bellum Perſis inferret, everſurum: de qua re ipſum conſultare volentem, decuerat mittere ſciſcitatum utrum ipſius Apollo diceret imperium, an Cyri. Sed quod dictum erat, nec conſiderans, nec interrogans, ſibiipſi acceptum referat. Quod autem ultimo reſponſo ait Apollinem dixiſſe de mulo, ne hoc quidem diſcuſſit. Nam mulus hic, Cyrus erat: quippe qui duobus diverſarum gentium parentibus ortus ſit, generoſiore matre quam patre. Nam illa quidem, Meda erat, Aſtyagis Medorum regis filia: hic autem, Perſa, & Medis ſubjectus: & licet omnium infimus, tamen dominam ſuam in matrimonium duxit. Hæc Lydis Pythia reſpondit: quæ illi Sardis reverſi Cræſo nunciarunt. Quibus auditis Cræſus ſuam ipſius agnovit culpam eſſe non dei. De Cræſi igitur imperio & prima Ioniæ ſubactione ita res ſe habent. ¶ Porro Cræſi non hæc ſolum quæ jam diximus, ſed alia quoque permulta donaria in Græcia extant. Siquidem apud Thebas Bœoticas tripus eſt aureus, quem illic Apollini nuncupavit Iſmenio: apud Epheſum quoque buculæ aurcæ, atque columnæ pleræque. Quinetiam in veſtibulis templi apud Delphos clypeus viſitur aureus ingens. Atque hæc etiamnum ad noſtra uſque tempora ſupererant: nonnulla tamen intercederunt. Ac vero quæ apud Branchidas Mileſiorum à Cræſo dedicata fuerunt, pondere (quantum intelligo) æquali erant iis quæ ſunt Delphis. Cæterum ea quæ tum Delphos, tum etiam ad Amphiarai miſit templum, hæc ſibi, veluti domeſtica bona, paternarumque facultatum primitias, divis conſecravit. Quandoquidem cætera donaria è facultatibus erant adverſarii, qui Cræſo, priuſquam regno inauguraretur, repugnans, Pantaleontis partibus impenſe ſtudebat: hunc in regni poteſtatem provehere conatus. Pantaleon enim, & ipſe, Alyattis filius erat, Cræſi frater,

XCII

κὴ μὴ κατ' ἀυτὸν Κροῖσον, ὃκ οἷόν τε ἐγίνετο παραγαγεῖν μοίρας· ὅσον ὃ ἐνέδωκαν αὗται, λυσάμενος, κὴ ἐχαρίσατό οἱ· τρία γὰρ ἔτεα ἐπανεβάλλετο τὴν Σαρδίων ἅλωσιν· καὶ τοῦτο δηλοῖ τῷ Κροίσῳ, ὡς ὕστερον τοῖσι ἔτεσι τούτοισι ἁλοὺς τῆς πεπρωμένης. Δεύτερα ὃ τούτων, χαιρομένῳ αὐτῷ ἐπήρκεσε. Κατὰ ὃ τὸ μαντήϊον τὸ γνώμονον, ὃκ ὀρθῶς Κροῖσος μέμφεται. προηγόρευε γὰρ οἱ Λοξίης, λύσ᾽ στρατεύεσθαι ὅτι Πέρσας, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσειν. Τὸν ὃ, πρὸς ταῦτα χρῆν δὺ μέλοντα βουλεύεσθαι, ἐπείρεσθαι πέμψαντα, πότερα τὴν ἑωυτοῦ ἢ τὴν Κύρου λέγει ἀρχήν. Οὐ συλλαβὼν ὃ τὸ ῥηθὲν οὐδ᾽ ἐπανειρόμενος, ἑωυτὸν αἴτιον ἀποφαινέτω. ᾧ κὴ τὸ τελευταῖον χρησηριαζομένῳ εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου· ὐδὲ τοῦτο συνέλαβε· ἦν γὰρ δὴ ὁ Κῦρος τοῦτ᾽ ἡμίονος· ἐκ γὰρ δυοῖν ὐκ ὁμοεθνέων ἐγεγόνεε, μητρὸς ἀμείνονος, πατρὸς ὃ κατωδεστέρου. ἡ μὲν γὰρ λὴ Μηδὶς, κὴ Ἀσυάγεος θυγάτηρ τοῦ Μήδων βασιλέως· ὁ ὃ, Πέρσης τε ἦν, κὴ ἀρχόμενος τῶν ἐκείνοισι κὴ ἐνερθε ἐὼν τοῖσι ἅπασι, δεσποσύνῃ τῇ ἑωυτοῦ συνῴκισε. Ταῦτα μὲν ἡ Πυθίη ἐπεκείνατο τοῖσι Λυδοῖσι· οἱ ὃ ἀπίνεικαν ἐς Σάρδις, κὴ ἀπήγγειλαν τῷ Κροίσῳ. ὁ ὃ, ἀκούσας, συνέγνω ἑωυτῷ εἰ τῷ ἁμαρτάδα, κὴ ὐ τοῦ θεοῦ. καίτοι μὲν δὴ τὴν Κροίσου τε ἀρχὴν, κὴ Ἰωνίης τὴν πρώτην καταστροφὴν, ἔχε ὧδε. Κροίσῳ δὲ ὧδε κὴ ἄλλα ἀναθήματα ἐν τῇ Ἑλλάδι πολλὰ, κὴ ὐ τὰ εἰρημένα μοῦνα· ἐν μὲν γὰρ Θήβῃσι τῆσι Βοιωτῶν, τρίπυς χρύσεος, τὸν ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἰσμηνίῳ· ἐν ὃ Ἐφέσῳ, αἵ τε βόες αἱ χρύσεαι, κὴ τῶν κιόνων αἱ πολλαί· ἐν ὃ προνηίοις τοῖσι ἐν Δελφοῖσι, ἀσπὶς χρυσέη μεγάλη. Ταῦτα μὲν κὴ ἔτι ἐμὲ λὴ σωζόμενα, τὰ δ᾽ ἐξαπόλωλε τὰ τῶν ἀναθημάτων. τὰ δ᾽ ἐν Βραγχίδῃσι τῆσι Μιλησίων ἀναθήματα Κροίσῳ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἴσα τε σταθμὸν κὴ ὁμοῖα τοῖσι ἐν Δελφοῖσι, τὰ μὲν νῦν ἐς τε Δελφοὺς, καὶ ἐς τὸ Ἀμφιάρεω, ἀνέθηκε, οἰκήϊά τε ἐόντα, κὴ τῶν πατρώων χρημάτων ἀπαρχήν· τὰ ὃ ἄλλα ἀναθήματα ἐξ ἀνδρὸς ἐγένετο ὐσίης ἐχθροῦ, ὃς οἱ περὶ τὴν βασιληΐδα, ἀντιστασιώτας κατεστήκεε, συστρεύδων Πανταλέοντι ἡλικίης τῷ Λυ-

ΤΩΝ ἀρχὴν αὐτὸν μίαν.

δῶν ἀρχήν. ὁ ὃ Πανταλέων, ἦν Ἀλυάττεω μὲν παῖς, Κροίσου ὃ ἀδελφεὸς

ἐκ ὁμομήτριος. Κροῖσος μὲν δὴ ἐκ Καείρης τῆς γυναικὸς Ἀλυάττῃ, Πανταλέοντος θυγατρὸς Ἰάδος. Ἐπεί τε δὲ τῷ πατρὸς ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς ὁ Κροῖσος, τὸν ἄνδρωπον τὸν ἀντιωρήσαντα ἐπὶ χναφῆϊ ἕλκων διέφθειρε. Τῷ δὲ οὐσίην αὐτοῦ ἔτι πρότερον κατιρώσαι, τότε τέρπω τῷ εἰρημένῳ ἀνέθηκε ἐς τὰ ἱρήϊα. Καὶ τῷδε μὲν ἀναθημάτων τοσαῦτα εἰρήσθω. Θώυμα δὲ γῆ Λυδίη ἐς συγγραφὴν ὐ μάλα ἔχει, οἷά τε ἐν ἄλλη χώρῃ, πάρεξ τῆς ἐκ τοῦ Τμώλου καταφερομένης ψήγματος. ἦν δὲ ἔργον πολλὸν μέγιστον παρέχεται, χωρὶς τοῦ τε Αἰγυπτίων ἔργων καὶ τοῦ Βαβυλωνίων. Ἔστι αὐτόθι Ἀλυάττεω τοῦ Κροίσου πατρὸς σῆμα, τοῦ ἡ κρηπὶς μέν ἐστι λίθων μεγάλων, τὸ δὲ ἄλλο σῆμα, χῶμα γῆς. Ἐξεργάσαντο δέ μιν οἱ ἀγοραῖοι ἄνδρωποι, καὶ οἱ χειρώνακτες, καὶ αἱ ἐνεργαζόμεναι παιδίσκαι. Οὗροι δὲ πέντε ἐόντες, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν ὅσα τοῦ σήματος ἄνω· καὶ σφι γεγράμματα ἐνεκεκλάστο, τὰ ἕκαστοι ἐξεργάσαντο. Καὶ ἐφαίνετο μετρεόμενον τὸ τῶν παιδισκέων ἔργον, ἐὸν μέγιστον. Τὰς γὰρ δὴ Λυδῶν θυγατέρας πορνεύουσι πάσας, συλλέγουσαι σφίσι φερνάς· ἐς ὃ ἂν συνοικήσωσι τοῦτο ποιέουσαι. Ἐκδιδόασι δὲ αὐταὶ ἑωυτάς. Ἡ μὲν δὴ περίοδος τοῦ σήματος, εἰσὶ γάδιοι ἓξ, καὶ δύο πλέθρα· τὸ δ' εὖρος, ἔστι πλέθρα τεσσαρεσκαίδεκα. Λίμνη δὲ ἔκκειται τοῦ σήματος μεγάλη, τὴν λέγουσι Λυδοὶ ἀείναον εἶναι. Καλέεται δὲ αὕτη Γυγαίη. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι. Λυδοὶ δὲ νόμοισι μὲν παραπλησίοισι χρέωνται καὶ Ἕλληνες· χωρὶς ἢ ὅτι τὰ θήλεα τέκνα καταπορνεύουσι. πρῶτοι δὲ ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο· πρῶτοι δὲ καὶ κάπηλοι ἐγένοντο. Φασὶ δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ καὶ τὰς παιγνίας τὰς νῦν σφίσι τε καὶ Ἕλλησι κατεσκευάσαι, ἑωυτῶν ἐξευρήματα γενέσθαι. Ἅμα δὲ ταύτας τε ἐξευρεθῆναι φασὶ σφίσι λέγουσι, καὶ Τυρσηνίην ἀποικίσαι· ὧδε δὲ αὐτῶν λεγόντων· ὅτι Ἄτυος τοῦ Μάνεω βασιλῆος σιτοδείην ἰσχυρὴν ἀνὰ τὴν Λυδίην πᾶσαν γενέσθαι· καὶ τοὺς Λυδοὺς τέως μὲν διάγειν λιπαρέοντας, μετὰ δὲ, ὡς ὐ παύεσθαι, ἄκεα δίζεσθαι· ἄλλον δὲ ἄλλο ἐπιμηχανᾶσθαι αὐτῶν. Ἐξευρεθῆναι δὴ τότε τῷ δὴ τότε " δὴ ὧν τότε καὶ τῶν κύβων καὶ τῶν ἀστραγάλων καὶ τῆς σφαίρης, καὶ

at non germanus: *matres enim habebant diverſas.* Nam Croeſus matre fuit Carica, Alyattis uxore: Pantaleon ex 1 Iade fuit ſuſceptus. Quum autem tradito à patre imperio Croeſus potiretur, hominem illum qui ante ſic pertinaciter ſibi reſtitiſſet, in fullonis officinam pertractum interemit. Bona autem ejuſdem jam ante divis deſtinata, tunc uti diximus iis locis conſecravit. Atque de donariis hactenus dictum ſit. XCIII ¶ Porro Lydia quod ſcribatur nihil ſane mirandum habet, prout aliæ regiones, præter auri ramenta è Tmolo provenientia. Unum tamen nobis exhibet multo maximum præter Ægyptiorum & Babylonicorum opera. Ibi enim eſt Alyattis Croeſi parentis ſepulchrum, cujus baſis è grandioribus eſt lapidibus: reliqua ſepulchri pars, 2 aggeſtio eſt terræ. Quod ſepulchrum conſtruxiſſe feruntur homines 3 emptitii atque operarii, & una cum his adjuvantes ancillæ. Cæterum ad noſtram uſque ætatem in ſummo tumulo quinque termini ſtabant, quibus literæ inſculptæ indicant quæ ſinguli elaboraverint: apparebatque ex menſura, ancillarum opus eſſe maximum. Lydorum enim filiæ omnes meretricantur, atque hoc quæſtu tantiſper dotem colligunt dum nupſerint: ſe autem ipſæmet locant. Sepulchri hujus ambitus, ſtadiorum eſt ſex, & duorum 4 jugerum: latitudo, 5 jugerum tredecim. Confinis eſt eidem ſepulchro lacus ingens, quem Lydi referunt eſſe perennem. Vocatur autem Gygæus. Atque hoc quidem ſic habet, Lydi legibus propemodum utuntur Græcorum ſimilibus, niſi quod Lydi filias ſuas proſtituunt. XCIV Hi, primi eorum quos novimus, nummum aurcum argenteumque ad utendum percuſſerunt, & primi cauponeſ inſtitoreſque extiterunt. Aiunt & ipſi ſe ludos inveniſſe qui etiamnum apud Græcos cum illis communes ſunt: ſimul autem hæc inveniſſe, & in Tyrrheniam, *hoc eſt* 6 *Thuſciam*, colonos deduxiſſe. Id quod hunc in modum accidiſſe referunt: Tempore Atyis, Manis regis filii, annonæ difficultatem per univerſam Lydiam valde graſſatam eſſe, & initio quidem Lydos vitam aſſiduis laboribus toleraſſe, poſtea vero, quum non ceſſaret *malum*, remedia quæſiviſſe, & alium aliud excogitaſſe. Tum igitur inventum ab iiſdem 7 aleæ teſſerarumque ludum, & pilæ, cæte-

1 Ionica. 2 Terræ aggeſtæ moles eſt. 3 Circumforanei. 4 Plethrorum. 5 Plethrorum. 6 Hetruriam. 7 Teſſerarum & talorum.

rorum-

rorumque ludorum omnium genera, præterquam 1 talorum. Horum enim inventionem ſibi non vendicant Lydi. Porro ad famem diſcutiendam, altera quidem dierum in totum luſibus occupatos fuiſſe, ne videlicet ciborum quærendorum ſollicitudine diſtorquerentur: altera vero à luſibus abſtinentes, veſci conſueviſſe. Atque hoc modo vixiſſe annis duodeviginti. Ubi autem malum non remitteret, ſed magis etiam ſæviret, tum regem univerſos Lydos bifariam diviſiſſe, 2 & hos quidem in ſedibus ſuis permiſiſſe, illos vero aliquò ablegaſſe colonos. Ac vero iis qui in ſedibus ſuis permanerent, regem ipſum perrexiſſe imperare: illis autem qui deducendæ coloniæ deſtinati erant, filium ſuum præfeciſſe, cui nomen Tyrrheno. Hos è Lydia excedentes, primum divertiſſe Smyrnam: & mox fabricatis navigiis, nimirum quibus ea quæ navigationi accommoda videbantur, imponerent, ad victum ſedeſque quærendas oram ſolviſſe: donec varias nationes prætervecti, ad Umbros perveniſſent: ubi civitatibus conſtructis, ad hunc uſque diem habitaverint. Atque pro Lydis, propter regii filii qui eos deduxit, nomen, appellatione quoque commutata, nominatos fuiſſe Tyrrhenos. Lydi itaque
XCV à Perſis in ſervitutem redacti fuerunt.
¶ Hinc jam nobis exequetur oratio tum quiſnam fuerit *Cyrus* ille qui Croeſi evertit imperium, tum quomodo Perſæ Aliæ imperio potiti ſint. 3 Igitur quemadmodum quidam memorant Perſarum, non qui res Cyri illuſtrare, ſed prout illa ſe habent, referre ſtudent, ita ego conſcribam: gnarus trifarias alias eſſe de Cyro narrandi vias. Quum Aſſyrii annis quingentis viginti ſuperiorem Aſiam obtinuiſſent, primi Medi ab ipſis deficere cœperunt: qui cum Aſſyriis pro libertate prœliati, ſtrenue ſe geſſerunt: excuſſoque ſervitutis jugo, in libertatem ſeſe
XCVI aſſeruerunt. Poſt quos & aliæ nationes idem fecerunt quod & Medi. Cæterum quum jam per continentem, in univerſum propriis uterentur legibus, hac demum occaſione rurſus tyrannidi ſubjecti fuerunt. Fuit apud Medos vir ſapiens, cui nomen erat *Deioces*, filius Phraortis, qui quum ad tyrannidem aſpiraret, hujuſmodi quædam excogitavit.

ἄλλων πασέων παιγνιέων τὸ εἶδεα, πλὴν
" πεσσῶν. Τέτων γὰρ ὦν τὴν εὕρεσιν ἐκ Ἀτυρίων. Ἐπιζήτεα.
οἰκηϊούμενα Λυδοί. Ποιέειν δ' ὧδε πρὸς
τὸν λιμὸν ἐξευρόντας· τὴν μὲν ἑτέρην τῆς
ἡμερέων παίζειν πᾶσαν, ἵνα δὴ μὴ ζητέ-
οιεν σιτία· τὴν δ' ἑτέρην σιτέεσθαι, παυομέ-
νους τῆς παιγνιέων. Τοιούτῳ τρόπῳ διάγειν
ἐπ' ἔτεα δυῶν δέοντα εἴκοσι· ἐπεί τε δ'
ἐκ ἀνιέναι τὸ κακὸν, ἀλλ' ὅτι μᾶλλον ἐπι
βιάζεσθαι, ὅτου δὴ τὸν βασιλέα αὐτῶν, δύο
μοίρας διελόντα Λυδῶν πάντων, κληρῶσαι
τὴν μὲν ὅτι μενῇ, τὴν δὲ ὅτι ἐξοδίῳ ἐκ τῆς χώρης· καὶ
ὅτι μὲν τῇ μοίρῃ εἶναι λαγχάνεσι τῶν μοιρέων,
ἑωυτὸν τὸν βασιλέα περιδέεσθαι, ὅτι δὲ τῇ
ἀπαλλαξομένῃ, τὸν ἑωυτοῦ παῖδα, τῷ οὔνο-
μα ἦν Τυρσηνός. Λαχόντας δὲ αὐτῶν τοὺς
ἑτέρους ἐξιέναι ἐκ τῆς χώρης, καὶ καταβῆναι ἐς
Σμύρνην, καὶ μηχανήσασθαι πλοῖα, ἐς τὰ ἐσθε-
μένους τὰ πάντα ὅσα σφι ἦν χρηστὰ ὅτι-
πλοα, ἀποπλέειν καὶ βίου τε καὶ γῆς ζήτησιν.
Ἐς ὃ ἔθνεα πολλὰ παραμειψαμένους, ἀπι-
κέσθαι ἐς Ὀμβρικούς. Ἔνθα σφέας ἐνιδρύ-
σασθαι πόλιας, καὶ οἰκέειν τὸ μέχρι τοῦδε.
Ἀντὶ δὲ Λυδῶν μετονομασθῆναι αὐτοὺς ὅτι
τοῦ βασιλέος τοῦ παιδὸς, ὃς σφέας ἀνήγαγε·
ἐπὶ τούτου τοῦ ἐπωνυμίου παιδομένους, ὀνο-
μασθῆναι Τυρσηνούς. Λυδοὶ μὲν δὴ ὑπὸ
Πέρσῃσι δεδούλωντο. " Ἐπιδίζεται δὲ δὴ Ἐπιδί-
τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν ὁ λόγος. τὸν τε Κῦρον, ζεται.
ὅστις ἐὼν τὴν Κροίσου ἀρχὴν κατεῖλε, καὶ
τοὺς Πέρσας, ὅτεῳ τρόπῳ ἦρξαντο τῆς
Ἀσίης. Ὡς μὲν Περσέων μετεξέτεροι λέ-
γουσι, οἱ μὴ βουλόμενοι σεμνῶν τὰ περὶ
Κῦρον, ἀλλὰ τὸν ἐόντα λέγειν λόγον, κατὰ
ταῦτα γράψω· ὑπεμνήσθην. περὶ Κύρου
καὶ τρισσὰς ἄλλας λόγων ὁδοὺς φήνας.
Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ'
ἔτεα ἐπὶ εἴκοσι καὶ πεντακόσια πρῶτοι ἀπ'
αὐτῶν Μήδοι ἤρξαντο ἀπίστασθαι· καὶ κω
ὕτοι περὶ τῆς ἐλευθερίης μαχεσάμενοι
τοῖσι Ἀσσυρίοισι, ἐκρίθησαν ἄνδρες ἀγα-
θοί· καὶ ἀπωσάμενοι τὴν δουλοσύνην,
ἠλευθερώθησαν. Μετὰ δὲ τούτους, καὶ τἄλλα
ἔθνεα ἐποίεε τὠυτὸ Μήδοισι. (Ἐόντων δὲ
αὐτονόμων πάντων ἀνὰ τὴν ἤπειρον, ὧδε
αὖτις ἐς τυραννίδας περιῆλθον· ἀνὴρ
ἐν τοῖσι Μήδοισι ἐκρίθη σοφὸς, τῷ οὔνομα
ἦν Δηϊόκης, παῖς δὲ ἦν Φραόρτεω. Οὗτος
ὁ Δηϊόκης, ἐρασθεὶς τυραννίδος, ἐποίεε τοιάδε·

1 Calculorum. 2 Et ſorte legiſſe, alteram quidem partem ad manendum, alteram vero ad exeundum è regione. Et parti quidem illi cui ſortitò obtigiſſet ut maneret, ſeipſum regem, migranti autem, ſuum filium præfeciſſe, cui nomen Tyrrheno. Alteros porro quibus ſorte obtigerat ut emigrarent, Smyrnam deſcendiſſe. Hic mox &c. 3 Ita autem de his ſcribam ut Perſæ quidam narrant, qui res Cyri geſtas verbis auguſtiores reddere nolunt, ſed id quod res eſt dicere: gnarus triplicem aliam eſſe de Cyro narrandi viam.

καταικημένων τὴν Μήδων κατὰ κώμας, " ἐν γῇ ἑωυτῆς ἐὼν καὶ πρότερον δόκιμος, καὶ μᾶλλόν τε καὶ προθυμότερον δικαιοσύνην ἐπῃνέετο, ἦσκεε. Καὶ ταῦτα μέντοι, ἐούσης ἀνομίης πολλῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Μηδικήν, ἐπῃνέετο, ἐπιστάμενος ὅτι τῷ δικαίῳ τὸ ἄδικον πολέμιόν ἐστι. Οἱ δ' ἐκ τῆς αὐτῆς κώμης Μῆδοι, ὁρῶντες αὐτὸν τὰς τρόπους, δικαστὴν μὲν ἑωυτῶν αἱρέοντο· ὁ δὲ ὅκου μνεώμενος ἀρχὴν, ἰθὺς τέ καὶ δίκαιος ἦν. Ποιέων τε ταῦτα, ἔσχε ἔπαινον εἶχε ἐκ ὀλίγου παρὰ τῶν πολιτέων οὕτω, ὥστε " πανταχόθι οἱ ἐν τῇσι ἄλλῃσι κώμῃσι ὡς Δηϊόκεα εἴη ἀνὴρ μοῦνος καὶ τὸ ὀρθὸν δικάζων, πρότερον πεπαυμένοι ἀδίκοισι γνώμῃσι, τότε ἐπεί τε ἤκουσαν, ἄσμενοι ἐφοίτεον παρὰ τὸν Δηϊόκεα καὶ αὐτοὶ δικασόμενοι· τέλος δέ, οὐδενὶ ἄλλῳ ἐπετρέποντο. Πλέω δὲ ἀεὶ γινομένου τοῦ ἐπιφοιτέοντος, οἷα πανταχόθεν ἀπαμβαίνειν καὶ τὸ ἐὸν, γνοὺς ὁ Δηϊόκης ἐς ἑωυτὸν πᾶν ἀνακείμενον, οὔτε κατίζειν ἔτι ἤθελε ἐνθαῦτα πρότερον προκατίζων ἐδίκαζε, οὔτ' ἔφη δικᾶν ἔτι. οὐ γὰρ οἱ λυσιτελέειν, τὴν ἑωυτοῦ ἐξημελημένην, τοῖσι πέλας δι' ἡμέρης δικάζειν. Ἐούσης ὦν ἁρπαγῆς καὶ ἀνομίης ἔτι πολλῷ μᾶλλον ἀνὰ τὰς κώμας ἢ πρότερον ἦν, συνελέχθησαν οἱ Μῆδοι ἐς ταὐτὸ, καὶ ἐξέδοσάν
27 σφισι λόγον, λέγοντες πρὸς τὸν κατηκόντων. Ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, " ἥκιστα ἔλεγον οἱ τοῦ Δηϊόκεω φίλοι, Οὐ γὰρ δὴ τρόπῳ τῷ παρεόντι χρεώμενοι, δυνατοὶ εἰμὲν οἰκέειν τὴν χώρην, φέρε στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα. Καὶ οὕτω ἥ τε χώρη εὐνομήσεται, καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα, ἐς τὰ ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσόμεθα. Ταῦτά κη λέγοντες, πείθουσι ἑωυτῶν βασιλεύεσθαι. Αὐτίκα δὲ προβαλλομένων ὁντινα στήσονται βασιλέα, ὁ Δηϊόκης ἦν πολλοῦ παντὸς ἀνδρὸς καὶ προβαλλόμενος καὶ αἰνεόμενος· ἐς ὃ τοῦτον καταινέσαι βασιλέα σφίσι ἔδοξε. Ὁ δ' ἐκέλευε αὐτοὺς οἰκία τε ἑωυτῷ ἄξια τῆς βασιληίης οἰκοδομῆσαι, καὶ κατασῶαι αὐτὸν δορυφόροισι. Ποιέουσι δὴ ταῦτα οἱ Μῆδοι.

Quum Medi per vicos passim habitarent, Deioces 1 cum ante apud suos probatus, tum magis studiosiusque æquitatem affectitabat venditabatque, quod videret apud Medos universos magnam quandam licentiam: sat sciens æquitati iniquitatem esse invisam. Medi vero qui eundem habitabant vicum, intuentes hominis mores judicem ipsum controversiarum sibi constituunt. Hic, ut qui principatum ambiret, rectum se æquumque præbuit. Quæ quum faceret, laudem apud populares suos obtinuit haudquaquam exiguam: 2 adeo ut hæc intelligentes qui apud cæteros pagos habitabant, nempe Deiocem solum esse qui incorrupte judicaret, læti undique affluerent quotquot prius iniquis sententiis fuerant superati, ad Deiocem, & ipsi lites finiendas tranferrent: postremo nulli alii hanc provinciam permitterent. Quum vero numerus accurrentium creseceret, utpote qui intelligerent XCVII sententias juste terminari, Deioces animadvertens, universa in se unum incumbere, neque amplius illic considere ubi prius jus dicere consueverat, volebat, neque omnino judicare amplius. Siquidem non è re sua esse inquiebat si totos dies rebus suis domi neglectis, dirimendis aliorum litibus operam impenderet. Quum igitur rapinæ sceleraque passim per vicos multo etiam magis quam prius patrarentur, Medi habito concilio, de communi rerum statu colloqui cœperunt. 3 Et quantum mihi videtur, Deiocis amici ex composito in hanc sententiam loquebantur, Nequaquam, inquientes, hisce modis usuri hanc nostram regionem poterimus diu habitare: Agite igitur, constituamus nobis ipsis regem, ut videlicet ditio nostra bonis legibus administretur, 4 & nos, ad sua quisq; opera diverientes, nusquam impunitate sceleratorum violemur. Quæ quum sic referrentur, persuasi Medi regibus sese subjiciunt. XCVIII Continuo consultatum est quemnam regem crearent: Deioces adeo ab omnibus commendatus, productusque in medium ut omnium suffragio rex comprobaretur. At ille jussit ædificia sibi erigi imperio digna, stipatoresq; ad custodiam corporis sui adjungi. 5 Huic Medi hæc præstiterunt,

1 Ipse, quum jam ante apud suos celebris esset, tum vero magis etiam quam antea justitiam sectari aggressus est: quod videret apud Medos universos mag. q. licentiam, & satis sciret juri injuriam adversari. 2 Adeo ut quum in aliis pagis intellexissent Deiocem solum esse qui incorrupte judicaret, qui prius iniqua judicia erant experti, ad Deiocem disceptaturi ultro accurrerent: postremo nulli alii arbitrium deferrent. Quum autem in dies ventitarent plures, utpote q. 3 Hic (ut ego quidem existimo) Deiocis amici bellissimum sermonem sunt exorsi. Enimvero (inquiebant) si pergamus his moribus vivere, hanc nostram regionem diu non poterimus incolere. 4 Et nos res nostras agamus, neque male agendi licentia nostris sedibus pellamur. His verbis persuasi Medi regio imperio se subjicere, statim consultant quemnam regem creent. Tum Deioces ab omnibus nominari & prædicari, adeo ut omnium tandem suffragio rex approbaretur. 5 Hæc in ejus gratiam Medi fecerunt, eique &c.

eique

eique ædificia ingentia probeque munita extruxerunt in ea quam designaverat regione: permiserunt quoque satellites ex universis Medis quos vellet, sibi deligeret. Deioces igitur imperio potitus, Medos compulit unum oppidum condere: ut hoc uno communito exornatoque, aliorum non ita magnam curam haberent. Obsequentibus quoque hac in re Medis, mœnia constituit ampla simul & valida, quæ nunc Ecbatana appellantur, in quibus murus unus alteri veluti confinis erat: sic nimirum constitutis mœnibus, 1 ut ambitus singuli alteris gradatim essent sublimiores, solisque pinnis prominerent. 2 Adjuvabat huc loci ipsius commoditas, ut qui collis instar esset elevatus. Sed accessit etiam majus quiddam data opera factum. Siquidem ambitus illi numero erant septem contigui, in quorum postremo regia est & thesauri. Hæc mœnia quum amplissima sint magnitudine, prorsus illum Athenienſium æquant ambitum. *Atque singulæ quidem pinnæ suis atque hunc in modum distinctis fulgent coloribus.* *Nempe* primi ambitus pinnæ colore sunt albicanti, secundi nigro, tertii purpureo, quarti cæsio, quinti sandaracino: postremi vero duo, alter argentatas, alter inauratas habet
XCIX pinnas. Et his quidem munimentis Deioces se suamque regiam circumsepsit, ac reliquum populum seorsum circumquaque habitare jussit. Cæterum universis hoc ornatu constructis, primus Deioces cavit ne cui ad regem ingredi liceret, sed per internuncios cuncta transigerentur: adeo ut nec conspici regem à quoquam fas esset. 3 Ad hæc nec ridere, nec expuere (propterea quod omnibus factu deformia essent) coram liceret. Hæc ideo faciunt apud regem, ne videlicet eum cernentes æquales & una cum eo educati strenui & fortes, indoleant atq; insidientur: quin potius quiddam à reliquis hominibus diversum ipsis esse videatur, si coram ipsum
C non intueantur. Quibus quum sese Deioces jam adornasset, atque in imperio confirmasset, in exercenda justitia valde severum se præbuit. Etenim litigantes causas suas conscriptas intro per internuncios mittebant, quas ille decisas

οἰκοδομέυσί τε γὰρ αὐτῷ οἰκία μεγάλα τε καὶ ἰσχυρά, ἵνα αὐτὸς ἔφεδρος τῆς χώρης· καὶ δορυφόρους αὐτῷ ἐπιτρέπουσι ἐκ πάντων Μήδων καταλέξασθαι. Ὁ δέ, ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, τοὺς Μήδους ἠνάγκασε ἓν πόλισμα ποιήσασθαι, καὶ τοῦτο μᾶλιστα παρεσκευάσατο, τῶν ἄλλων ἥκιστα ἐπιμελούμενος. Πεισθέντων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Μήδων, οἰκοδομέει τείχεα μεγάλα τε καὶ καρτερά, ταῦτα τὰ νῦν * Ἐκβάτανα κέκληται, ἕτερον ἑτέρῳ κύκλῳ ἐσεῶντα. Μεμηχάνηται δὲ ὕτω τὸ τεῖχος· ὥστε ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου κύκλος τοῖσι προμαχεῶσι μένοισι ὀλίγῳ ὑψηλότερος. Τὸ μὲν τι καὶ, καὶ τὸ χωρίον συμμαχέει, κολωνὸς ἐὼν, ὥστε ταὐτὸ εἶναι· τὸ δὲ καὶ μᾶλλόν τι ἐπετηδεύθη, κύκλων ἐόντων τῶν σταυροῦντων ἑπτά, ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ τὰ βασιλήια ἔνεστι καὶ οἱ θησαυροί. Τὸ δὲ αὐτῶν μέγιστόν ὀλίγῳ τείχεος, καὶ τὸν Ἀθηναίων κύκλον μάλιστά κῃ τὸ μέγαθος. Τοῦ μὲν δὴ πρώτου κύκλου οἱ προμαχεῶνες εἰσὶ λευκοί· τοῦ δὲ δευτέρου, μέλανες· τρίτου δὲ κύκλου, φοινίκεοι· τεταρτοῦδε, κυάνεοι· πέμπτου δὲ σανδαρακινοί. Οὕτω πάντων τῶν κύκλων οἱ προμαχεῶνες ἐνδεδιδυμωμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι. Δύο δὲ οἱ τελευταῖοί εἰσι, ὁ μὲν καταργυρεομένους, ὁ δὲ κατακεχρυσωμένους ἔχων τοὺς προμαχεῶνας. Ταῦτα μὲν δὴ ὁ Δηϊόκης ἑωυτῷ τε ἐτείχεε, καὶ τοὺς τοῦ ἑωυτοῦ οἰκίας. Τὸν δὲ ἄλλον δῆμον πέριξ ἐκέλευε τὸ τεῖχος οἰκέειν. Οἰκοδομημένων δὲ πάντων, νόμον τόνδε Δηϊόκης πρῶτος ὅδε ἐστὶ ὁ καταστησάμενος, μήτε ἐσέρχεσθαι ὧδε βασιλέα μηδένα συγχωρέειν, δι' ἀγγέλων δὲ πάντα χρᾶσθαι· ὁρᾶσθαί τε βασιλέα οὐδὲ μηδενός. Πρός τε τούτοισι ἔτι γελᾶν τε καὶ πτύειν ἀντίον, καὶ ἄπασι τοῦτό γε εἶναι αἰσχρόν. Ταῦτα δὲ ὧδε ἐσυντόν [1] ποιέοντα, ὅκως μὴ ὁρέοντες οἱ ὁμήλικες ἐόντες καὶ συσσιτροφοι, ἀγαθοί τε καὶ ἄλκιμοι, λυπεοίατο, καὶ ὀλβιωτέρου σφι δοκέοι εἶναι μὴ ὁρέοντες. Ἐπεί τε δὴ ταῦτα διεκόσμησε, καὶ ἐκράτυνε ἑωυτὸν τῇ τυραννίδι, ἦν τὸ δίκαιον φυλάσσων χαλεπός. Καὶ τοὺς τε δίκας γράφοντες, ἔσω παρ' ἐκεῖνον ἐσεπέμπεσκον· καὶ ἐκεῖνος διακρίνων, τὰς ἐσφερομένας

[1] ἐσύμενον τοῦ δὲ ὄψεσθαι, ὅκως τοῦ συντεταγμένου ἐκείνῳ καὶ οἰκίμως ἐφαιλοτέρης, ἀλλὲς ἀλλαδαπὸν λεπτόμενοι, λυπεοίατο,

1 Ita ut ambitus alter alterum amplectatur. 2 Adjuvante ipso loci situ, ut qui collis esset. Sed accessit major etiam ars & industria, factis septem ambitibus inter se contiguis, in quorum postr. regia est & thesauri. Eorum autem amplissimus magnitudine plus minus circuitum Athenarum exæquat. Suntque primi ambitus pinnæ albæ: secundi, nigræ: tertii, puniceæ: quarti, cæruleæ: quinti, sandaracenæ. 3 Præterea ne ridere coram vel excreare in quoquam honestum haberetur. Et hæc à Medis apud regem observantur, ne videlicet, &c. * Plinius verò, Ecbatatana caput Mediæ Seleucus condidit, (i. e.) ut exponit Scaliger, priùs diruta, posteà a Seleuco instaurata.

chiſque, in medium rem proponit, conſulens utrum ſibi agendum conſtituerent. Illorum in idem convenere ſententiæ, jubentium recipi in ipſorum regionem cum ſuo exercitu Tomyrin. Quam ſententiam Cræſus Lydus quum adeſſet, improbat, contrarium diſſerens his verbis. Equidem tibi, rex, etiam antea dixi, quandoquidem Jupiter tibi me tradidit, quicquid animadvertero errati in tua domo, id omne me pro viribus averſurum. nam mei caſus, etſi ingrati, mihi tamen extitere diſciplinæ. Si tibi eſſe videris immortalis, & ejuſmodi exercitui præeſſe, nihil eſt opus ut meam tibi dicam ſententiam: ſin vero te quoque agnoſcis hominem eſſe, & aliis talibus præeſſe, illud in primis diſcito, humanarum rerum circulum eſſe, qui rotatus, ſemper eoſdem fortunatos eſſe non ſinit. Ideoque de hac quam propoſuiſti re, ſecus ego atque iſti ſentio. Si enim hoſtes in hanc terram volemus excipere, id tibi ex hoc periculum erit, ne fugatus omne amittas imperium: quia haud dubie victores Maſſagetæ, non ſe retro fuga recipient, ſed tuas provincias adorientur. Victor autem tu non adeo multum vincis quàm multum ſi trajicies in terram illorum, victis Maſſagetis inſtabis fugientibus. 1 Hoc enim pro illo ſubſtituito conſilium, 2 ut victo hoſte, recta pergas ad ſubigendum Tomyridis regnum, & quidem ſine duce. Turpe eſt enim atque intolerabile, Cyrum, Cambyſis filium, mulieri cedentem detrectare pugnam. Itaque mihi placet, trajectis copiis procedere eouſque dum illi in occurſum prodeant: atque dehinc 3 ita faciendo, dare operam ut illos ſuperemus. Namque, ut ego audio, Maſſagetæ bonorum ſunt Perſicorum inſueti, & magnorum commodorum expertes. his ergo viris propone in noſtris caſtris magnam inſtructarum epularum copiam, magna vi pecorum interfecta, cum magna etiam vi poculorum vini meri, atque omnis cibariorum generis. Hoc ubi fecerimus, imbecilliſſimis quibuſque militum ibi relictis, cum reliquis ad flumen nos recipiamus. Tantis enim bonis conſpectis illi (niſi me fallit opinio) ſe ad ea convertent: unde nobis ſupererit facultas magnas res perpetrandi. Atque hæc quidem 4 in diſcuſſionem venere ſententiæ. Cyrus autem, priore repudiata, Cræſique probata ſententia, indixit

CCVII

CCVIII

1 Etenim idem ipſum opponam illi *quod dixi, illos, ſi vicerint, adorituros tuas provincias*, fore ut victo hoſte, &c. 2 Te, victo hoſte, recta perrecturum ad Tomyridis regnum. Ac præter illud quod eſt commemoratum, turpe eſt atque intol. 3 Ità *ut dicam* fac. 4 Propoſitæ fuerunt ſen.

Tomyridi

Tomyridi ut retrocederet, utpote ſe adverſus illam trajecturo. Illa, quemadmodum à principio ſpoſponderat, retroceſſit. Cyrus in Cambyſis filii ſui (cui regnum tradebat) manus præbuit Cræſum, ac majorem in modum ut hominem honore beneficiiſque proſequeretur, præcepit, ſi ſua adverſus Maſſagetas trajectio non recte cederet. Hæc ubi præcepit, eoſque remiſit in Perſidem, ipſe cum
CCIX copiis ſuis flumen trajecit. Tranſmiſſo Araxe ubi non advenit, vidit per quietem talem viſionem: Videbatur Cyrus in ſomnis cernere maximum natu filiorum Hyſtaſpis, habentem in humeris alas, quarum altera Aſiam, altera Europam inumbraret. Hyſtaſpi (qui Achæmenides erat, 1 Arſamenis filius) erat ex liberis natu maximus Darius, tunc ferme viceſimum ætatis annum agens, in Perſide relictus quod non maturus militiæ eſſet. Experrectus Cyrus viſum ſuum 2 intra ſe retractabat: quod quum ei magni momenti videretur, vocato Hyſtaſpi remotis arbitris, inquit, Filius tuus, Hyſtaſpes, mihi atque regno meo inſidiari deprehenſus eſt: hoc 3 unde proculdubio noverim, per me noſcas licet. Dii mihi, quod mei curam gerunt, quæcunque eventura ſunt, oſtendunt. Siquidem proxima nocte inter quietem vidi liberorum tuorum natu maximum, in humeris habentem alas, quarum altera Aſiam, altera Europam inumbraret. Ex quo viſo 4 nulla tergiverſatio eſt quin ab illo mihi tendantur inſidiæ, Quapropter tu quamprimum in Perſidem revertere: facitoque ut quum ego ſubactis Maſſagetis illuc rediero, filium tuum mihi ſiſtas ad cauſam
CCX dicendam. Et Cyrus quidem hæc loquutus eſt, ſcilicet quod ſibi inſidiari Darium ſuſpicabatur. Ad dæmon ei portendebat ipſum ibi mortem oppetiturum, & ejus regnum ad Darium eſſe perventurum. Reſpondens illi Hyſtaſpes, Abſit, inquit, rex, ut quiſpiam vir genere Perſes, tibi moliatur inſidias: quod ſiquis ſit, is primo quoque tempore morte mulctetur. tu enim Perſas ex ſervis liberos, ex ſubditis, aliorum hominum dominos effeciſti. Quod ſiqua tibi viſio filium meum indicat rebus novis contra te ſtudere, ego tibi eum 5 exhibeo pro tuo arbitratu tractandum. Hoc reddito reſponſo, Hyſtaſpes trajecto Araxe in Perſidem contendit, Cyro filium ſuum Darium cuſtoditurus.

Τόμυρι ἐξαναχωρέειν, ὡς αὐτῷ Ἀμβησσομένῳ ἐπ' ἐκείνην. ἢ μὲν δὴ ἐξανεχώρεε, κατὰ τὰ ἐπέκειλο πρῶτα. Κῦρος δὲ Κροῖσον ἐς τὰς χεῖρας ἐσθεὶς τῷ ἑωυτοῦ παιδὶ Καμβύσῃ, * (τῷπερ τὴν βασιληίην ἐδίδου) καὶ πολλὰ ἐντειλάμενος οἱ τιμᾶν τε αὐτὸν καὶ δοῦ πιέειν, ἐπὶ ἢ διάβασις ἡ ἐπὶ Μασσαγέτας μὴ ὀρθωθῇ ταῦτα ἐντειλάμενος, καὶ ἀποστείλας τέτους ἐς Πέρσας, αὐτὸς διέβαινε τὸν ποταμὸν, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ. Ἐπεί τε δὲ ἐπεραιώθη τὸν Ἀράξεα, νυκτὸς ἐπελθούσης, εἶδε ὄψιν δύδων ἐν τῷ Μασσαγετέων τῇ χώρῃ, τοιήνδε. ἐδόκεε ὁ Κῦρος ἐν τῷ ὕπνῳ ὁρᾶν τὸν Ὑστάσπεος παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὤμων πτέρυγας· καὶ τετέων τὴν μὲν τὴν Ἀσίην, τὴν δὲ τὴν Εὐρώπην ἐπισκιάζειν. Ὑστάσεϊ δὲ τῷ Ἀρσάμεος, ἐόντι ἀνδρὶ Ἀχαιμενίδῃ, ἐὼν τῶν παίδων Δαρεῖος πρεσβύτατος, ἐὼν τότε ἡλικίην ἐς εἰκοσί κου μάλιστα ἔτεα. καὶ οὗτος κατελέλειπτο ἐν Πέρσῃσι, (οὐ γὰρ εἶχέ κω ἡλικίην στρατεύεσθαι) ἐπεὶ ὦν δὴ ἐξεγέρθη ὁ Κῦρος, ἐδίδου λόγον ἑωυτῷ περὶ τοῦ ὄψιος. ὡς δὲ οἱ ἐδόκεε μεγάλη εἶη ἡ ὄψις, καλέσας Ὑστάσπεα, καὶ ἀπολαβὼν μοῦνον, εἶπε, Ὑστάσπες, παῖς σὸς ὑβριστὴς ἐμοί τε καὶ τῇ ἐμῇ ἀρχῇ ἐάλωκε. ὡς δὲ ἀτρεκέως ταῦτα οἶδα, ἐγὼ σημανέω. ἐμεῦ θεοὶ κήδονται, καί μοι πάντα προδεικνύουσι τὰ ὑπερόμενα· ἤδη ὦν ἐν τῇ παροιχομένῃ νυκτὶ δύδων, εἶδον τῶν παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὤμων πτέρυγας. καὶ τετέων τὴν μὲν τὴν Ἀσίην, τὴν δὲ τὴν Εὐρώπην ἐπισκιάζειν. ἔκων δὴ μηχανὴ ἀπὸ τοῦ ὄψιος ταύτης ἐκδέμιη, τὸ μὴ κενὸν ὑπ' ἐμεῦ γενέσθαι ἐμοί. σὺ τοίνυν τοι τάχιστα πορεύεο ὀπίσω ἐς Πέρσας, καὶ ποιέε ὅκως, ἐπεὰν ἐγὼ τάδε κατεργασάμενος ἔλθω ἐκεῖ, ὡς μοι καταστήσῃς τὸν παῖδα ἐς ἔλεγχον. Κῦρος μὲν δοκέων Δαρεῖον οἱ ὑβριστὴν εἶναι, ἔλεγε τάδε· τῷ δ' ὁ δαίμων προέφαινε ὡς αὐτὸς μὲν τελευτήσειν αὐτοῦ ταύτῃ μέλλοι, ἡ δὲ βασιληὶς αὐτοῦ παραχωρέοι ἐς Δαρεῖον. ἀμείβετο δὴ ὦν δὴ ὁ Ὑστάσπης τοιοῖσδε, Ὦ βασιλεῦ, μὴ εἴη ἀνὴρ Πέρσης γενόμενος, ὅστις τοι ὑβριστὴς εἰ δ' ἔστι, ἀπόλοιτο ὡς τάχιστα· ὃς ἀντὶ μὲν δούλων, ἐποίησας ἐλευθέρους Πέρσας εἶναι· ἀντὶ δὲ ἀρχέων τῶν ἄλλων, ἄρχειν ἁπάντων εἰ δέ τις τοι ὑφίσταται παραγγέλλων παῖδα τὸν ἐμὸν νεώτερα βουλεύειν πρὸς σέο, ἐγώ τοι παραδίδωμι χρῆσθαι αὐτῷ τοῦτῳ ὅ,τι σὺ βούλεαι. Ὑστάσπης μὲν τοσαῦτα εἰπὼν, καὶ διαβὰς τὸν Ἀράξεα, ἤιε ἐς Πέρσας, φυλάξων Κύρῳ τὸν παῖδα Δαρεῖον.

Ἀρσάμεος

ἐπὶ ἢ διάβασις ἡ ἐπὶ Μασσαγέτας μὴ ὀρθωθῇ

---

1 Arſacis. *nam & vet. cod. pro* ἀρσάμεος *habent* ἀρσάκεος. 2 Apud ſe examinabat: *Vel, in diſquiſitionem vocabat. Ad verbum, ſibi ipſi rationem illius viſi reddebat.* 3 Unde certo compererim, 4 Nulla ratione negari poteſt quin *&c.* 5 *Id eſt, Offero. Vel, exhibere paratus ſum.* * Mos erat Regum Babyloniæ & Perſidis, ut aut profecturi in expeditionem, filios reges declararent, aut in expeditionem mitterent cum regio nomine, tanquam deſignatos, ſi contigiſſet ipſum Patrem mori, abſente filio, ne ullus de rege futuro tumultus oriretur. *Scaliger* Prolegom. de Em. Temp.

Κῦρος ὁ περελθὼν ἀπὸ τοῦ Ἀράξεω ἡμέρης ὁδὸν, ἐποίεε τὰ Κροίσῳ ὑποθήκας. μετὰ δὲ ταῦτα, Κύρῳ τε καὶ Περσέων τῷ καθαρῷ στρατῷ ἀπελάσαντος ὀπίσω δὴ τὸν Ἀράξεα, λειφθέντος δὲ τοῦ ἀχρηίου, ἐπελθοῦσα τῶν Μασσαγετέων τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ, τούς τε λειφθέντας τοῦ Κύρου στρατιῆς ἐφόνευε ἀλεξομένους, καὶ τοῦ προκειμένου ἰδόντες δεῖπνα, ὡς ἐχειρώσαντο τοὺς ἑωυτῶν, κλιθέντες ἐδαίνυντο. πληρωθέντες δὲ φορβῆς καὶ οἴνου, εὗδον. οἱ δὲ Πέρσαι ἐπελθόντες πολλοὺς μὲν σφέων ἐφόνευσαν, πολλῷ δ' ἔτι πλείονας ἐζώγρησαν, καὶ ἄλλους, καὶ τὸν τῆς βασιλείης Τομύριδος παῖδα, στρατηγέοντα Μασσαγετέων, τῷ οὔνομα ἦν Σπαργαπίσης. Ἡ δὲ, πυνθομένη τά τε περὶ τὸν στρατὸν καὶ τὰ περὶ τὸν παῖδα, πέμψασα κήρυκα πρὸς Κῦρον, ἔλεγε τάδε, Ἄπληστε αἵματος Κῦρε, μηδὲν ἐπαρθῇς τῷ γεγονότι τῷδε πρήγματι, εἰ ἀμπελίνῳ καρπῷ, τῷπερ αὐτοὶ ἐμπιπλάμενοι μανέετε ὕστατα, ὡς τὰ κατιόντα τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα, ἐπαναπλέειν ὑμῖν ἔπεα κακὰ τοιούτῳ φαρμάκῳ δολώσαντα, ἐκ τῆσδε παιδὸς τοῦ ἐμοῦ, ἀλλ' ἐμάχῃ κατὰ τὸ καρτερόν. νῦν δὲ σὺν μὲν δόλῳ οὐ παραινέσαντος τοῦ δεσπότεω λαβὲ τὸν λόγον. ἀποδός μοι τὸν παῖδα, καὶ ἄπιθι ἐκ τῆσδε τῆς χώρης ἀζήμιος, Μασσαγετέων τριτημορίδι τοῦ στρατοῦ κατυβρίσας. εἰ δὲ μὴ ταῦτα σὺ ποιήσεις, ἥλιον ἐπόμνυμί τοι τὸν Μασσαγετέων δεσπότεα, ἢν μιν οὐ σε ἐγὼ καὶ ἄπληστον ἐόντα, αἵματος κορέσω. Κῦρος μὲν νυν, τὴν ἐπέων τοιούτων ἀνενειχθέντων, οὐδένα ἐποιέετο λόγον. ὁ δὲ τῆς βασιλείης Τομύριδος παῖς Σπαργαπίσης, ὡς μιν οἶνος τε εἶχε ἀνῆκε, καὶ ἔμαθε ἵνα ἐὼν κακοῦ, δεηθεὶς Κύρου ἐκ τοῦ δεσμοῦ λυθῆναι, ἔτυχε ὡς ἐλύθη τε παραχρῆμα, καὶ τὴν χεῖρα ἐκ τῶν ὀπισθίων ἐκτείνας, διεργάζεται ἑωυτόν· καὶ δὴ οὕτω μὲν τρόπῳ τοιούτῳ τελευτᾷ. Τόμυρις δὲ, ὡς οἱ ὁ Κῦρος οὐκ ἐσήκουε, συλλέξασα πᾶσαν τὴν ἑωυτῆς δύναμιν, συνέβαλε Κύρῳ. ταύτῃ τῇ μάχῃ, ὅσαι δὴ βαρβάρων ἀνδρῶν μάχαι ἐγένοντο, κείνη ἰσχυροτάτην ἐγὼ κρίνω, καὶ ἐμεωυτοῦ πυνθάνομαι οὕτω ταύτην γενομένην. πρῶτα μὲν γὰρ λέγεται αὐτοὺς ἀφεστάναι, ὡς ἀλλήλους τοξεύειν. μετὰ δὲ, ὡς σφι τὰ βέλεα ἐξεπετοξεύθη, συμπεσόντας τῇσι αἰχμῇσί τε καὶ τοῖσι ἐγχειριδίοισι συνέχεον. χρόνον τε δὴ πολλὸν συνεστάναι μαχομένους, καὶ οὐδετέρους ἐθέλειν φεύγειν· τέλος δὲ οἱ Μασσαγέται ταύτῃ περιεγένοντο. ἦ τε δὴ πολλὴ τῆς Περσικῆς αὐτῆς στρατιῆς ταύτῃ διεφθάρη· καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Κῦρος τελευτᾷ, βασιλεύσας τὰ πάντα ἐνὸς δέοντα τριήκοντα ἔτεα. ἀσκὸν δὲ πλήσασα αἵματος ἀνθρωπηίου Τόμυρις, ἐζήτεε ἐν τοῖσι τεθνεῶσι τῶν Περσέων τὸν Κύρου νέκυα. ὡς δὲ εὗρε, ἐνασκήσασα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸν ἀσκὸν, λυμαινομένη δὲ τῷ νεκρῷ, ἐπέλεγε τάδε, Σὺ μὲν ἐμεῦ ζώοντος τε καὶ νικώσης ἐς μάχην,

¶ Cyrus autem Araxe trajecto progressus unius diei iter, quæ Crœsus admonuerat exequitur: relictaque illic imbelli parte copiarum, mox cum expedita manu ad Araxem revertitur. Hos itaque relictos ex Cyri exercitu aggrediens tertia Massagetani exercitus pars, sese defensantes interimit. Eadem, conspecto epularum apparatu, post adversariorum cædem, ad epulandum discumbit: refertaque cibo ac vino soporatur. Persæ supervenientes horum multos occidunt, multoque plures vivos capiunt, cum alios, tum vero ducem eorum, reginæ Tomyridis filium, cui nomen erat SPARGAPISES. Tomyris, cognito exercitus ac filii sui casu, misso ad Cyrum caduceatore, ita inquit, Inexplebilis cruore Cyre ne spiritus tollas ex hoc quod actum est. Si fructu vitino, quo ipsi distenti adeo delipitis ut descendente in corpus vino improba à vobis verba fundantur, si tali veneno filium meum vicisti, dolo, non prœlio, es superior. Quare meum admitte consilium, bene tibi consulentis: Abi, reddito mihi filio, ex hac regione, ferens impune quod tertiam Massagetarum partem profligasti. Quæ nisi feceris, per Solem juro Massagetarum dominum, fore ut ego te, etsi insatiabilem cruoris, tamen satiem. Hæc verba ad se perlata Cyrus pro nihilo habuit. Filius reginæ Tomyridis Spargapises, ubi à vino relaxatus didicit [1] se in malo esse, exoravit à Cyro ut vinculis solveretur. Statimque quum solutus est ac manuum compos effectus, seipsum interemit: atque hic quidem talem obiit mortem. ¶ Tomyris autem, quum Cyrus ipsi non auscultaret, contractis suis copiis ita conflixit cum Cyro, ut hanc pugnam ex omnibus quæ inter barbaros extiterunt, acerrimam censeam extitisse. Eam autem ita gestam fuisse accipio: Primum utrosque spatio inter se distantes, sagittas misisse: deinde sagittis absumptis concurrentes, lanceis pugionibusque [2] fuisse conserto s: ac diu pugnantes perstitisse, neutris fugere volentibus: ad extremum Massagetas superiores extitisse: ibique cum permagnam exercitus Persici partem tum vero Cyrum ipsum occubuisse, quum unum de triginta omnino regnasset annos. Cujus cadaver inter cæsorum Persarum stragem Tomyris perquisitum quum invenisset, caput in utrem demisit quem humano cruore compleverat: mortuoque insultans inquit, Tu quidem meum viventis & in pugna victricis

CCXI CCXII CCXIII CCXIV

filium

1 In quod malum incidisset. *Vel*, *Quantum malum sibi accidisset.* 2 Manus conseruisse.

filium perdidiſti dolo captum: at ego te (prout interminata ſum) cruore ſaturabo. Hæc de Cyri vitæ exitu: de quo quum multa referantur, is qui mihi maxime veriſimilis videtur à me commemoratus eſt.

CCXV ¶ Maſſagetæ & amictum gerunt & victum habent Scythico ſimilem. Ex equis prœliantur, 1 & pedibus. utroque enim genere valent. Sagittarii item ſunt atque haſtati, ſagares, 2 *hoc eſt pugiones*, è more geſtantes: in omnibus auro utentes & ære. Utuntur nanque ære in omnibus quæ ad haſtas, ad pharetras, ad ſagares pertinent: auro autem in cunctis quæ ad capitis, ad balteorum, ad axillarum ornamentum ſpectant. Equorum itidem pectoribus æreos thoraces circumdant. 3 Circa frenum, frenaque & phaleras, aurum adhibent: ferro atque argento nihil prorſus utentes: nam quum in eorum regione immenſa ſit auri atque æris copia,

CCXVI ferri tamen atque argenti nihil eſt. Moribus his utuntur: Singuli quidem uxorem ducunt, ſed ea communiter utuntur. Nam quod Græci memorant facere Scythas, id non Scythæ faciunt, ſed Maſſagetæ. Siquidem vir Maſſageta quoties cupidine capitur mulieris, ſuſpenſa ad plauſtrum pharetra, ſine pudore concumbit. Terminus vitæ nullus eis propoſitus eſt: ſed ubi quis admodum ſenuit, convenientes propinqui eum immolant, & cum eo aliquot pecudes: quarum carnibus pro epulo, ubi coxerunt, veſcuntur. quod genus obitus apud eos beatiſſimum habetur. Languore extinctos non edunt, ſed terra operiunt, loco damni putantes quod ad immolationem non pervenerint. Nihil omnino ſerunt: ſed pecoribus victitant, piſcatuque, quem eis abunde Araxes fluvius ſuppeditat: lac autem potitant. Ex diis unum Solem venerantur, cui equos immolant. 4 Hic autem eis mos ſacrificandi, ut deorum perniciſſimo è quadrupedibus omnibus perniciſſimum mactent.

ἀπώλεσας παῖδα τὸν ἐμόν, ἑλὼν δόλῳ. σὲ δ' ἐγὼ, καθάπερ ἠπείλησα, αἵματι θοῶ. χορέσω. τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν Κύρου τελευτὴν τοῦ βίου, πολλῶν λόγων λεγομένων, ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος ἐρρήθη. Μασσαγέται ὑποδήματά τε ὁμοίως τῇ Σκυθικῇ φορέουσι, καὶ διάζωμα ἔχουσι. ἱππόται δὲ εἰσὶ καὶ ἀνιππότι· ἀμφοτέρων δὲ μετέχουσι. καὶ τοξόται τε καὶ αἰχμοφόροι, σαγάρεις νομίζοντες ἔχειν. χρυσῷ τε καὶ χαλκῷ τὰ πάντα κεκοσμημένα. ὅσα μὲν γὰρ ἐς αἰχμὰς καὶ ἀρδεις καὶ σαγάρεις, χαλκῷ τὰ πάντα κεκόσμηται· ὅσα δὲ περὶ κεφαλὴν, καὶ ζωστῆρας καὶ μασχαλιστῆρας, χρυσῷ κεκόσμηται. ὡς δ' αὕτως καὶ ἵππων τὰ μὲν περὶ τὰ στέρνα, χαλκέους θώρηκας περιβάλλουσι. τὰ δὲ περὶ τοὺς χαλινοὺς καὶ στόμια καὶ φάλαρα, χρυσῷ. σιδήρῳ δὲ οὐδ' ἀργύρῳ χρέωνται οὐδέν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ σφι ἔστι ἐν τῇ χώρῃ· ὁ δὲ χαλκὸς καὶ ὁ χρυσὸς, ἄπλετος. Νόμοισι δὲ χρέωνται τοιοῖσδε· γυναῖκα μὲν γαμέει ἕκαστος, ταύτῃσι δὲ ἐπὶ κοινὰ χρέωνται. ὁ γὰρ Σκύθας φασὶ Ἕλληνες ποιέειν, οὐ Σκύθαι εἰσὶ οἱ ποιέοντες, ἀλλὰ Μασσαγέται· τῆς γὰρ ἂν θυμώσει γυναικὸς Μασσαλέτης ἀνὴρ, τὸν φαρέτρεωνα ἀποκρεμάσας πρὸ τῆς ἁμάξης, μίσγεται ἀδεῶς. τέρμα δὲ ἡλικίης σφι προκεῖται ἄλλος μὲν οὐδεὶς, ἐπεὰν δὲ γέρων κάρτα, οἱ πρόσκοντες οἱ πάντες συνελθόντες θύουσί μιν, καὶ ἄλλα πρόβατα ἅμα αὐτῷ. ἑψήσαντες δὲ τὰ κρέα, κατευωχέονται. ταῦτα μὲν τὰ ὁλοιὰ τελὰ σφι νενόμισται. τὸν δὲ νόσῳ τελευτήσαντα ἀκάρπια σιτέονται, ἀλλὰ γῇ κρύπτουσι, συμφορὴν ποιεύμενοι ὅτι οὐκ ἵκετο ἐς τὸ τυθῆναι. σπείρουσι δὲ οὐδὲν, ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων ζώουσι καὶ ἰχθύων· οἱ δὲ, ἄφθονοί σφι ἐκ τοῦ Ἀράξεω ποταμοῦ προσγίνονται. γαλακτοπόται δέ εἰσι. θεῶν δὲ μοῦνον ἥλιον σέβονται, τῷ θύσι ἵππους· νόμος δὲ τοῦτο τῆς θυσίης· τοῖσι θεῶν τῷ ταχίστῳ, πάντων τῶν θνητῶν τὸ τάχιστον δωτέονται.

¶ Περσικὴ

¶ ἢ καὶ σιτέονται

1 Et abſque equis. 2 *Alii ſagarin ſecuris genus eſſe putant, & ipſemet Valla ſic alibi vertit.* 3 Circum habenas fr. 4 Eſt autem inſtitutum hoc ſacrificium ut deorum perniciſſimo omnium mortalium perniciſſimum mactent. *Sed Valla κ]ηνῶν legit pro* θνητῶν.

56 # ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΑ ὑπογραφομένη ΕΥΤΕΡΠΗ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM Liber ſecundus, qui inſcribitur EUTERPE.

ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣ δὲ Κύρυ, παρέλαβε τὴν βασιληίην Καμβύσης, Κύρυ ἐὼν παῖς καὶ Κασσανδάνης τῆς Φαρνάσπεω θυγατρός. τῆς περαποθανέσης, Κῦρος αὐτός τε πένθος μέγα ἐποιήσατο, καὶ τοῖσι ἄλλοισι περεῖπε πᾶσι τὴν ἦρχε, μέγα πένθος ποιέεσθαι. ταύτης μὲν τῆς γυναικὸς ἐὼν παῖς καὶ Κύρυ Καμβύσης, Ἴωνας μὲν καὶ Αἰολέας ὡς δούλυς πατρωίυς ἐόντας ἐνόμιζε· ἐπὶ δὲ Αἴγυπτον ἐποιέετο στρατηλασίην, ἄλλυς τε ἐπαγόμενος τὴν ἦρχε, καὶ δὴ καὶ Ἑλλήνων, Ἕλληνας, τὴν ἐπεκράτεε. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι, πρὶν μὲν ἢ Ψαμμήτιχον σφέων βασιλεῦσαι, ἐνόμιζον ἑωυτοὺς πρώτους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὲ Ψαμμήτιχος βασιλεύσας, ἠθέλησε εἰδέναι οἵ τινες γενοίατο πρῶτοι, ἀπὸ τούτου νομίζουσι Φρύγας πρωτέρους γενέας ἑωυτῶν, τοὺς δὲ ἄλλους, ἑωυτούς. Ψαμμήτιχος μὲν ὦν ἐπειδὴ οὐκ ἐδυνάτο πυνθανόμενος πέρην ἑκάστου τούτου ἀνευρεῖν οἵ γενοίατο πρῶτοι ἀνθρώπων, ὑπολαβὼν τοιόνδε· παιδία δύο νεογνὰ ἀνθρώπων τοὺς ὑπετυχόντων " διδοῖ ποιμένι τρέφειν ἐς τὰ ποίμνια τροφῇ τοιῇδε· ἐντειλάμενος μηδένα ἀντίον αὐτέων μηδεμίαν φωνὴν ἱέναι, ἐν στέγῃ δὲ ἐρήμῃ ἐν ἑωυτοῦ αἰγὰς ἐπαγινέειν σφίσι αἶγας. πλησάντων δὲ τῶν γάλακτος, καὶ τἄλλα διαπρήσεσθαι. ταῦτα δ' ἐποιέετο καὶ ἐνετέλλετο ὁ Ψαμμήτιχος, θέλων ἀκοῦσαι τοῦ παιδίων, ἀπαλλαχθέντων τοῦ ἀσήμου κνυζήματος, ἥντινα φωνὴν ῥήξουσι πρώτην. τοῦτο ὦν καὶ ἐγένετο. ὡς γὰρ διέτης χρόνος ἐγεγόνεε, ταῦτα τοῦ ποιμένος πρήσσοντος, ἀνοίξαντί τε τὴν θύρην, καὶ εἰσιόντι, τὰ παιδία ἀμφότερα προσπίπτοντα, " βέκκος ἐφώνεον, ὀρέγοντα τὰς χεῖρας.

ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣ δὲ Κύρυ, παρέλαβε τὴν βασιληίην Καμβύσης, Κύρυ ἐὼν παῖς καὶ Κασσανδάνης τῆς Φαρνάσπεω θυγατρός. τῆς περαποθανέσης, Κῦρος αὐτός τε πένθος μέγα ἐποιήσατο, καὶ τοῖσι ἄλλοισι περεῖπε πᾶσι τὴν ἦρχε, μέγα πένθος ποιέεσθαι. ταύτης μὲν τῆς γυναικὸς ἐὼν παῖς καὶ Κύρυ Καμβύσης, Ἴωνας μὲν καὶ Αἰολέας ὡς δούλυς πατρωίυς ἐόντας ἐνόμιζε· ἐπὶ δὲ Αἴγυπτον ἐποιέετο στρατηλασίην, ἄλλυς τε ἐπαγόμενος τὴν ἦρχε, καὶ δὴ καὶ Ἑλλήνων, Ἕλληνας, τὴν ἐπεκράτεε. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι, πρὶν μὲν ἢ Ψαμμήτιχον σφέων βασιλεῦσαι, ἐνόμιζον ἑωυτοὺς πρώτους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὲ Ψαμμήτιχος βασιλεύσας, ἠθέλησε εἰδέναι οἵ τινες γενοίατο πρῶτοι, ἀπὸ τούτου νομίζουσι Φρύγας πρωτέρους γενέας ἑωυτῶν, τοὺς δὲ ἄλλους, ἑωυτούς. Ψαμμήτιχος μὲν ὦν ἐπειδὴ οὐκ ἐδυνάτο πυνθανόμενος πέρην ἑκάστου τούτου ἀνευρεῖν οἵ γενοίατο πρῶτοι ἀνθρώπων, ὑπολαβὼν τοιόνδε· παιδία δύο νεογνὰ ἀνθρώπων τοὺς ὑπετυχόντων " διδοῖ ποιμένι τρέφειν ἐς τὰ ποίμνια τροφῇ τοιῇδε· ἐντειλάμενος μηδένα ἀντίον αὐτέων μηδεμίαν φωνὴν ἱέναι, ἐν στέγῃ δὲ ἐρήμῃ ἐν ἑωυτοῦ αἰγὰς ἐπαγινέειν σφίσι αἶγας. πλησάντων δὲ τῶν γάλακτος, καὶ τἄλλα διαπρήσεσθαι. ταῦτα δ' ἐποιέετο καὶ ἐνετέλλετο ὁ Ψαμμήτιχος, θέλων ἀκοῦσαι τοῦ παιδίων, ἀπαλλαχθέντων τοῦ ἀσήμου κνυζήματος, ἥντινα φωνὴν ῥήξουσι πρώτην. τοῦτο ὦν καὶ ἐγένετο. ὡς γὰρ διέτης χρόνος ἐγεγόνεε, ταῦτα τοῦ ποιμένος πρήσσοντος, ἀνοίξαντί τε τὴν θύρην, καὶ εἰσιόντι, τὰ παιδία ἀμφότερα προσπίπτοντα, " βέκκος ἐφώνεον, ὀρέγοντα τὰς χεῖρας.

YRO vita functo, regnum ſuſcepit CAMBYSES, ejus & Caſſandanæ Pharnaſpo genitæ filius: quam ante virum defunctam Cyrus ingenti luctu & ipſe proſequutus eſt, & cæteris quibus imperabat, eam ingenti luctu proſequi præcepit. His parentibus ortus 1 Cambyſes, quum Iones & Æoles pro hereditariis ſuis ſervis haberet, adverſus Ægyptios fecit expeditionem, comparato cum ex aliis tum vero è Græcis quibus dominabatur, exercitu. ¶ Egyptii autem, priuſquam apud eos regnaret PSAMMETICHUS, omnium hominum ſe primos extitiſſe arbitrabantur: verum Pſammeticho regnum adepto, quum inceſſiſſet cupido noſcendi quinam primi hominum extitiſſent, ex eo tempore putaverunt Phrygas quam ſe priores extitiſſe, ſe vero quam cæteros. Enimvero Pſammetichus, quum ſciſcitando quinam primi hominum extitiſſent, 2 nullum exitum invenire poſſet, hujuſmodi rem machinatur: Pueros duos ex humilibus parentibus recens natos, tradit paſtori inter pecora educandos hunc in modum: jubens ~~videlicet~~ neminem coram eis vocem ullam edere, ſed in deſerta caſa ambos ſeorſum collocari, 3 eiſdemque in tempore capras adduci: ubi autem lacte expleti forent, alia adminiſtrari. Hæc ideo faciebat jubebatque 4 Pſammetichus, quod quæ vox prima ex his pueris erumperet, ubi inarticulate vagire deſiſſent, audire cuperet: prout & contigit. Nam bimatus exacto tempore, paſtori qui hæc adminiſtrabat, aperienti januam atque intranti, ambo infantes porrectis manibus occurrentes, beccos clamabant.

1 Cambyſes, Iones quidem & Æoles pro paternis ſervis habebat, ſed adverſus Ægypt. *Sonabit autem* paternis, *à patre relictis*. 2 Nullam rationem inire poſſet, 3 Eiſdemque certis temporibus capr. 4 *Vulla ita verterat*, Jubebatque Pſammet. quòd cuperet ex pueris, ubi inarticulate vagire deſiſterent, audire : *legens* ἣν τινὰ φωνὴν, *pro* ἥντινα φωνήν.

Quod pri-

Quod primo audiens paſtor obticuit: quum verò crebrius adeunti & obſervanti idem verbum frequentaretur, ita demum re domino indicata, juſſus ab eo, pueros attulit exhibuitque. Quos quum & ipſe Pſammetichus audiſſet, percontabatur quinam homines beccos quippiam appellarent. Hæc percontans comperit Phrygas ſic panem appellare. 1 Tali negotio argumentati, Phrygas ſe priores extitiſſe Ægyptii conceſſerunt. Quod ita actum eſſe equidem ex ſacerdotibus Vulcani, qui ſunt Memphi, audiebam. Græci tamen cum alia multa inepta memorant, tum vero Pſammetichum pueros educandos curaſſe apud mulieres quarum linguas præcidiſſet. Hactenus de puerorum educatione referebant. Alia quoque apud Memphim audivi ex Vulcani ſacerdotibus, cum quibus in colloquium veni. Quinetiam harum ipſarum rerum gratia & Thebas & Heliopolin, *id eſt Solis urbem*, me contuli, animo cognoſcendi nunquid conſentanea dicturi eſſent iis quæ Memphi dicerentur. Nam Heliopolitani feruntur Ægyptiorum eſſe ſolertiſſimi. 2 Atque ex iis narrationibus, quæ ad rem divinam pertinentia audivi, ea non libenter enunciaverim, niſi ipſorum tantummodo nomina, exiſtimans omnes homines idem ſentire de his. quorum quicquid commemorabo, id oratione coactus commemorabo.

III

IV 3 ¶ Quæ autem humanarum rerum ſunt, hæc ita referebant inter ſe conſtare: Omnium hominum primos Ægyptios annum comperiſſe, 4 diſtinguentes eum in duodecim temporum menſes. Et hæc comperiſſe ex aſtris: qui eo prudentius (ut mihi videtur) 5 hoc agunt quam Græci: quod Græci quidem tertio quoque anno intercalarem menſem introducunt, temporum gratia: Ægyptii vero numero tricenorum dierum, quibus duodecim menſes taxant, adjiciunt quotannis quinos dies. unde eis ratio circuli temporum conſtat eôdem redeuntis. Ægyptios quoque primos, duodecim deorum cognomina in uſu habuiſſe, & ab illis Græcos fuiſſe mutuatos. Item primos diis & aras & ſimulacra & delubra ſtatuiſſe: quinetiam animalia in ſaxis ſculpſiſſe: 6 quarum rerum pleraque ita effecta opere demonſtrabant. Præterea primum mortalium regnaſſe Menem,

τὰ μὲ δὴ πρῶτα ἀκούσας, ἤσπχθ. ἰῶ ὁ πομιλώ· ὡς ὃ πυλλάκι φοιτέοντι καὶ ὅπμελεμβίῳ πολλὸν. ἰῶ τοῦτο τὸ ἔπθ., ὕτω δὴ σημήνας τῷ δεσπότῃ, ἤγαγε τὰ παιδία κελλύσαντος ἐς ὄψιν τὠὐτοῦ. ἀκούσας ὃ καὶ αὐτὸς ὁ Ψαμμήτιχθ., ἐπυνθάνετο οἵτινες ἀνθρώπων "βέκκος τὶ καλέουσι. πυνθανόμενθ. ὃ, ἐύρισκε Φρύγας καλέοντας τὸν ἄρτον. ὕτω σωνεχώρησαν Αἰγύπτιοι, καὶ τοιούτῳ ταθμησαμένοισι πρήγμασι, τοὺς Φρύγας πρεσβυτέρους εἶ) ἑωυτῶν. Ὧδε μὲ ἠμέας τῶν "ἱρέων τοῦ Ἡφαίστου ἐν Μέμφι ἤκουον. Ἕλληνες ὃ λέγουσι ἄλλά τε μάταια πολλὰ, καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμήτιχθ. ἐκλαμψὰν, τὴν δίαιταν ὕτως ἐποιήσατο τῶν "παιδίων ὧδε· ταύτῃσι τῇσι γυναιξί. κτ' μὲ δὴ τἰῶ τροφεῖ τῶν παιδίων τοσαῦτα ἔλεγεν. ἤκουσα ὃ καὶ ἄλλα ἐν Μέμφι, ἐλθὼν ἐς λόγους τοῖσι ἱρεῦσι τοῦ Ἡφαίστου· καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας τε καὶ ἐς Ἡλιόπολιν αὐτέων εἵνεκεν ἐτεραπόμην, ἐθέλων εἰδέναι εἰ συμβήσονται τοῖσι λόγοισι τοῖσι ἐν Μέμφι. οἱ γὰ Ἡλιοπολῖται λέγονται Αἰγυπτίων εἶ) λογιμώτατοι. τὰ μὲν νυν θεῖα τῶν ἀπηγημάτων οἷα ἤκουον, ἐκ εἰμὶ προθυμθ. ἐξηγέεσθαι ἔξω ἢ τὰ ὀνόματα αὐτέων μοῦνον· νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον τοῦ αὐτῶν ἐπίστασθαι. τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτῶν, κατὰ τὸ λόγου "ἀναγκαζόμενθ. ἐπιμνήσομαι. Ὅσα ὃ ἀνθρωπήια πρήγματα, ὧδε ἔλεγον ὁμολογέοντες σφίσι πρώτους Αἰγυπτίους ἀνθρώπων ἁπάντων ἐξευρεῖν τ' ἐνιαυτὸν, δυώδεκα μέρεα δασαμμένους τ' ὡρέων ἐς αὐτόν. ταῦτα δὲ ἐξευρεῖν ἐκ τῶν ἀστέρων ἔλεγον. ἄγουσι δὲ τοσῷδε σοφώτερον Ἑλλήνων (ὡς ἐμοὶ δοκέει) ὅσῳ Ἕλληνες μὲν ἅμα τρίτῳ ἔτθ. ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι, τῶν ὡρέων εἵνεκεν· Αἰγύπτιοι δὲ τριηκοντημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μηνας, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτθ. πέντε ἡμέρας παρεξ τὸν ἀριθμόν. καὶ σφι ὁ κύκλθ. τῶν ὡρέων ἐς τὠὐτὸ τρέπεται, τρέχοντα. δυώδεκά τε θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι, καὶ Ἕλληνας παρὰ σφέων ἀναλαβεῖν. βωμούς τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηοὺς θεοῖσι ἀπονεῖμαι σφέας πρώτους, καὶ ζῶα ἐν λίθοισι ἐγλύφαι. τυγχάνουσι μὲν νυν τὰ πλέω ἐρέω ἐδήλωσα ὕτω ἠμόμνα. βασιλεῦσαι "δὲ πρῶτον ἀνθρώπων ἔλεγον Μῆνα.

κακὸν

ἱρ. Ἡφ. τὸν

παίδων

ἐξαναγκαζόμενος

δὲ Αἰγύπτιοι πρ.

---

1 Ex hac re conjecturam facientes, Phr. *Vel*, Quum hanc rem examinaſſent. 2 Verùm quæ mihi ad deos pertinentia narrarunt, ea ſcriptis mandare non libet, præter illorum nomina: quod idem de illis omnes homines ſcire exiſtimem. Quæ autem præterea de his commem. 3 Quæ autem ad res humanas ſpectant, hæc ita communi conſenſu referebant. Omn. 4 Atque illi duodecim tempora diſtribuiſſe. Et hæc comp. 5 Annuum ſpatium exigunt ita diſtinctum. 6 Quæ ita ſe habuiſſe re ipſa comprobant magna ex parte. Præt.

ἐπὶ τόπου, πλοῦ τοῦ Θηβαϊκοῦ νομοῦ, πᾶσαν Αἴγυπτον εἶναι ἐλθόντα καὶ αὐτῆς εἶναι ἐόντα ἐπιτήδειον φράσαι περὶ νέων ἐνερθε λίμνης τῆς Μοίριος ἐόντων· ἐς τοῦτο ἀνάπλους ἀπὸ θαλάσσης ἑπτὰ ἡμερέων ἔστι ἀνὰ τὸν ποταμόν. Καὶ δή μοι ἐδόκεον λέγειν ταῦτα περὶ τῆς χώρης. δῆλα γὰρ δὴ καὶ μὴ πρακούσαντι, ἰδόντι γε (ὅσον τις γε σοφίσιν ἔχει) ὅτι Αἴγυπτος, ἐς τὴν Ἕλληνες ναυτίλλονται, ἔστι Αἰγυπτίοισι ἐπικτητός τε γῆ, καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ καὶ τὰ κατύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης, μέχρι τριῶν ἡμερέων πλόου, τῆς περὶ ἐκεῖνοι ἐδέν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον. Ἔστι δ' ἕτερον τοιοῦτον. Αἰγύπτου γὰρ φύσις τῆς χώρης ἔστι τοιήδε. πρῶτα μὲν περιπλέων ἔτι, καὶ ἡμέρης δρόμον ἀπέχων ἀπὸ γῆς, κατείς καταπείρητηρίῳ, πηλόν τε ἀνοίσεις, καὶ ἐν ἔνδεκα ὀργυιῇσι ἔσεαι. τοῦτο μὲν ἔτι τοσοῦτον δηλοῖ πρόχυσιν τῆς γῆς ἐοῦσαν. Αὐτῆς δὲ τῆς Αἰγύπτου ἔστι μῆκος τὸ παρὰ θάλασσαν, ἑξήκοντα σχοῖνοι, καὶ ἡμέες ἁλιρέομεν εἶναι Αἴγυπτον ἀπὸ τοῦ Πλινθινήτεω κόλπου μέχρι Σερβωνίδος λίμνης. παρ' ἣν τὸ Κάσιον ὄρος τείνει. ταύτης ὦν οἱ ἑξήκοντα σχοῖνοί εἰσι· ὅσοι μὲν γὰρ γεωπεῖναί εἰσι ἀνθρώπων, ὀργυιῇσι μετρήσασι τῇ χώρῃ· ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδίοισι· οἱ δὲ ἄφθονον λίθου, σχοίνοισι. δύνασθαι δὲ ὁ μὲν παράσαγξις τετράκοντα στάδια· ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος, μέτρον ἐὸν Αἰγύπτιον, ἑξήκοντα στάδια. ὥστε ἂν εἶησαν Αἰγύπτου στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ τετραχίλιοι, τὸ παρὰ θάλασσαν. Ἐνθεῦτεν καὶ μέχρι Ἡλιουπόλιος ἐς τὴν μεσόγαιαν, ἔστι δυρέα Αἰγύπτου, ἐοῦσα πᾶσα ὑπόλιτη τε καὶ ἄνυδρος, καὶ ἰλύς. ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς τὴν Ἡλιόπολιν ἀπὸ θαλάσσης ἄνω ἰόντι, παραπλησίη τὸ μῆκος τῇ ἔξ * Ἀθηναίων ὁδῷ τῇ ἀπὸ τῆς δυώδεκα θεῶν τοῦ βωμοῦ φερούσῃ ἐς τε Πίσαν καὶ ἐπὶ τὸν νηὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου. σμικρόν τι ‖ διάφορον δυοῖ τις ἂν λογίζόμενος τῆς ὁδῶν τουτέων τὸ μὴ ‖ ἴσας εἶναι, ἡ πλέον πεντεκαίδεκα σταδίων. ἡ μὲν γὰρ ἐς Πίσαν ἔξ Ἀθηναίων καταδεῖ πεντεκαίδεκα σταδίων, ὡς μὴ ἔλασσον πεντακοσίων καὶ χιλίων· ἡ δὲ ἐς Ἡλιόπολιν ἀπὸ θαλάσσης, πλησιοῖ ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον. Ἀπὸ δὲ Ἡλιουπόλιος ἄνω ἰόντι, στεινή ἐστι Αἴγυπτος. τῇ μὲν γὰρ τῆς Ἀραβίης ὄρος παρατέταται, φέρον ἀπ' ἄρκτου ‖ πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον, αἰεὶ ἄνω τεῖνον ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασσαν. ‖ τῇ δὲ ἐς μεσαμβρίης τε καὶ νότου,

ac ſub eo omnem Ægyptum, præter Thebaicam provinciam, paluſtrem fuiſſe: ex eaque nihil eorum quæ nunc ſunt ſupra ſtagnum Myrios, extitiſſe: in quod ſtagnum à mari per flumen ſeptem diebus navigatur. Atque de regione bene V mihi dicere videbantur. manifeſtum enim eſt ei qui, ſi antea non audierit, tamen inſpexerit, (modo ſit ſolertia præditus) Ægyptum in quam Græci navigant, acceſſionem eſſe terræ, ac fluminis donum: quinetiam loca quæ ſupra ſtagnum hoc ſunt, ad trium uſque dierum navigationem. De qua non jam tale quicquam commemorabant. Eſt autem & aliud tale: Ægyptiacæ regionis hujuſcemodi natura eſt: Jam primum quum Ægyptum verſus in alto curſum tenens, abes procul ab ea adhuc diurnæ navigationis ſpatio, 1 patieris ſenſum cæni, etiam in aqua undecim alta 2 paſſus: quæ res declarat eatenus eſſe humum aggeſtam. Ip- VI ſius autem Ægypti longitudo ſecundum mare, ſexaginta eſt ſchænorum, *id eſt funiculorum*: quemadmodum nos Ægyptum diſtinguimus à ſinu Plinthinete, *id eſt lateritio*, uſque ad ſtagnum Selbonidis: ad quod mons Caſſius uſque pertingit. Itaque ab hac parte ſexaginta ſchœni ſunt. Etenim qui modicum terræ poſſident, metiuntur illam 3 paſſibus: qui minus inopes terræ ſunt, metiuntur ſtadiis: qui multum poſſident, paraſangis: qui plurimum, ſchœnis. Conſtat autem paraſanga tricenis, ſchœnus, (qui menſura eſt Ægyptiaca) ſexagenis ſtadiis. Ita erat Ægyptus ſecundum mare ſtadiorum trium millium ſexcentorum. Hinc ad VII Heliopolin mediterranea verſus Ægyptus ſpatioſa eſt, 4 ſupina omnis & aquarum inops ſimul ac limoſa. A mari ad Heliopolin eundo per ſuperiora, iter eſt ejuſdem ſpatii cujus id quod ab Athenis ab ara duodecim deorum fert Piſam & ad delubrum Jovis Olympii: quæ itinera ſiquis computet inveniet parum quiddam differre quo minus paria ſint, ac non amplius quindecim ſtadiis. Nam viæ quæ ex Athenis Piſam fert, quindecim ſtadia deſunt quominus ſit mille & quingentorum ſtadiorum: at ea quæ à mari ad Heliopolin ducit, hunc ſtadiorum numerum complet. Ab Heliopoli autem per VIII ſuperiora eundo Ægyptus anguſta eſt. nam ab una parte mons Arabiæ exporrigitur, ab aquilone ferens ad meridiem atque ad auſtrum, ſemper ſurſum tendens ad mare quod rubrum vocatur.

---

1 Demiſſa bolide, *id eſt nautico perpendiculo*, cænum erues, etiam in aq. 2 Ulnas. *Gr. orgyis.* 3 Ulnis. Gr. *orgyis.* 4 Depreſſa. i. *campeſtris, non montoſa.* * Ἀθηνέων *Æmilius Portus.*

Ibi inſunt

Ibi insunt & lapidicinæ, ad pyramides quæ sunt apud Memphin, excisæ. Ab hac quidem parte desinens mons, 1 declinat in quæ dictum est. Qua vero parte productior seipso est, duorum ego audiebam mensium itineris esse ab aurora ad hesperum: & ejus extrema quæ ad auroram vergunt, feracia thuris esse. Atque hic quidem mons talis est. Quo autem latere Africam Ægyptus spectat, alius mons saxeus extenditur, in quo pyramides sunt, sabulo obsitus, eodem modo quo Arabici montis tractus qui ad meridiem fert. Itaque ab Heliopoli non ita multorum spatiorum est iter quod modò Ægypti sit, sed angusta est, & quatuor duntaxat dierum navigationem habet. Inter eos quos dixi montes quod est intercapedinis, campestris est terra, stadiorum ferme (ut mihi videtur) qua parte arctissima est, non amplius ducentorum, è monte Arabico ad eum qui dicitur Libycus.

IX Illinc rursus Ægyptus laxa est. Atque ita situs regionis natura comparatus est. Ab Heliopoli autem ad Thebas novem diebus navigatur, spatio quatuor millium octingentorum & sexaginta stadiorum, hoc est, unius & octoginta schœnorum: quæ Ægyptia stadia collecta, secundum quidem mare sunt, (prout à me superius indicatum est) tria millia sexcenta: quantum vero à mari ad Thebas mediterraneum sit, indicabo. sunt enim sex millia ac centum viginta stadia: à Thebis autem ad urbem nomine Elephantinam,

X octingenta viginti. Hujus igitur regionis quæ à me dicta est, pleraque pars (ut & sacerdotes aiebant, & mihi ipsi esse videbatur) acquisititia Ægyptiis est. Siquidem quod inter prædictos montes, supra Memphim urbem positos, medium est, videtur mihi sinus maris aliquando fuisse, quemadmodum ea quæ sunt circa Ilium & Teuthraniam, & Ephesum, & Mæandri planitiem, ut hæc parva magnis comparentur. quoniam nullum eorum fluminum quæ has regiones oblimaverunt, dignum est comparari uni ex septem ostiis Nili, magnitudine. Sunt & alii fluvii nequaquam magnitudine Nili, qui magna opera ediderunt, quorum nomina possem referre: cum aliorum tum vero Acheloi, qui per Acarnaniam fluens in Echinadum insularum mare, jam eas media ex parte fecit continen-

XI tem. ¶ Est autem Arabicæ regionis, non procul ab Ægypto, sinus maris, exiens ex eo quod rubrum vocatur, ita longus atque arctus ut differendo ostendam.

ἐν τῷ κὴ λιθοτομίαι ἔνεισι, αἱ ἐς τὰς πυραμίδας καταλ μηθεῖσαι τὰς ἐν Μέμφι. ταύτῃ μὲ λῆγον, ἀνακάμπτει ἐς τὰ εἰρηται, τὸ ὄρ Θ. τῇ δ' αὐτὸ ἑωϋτῦ ἔζι " μακρότερον, ὡς ἐγὼ ἐπισθανόμην δύο μηνῶν αὐτὸ ἐὸν τῆς ὁδῦ ἀπὸ " ἕω πρὸς ἑσπέρην. τὰ δ' πρὸς τιλὼ " ἕω, λιβανωτιφόρα αὐτῦ τὰ τέρματα ἔζι. τῦτο μὲν νυν τὸ ὄρ Θ. τοιῦτόν ἔζι· τὸ δ' πρὸς Λιβύης τὴ Αἰγύπτιε ὄρ Θ. " ἄλλο πέτρινον τείνει, ἐν τῷ αἱ πυραμίδες ἔνεισι, ψάμμῳ κατειλημμένον, τεταμμένον, τ' αὐτὸν τρόπον κὴ τ' Αραβίε τὸ πρὸς μεσαμβρίην φέροντα. τὸ μὲν δὴ ἀπὸ Ἡλιυπόλιος, ἐκέτι πολλῶν χωρίων, ὡς ἔζι Αἰγύπτε, ἀλλ' ὅσον τε ἡμερέων τεσσέρων ἀναπλόε τείνη ἔζι, Αἴγυπτος ἐῦσα. τῶν δ' ὀρέων τ' εἰρημένων τὸ μεταξύ, πεδιὰς μὲν γῆ, σάδιοι δ' μάλιστα εὐδοκέον μοι ἔζι, τῇ τεινότατόν ἔζι, διηκοσίων ὲ πλείυς, ὀκ τῦ Αραβίε ὄρεος ἐς τὸ Λιβυκὸν καλεόμενον. τὸ δ' ἐνθεῦτεν αὖτις δύρέα Αἴγυπτός ἔζι. Γέφυκε μὲν ὦν ἡ χώρη αὕτη ὕτω. ἀπὸ δὲ Ἡλιυπόλιος ἐς Θήβας ἔζι ἀνάπλο Θ. σινέα ἡμερέων. σάδιοι δὲ τ' ὁδῦ ἑξήκοντα κὴ ὀκτακόσιοι κὴ τετρακισχίλιοι, σχοίνων ἐνὸς κὴ ὀγδώκοντα ἐόντων. ὅτοι σωστεθειμμένοι σάδιοι Αἰγύπτε, τὸ μὲ θαλάσσαν, ἤδη μοι κὴ πρότερον δεδήλωται, ὅτι ἑξακοσίων τέ ἔζι σαδίων κὴ τεσχιλίων· ὅσον δ' τῇ ἀπὸ θαλάσσης " μέχρι Θηβαίων μεσόγαιά ἔζι σημανέω. σάδιοι γάρ εἰσι εἴκοσι κὴ ἑκατὸν κὴ ἑξακισχίλιοι. τὸ δὲ ἀπὸ Θηβαίων ἐς Ἐλεφαντίνην καλεομένην πόλιν, σάδιοι εἴκοσι κὴ ὀκτακόσιοι εἰσί. Ταύτης ὦν τῆς χώρης τῆς εἰρημένης ἡ πολλὴ, κατά περ οἱ ἱρέες ἔλεγον, ἐδόκεε δ' κὴ αὐτὸς μοι ἔζι ἐπικλήσ Θ. Αἰγυπτίοισι. τῶν γὰρ ὀρέων τῶν εἰρημένων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων τὸ μεταξύ γ' ἐφαίνετό μοι εἶναί κοτε κόλπο Θ. θαλάσσης, ὥσπερ τά τε πρὸς Ἴλιον κὴ Τευθρανίην, κὴ Ἔφεσόν τε κὴ Μαιάνδρυ πεδίον· " ὡς ἔζι σμικρὰ ταῦτα μεγάλοισι συμβαλέειν. τῶν γὰρ ταῦτα τὰ χωρία προχωσάντων ποταμῶν, ἑνὶ τῶν στομάτων τῦ Νείλυ ἐόντ Θ. ἐπιλασόμυ, ἐδεήθη αὐτῶν πλήθε Θ. πολλὸν ἄξι Θ. συμβληθῆναι ἔζι. εἰσὶ δ' κὴ ἄλλοι ποταμοὶ ὀ κτὼ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα, οἵ τινες ἔργα ἀποδεξάμενοι μεγάλα εἰσί· τῶν ἐγὼ φεάσαι ἔχω ὀνόματα, κὴ ἄλλων, κὴ ὀκ ἥκιστα Ἀχελῴυ· ὃς ῥέων δι' Ἀκαρνανίης, κὴ " ἐξιὼν ἐς τιλὺ θάλασσαν, τῶν Ἐχινάδων νήσων τὰς ἡμίσεας ἤδη ἤπειρον πεποίηκε. " Ἔστι δ' τῆς Αραβίης χώρης, Αἰγύπτε δὲ ὀ πρόσω, κόλπο Θ. θαλάσσης ἐσέχων ὀκ τῆς Ἐρυθρῆς " καλεομένης, μακρὸς ὕτω δή τις κὴ στενός, ὡς ἔρχομαι φεάσων.

μακρότατον

ὥστε

ἐξιεὶς

καλ. θαλάσσης,

1 Reflectitur versus ea quæ dixi *loca*.

μῆκ Θ.

μῆκος μέν, πλόῳ ἀρξαμένῳ ἐκ μυχοῦ διεκπλῶσαι ἐς τὸν ὑρείλιον θάλασσαν, ἡμέρας ἀναισιμοῦνται τεσσερακοντα, εἰρεσίη χρεωμένῳ· εὖρος δὲ τῇ εὐρυτάτῳ ἐστὶ ὁ κόλπος, ἡμισυ ἡμέρης πλόου. ῥηχίη δ' ἐν αὐτῷ ἐστὶ ἀμπωτις ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γινεται. ἕτερον τοιοῦτον κόλπον ἐστὶ τὸν Ἀἰγυπτον δοκέω γενέσθαι· τὸν μὲν, ἐκ τῆς Βορέης θαλάσσης ἐχεονλα ἔχοντα ἐπ' Αἰθιοπίης τὸν ὄ, Ἀραβίον, τὸν ἔρχομαι λέξων, ἐκ τῆς νοτίης φέροντα ἐπὶ Συρίης· σχεδὸν μὲν ἀλλήλοισι συμπεσαίνοντας τὰς μυχὰς, ὀλίγον δέ τι ἀπαλλάσσοντας τῆς χώρης. εἰ ὧν δὴ ἐνδελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος ἐς τοῦτον τὸν Ἀραβίον κόλπον, τί μιν κωλύει ῥέοντος τούτου, χωσθῆναι ἐτέων ἐστὶ τοὺς γε δισμυρίων ἐτέων; ἐγὼ μὲν γὰρ ἔλπομαί γε μυρίων ἐόντων χωσθῆναι ἄν κε γε δὴ ἐν τῷ περαναισιμωμένῳ χρόνῳ πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι, ἐκ ἀναχωδεῖν κόλπον, ἢ πολλῷ μέζων ἐπὶ τούτῳ, ὑπὸ τοσούτου τε ποταμοῦ ἐόντος ἐργατικοῦ; Τὰ μὲν Αἰγυπτίων ὧν, καὶ τοῖσι λέγουσι αὐτὰ πείθομαι, καὶ αὐτὸς ὥρων χώρτα δοκέω εἶναι), ἰδών τε τὸν Αἰγυπτον προχειμένην τῆς ἐχομένης γῆς, κογχύλιά τε φαινόμενα ἐπὶ τοῖσι ὄρεσι, καὶ ἅλμην ἐπανθέουσαν· ὥστε καὶ τὰς πυραμίδας θηλέειν· καὶ ψάμμον μοῦνον Αἰγύπτου ὀρέοντα τοῦτο τὸ ὑπὲρ Μέμφιος ἔχον. πρὸς δὲ τῇ χώρῃ, ἔστε τῇ Ἀραβίῃ προσέρῳ ἐούσῃ τὸν Αἰγυπτον προσεκέλλει, ἔστε τῇ Λιβύῃ, οὔτε μὰ ὁδὲ τῇ Συρίῃ, (τῆς γὰρ Ἀραβίης τὰ πρὸς θάλασσαν Σύριοι νέμονται) ἀλλὰ μελάγγεόν τε καὶ καταῤῥηγνυμένην, ὥστε ἐοῦσαν ἰλύος τε καὶ πόχυσιν ἐξ Αἰθιοπίης καταφερεομένην ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ. τὴν δὲ Λιβύην ἴδμην ἐρυθροτέρην τε γῆν καὶ ὑποψαμμοτέρην· τὴν δὲ Ἀραβίην τε καὶ Συρίην ἀργιλωδεστέρην τε καὶ ὑποπετρον ἐοῦσαν. Ἔλεγον δὲ καὶ τόδε μοι μέγα τεκμήριον τῆς χώρης ταύτης οἱ ἱρέες, ὡς ἐπὶ Μυρίου βασιλῆος, ὅκως ἔλθοι ὀκτὼ πήχεας τὸ ἐλάχιστον, ἀρδεύσκε Αἴγυπτον τὴν ἔνερθε Μέμφιος. καὶ Μυρις ὄκως ἐτέα ἐννακόσια τετελεύτηκώς, ὅτε τῷ ἱρέων ταῦτα ἐγὼ ἤκουον. νῦν δὲ εἰ μὴ ἔτι ἐκκαίδεκα ἢ πεντεκαίδεκα πήχεας ἀναβῇ τὸ ἐλάχιστον ὁ ποταμὸς, οὐκ ὑπερβαίνει ἐς τὸν χῶρον. δοκέουσι δέ μοι Αἰγυπτίων οἱ ἔνερθε τῆς λίμνης τῆς Μυρίος, οἰκέοντες τά τε ἄλλα χωρία καὶ τὸ καλεόμενον Δέλτα, ἐπὶ ὅσον χρόνον ὑπολείπεται ἐς ὕψος, καὶ τὸ ὅμοιον ἀποδώσειν ἐς αὔξησιν, μὴ καλακλύζοντος αὐτὸν τὸν Νείλου,

Prolixitas quidem, inchoando navigationem [1] ex Inacho in amplum æquor, conſumit quatuor dies remigationis: latitudo vero, ubi ſinus ampliſſimus eſt, dimidiatum diem navigationis. In quo ſinu quotidie reciprocatio aquarum & vadoſum æſtuarium eſt. Porro alium hujuſmodi arbitror ſinum extitiſſe qui in Ægyptum ferretur, à mari ſeptentrionali Æthiopiam verſus tendens: ſicut Arabicus (de quo à me ſermo inſtitutus eſt) ab auſtrino Syriam verſus tendit: qui prope inter ſe ſuos receſſus terminant, exiguo quodam terræ intervallo dirempti. Quod ſi in hunc Arabicum ſinum Nilus velit alveum ſuum convertere, quid prohibebit aſſidue fluentem, quin intra viginti millia annorum illum oblimet? [2] Ego enim credo, intra decem millia annorum qui ante me natum tranſierunt, ſicubi ſiccanea facta ſunt, nimirum & ſinum ſiccaneum fieri poſſe, etiam multo quam hic eſt majorem, à tanto flumine atque ita operoſo. Itaque quæ de Ægypto à referentibus audivi, ea & ipſe ita habere exiſtimo. quippe quum videam & Ægyptum eſſe exporrectam à terra contigua, & conchylia exiſtere in montibus, ac ſalſuginem exudare, quæ etiam pyramides corrumpat: & ſolum hunc montem qui in Ægypto imminet Memphi, arenas habere. Præterea regionem hanc nulli alteri conterminæ, aut Arabiæ, aut Libyæ, aut Syriæ aſſimilem eſſe (etenim Arabiæ maritimam oram Syrii incolunt) ſed nigram terram & [3] fragilem habere, utpote limo ex alluvionibus ab Æthiopia flumine devecto. Nam Libyam humum ſcimus magis rubram eſſe, & magis [4] ſubarenaceam: Arabicam vero atque Syriacam, argilloſiorem ac ſuppetroſam. Quinetiam hoc magnum hujus regionis documentum aiebant ſacerdotes, ſub rege Myri fluvium, quoties octo cubitis, dum minimum, influebat, irrigaſſe Ægyptum quæ infra Memphim eſt. necdum ab obitu Myris nongenti erant anni ad tempus quo hæc ego à ſacerdotibus audiebam. At nunc, niſi ad ſedecim aut ad quindecim ſaltem cubitos aſcendat fluvius, in regionem non tranſcendit. Quæ regio, ſi proportione in altum ſurgat, & tantundem ad incrementum tendat, non reſtagnante eam Nilo, videntur mihi Ægyptii utique qui infra paludem Myridis incolunt cum alia loca tum vero eum qui vocatur Delta,

XII

XIII

1 Ab ejus receſſu uſque ad latum mare. *Legendum eſt enim ex vet. cod.* μυχοῦ, *non* ἰνάκου, *ut legit Valla: nec* μάχου, *ut in vulg. edit. habetur.* 2 *Hic Græca exempl. mendoſa eſſe videntur.* 3 In rimas fiſſam. 4 Subarenaceam *vocat cui arena ſubeſt: ſuppetroſam (vel potius ſubpetroſam) cui petræ ſubſunt. i. lapides. q. d. petricoſam. i. lapidoſam. Sic exprimere voluit* ὑποψαμμοτέρην & ὑποπετρον.

idem

idem paſſuri omni futuro tempore, quod aiebant ipſi paſſuros aliquando Græcos. Nam quum audirent omnem Græcorum terram pluvia perfundi, non fluminibus, ut ſuam, dicebant fore ut decepti aliquando magna ſpe, male[1] eſurirent. Qui ſermo hoc dicere vult, Græcos ſi nolit eis deus pluere, ſed ſiccitatem immittat, fame extinctum iri, utpote quibus nihil
XIV aquæ, niſi tantum à Jove, ſuppetat. Atque hæc quæ ab Ægyptiis in Græcos dicuntur, recte ſe habent: age, nunc viciſſim dicam quomodo res ipſis Ægyptiis ſe habeant. Si, ut ſuperius dicebam, quæ infra Memphim eſt regio, (hæc enim eſt quæ augeſcit) velit in altum augeſcere proportione præteriti temporis, 2 quid aliud Ægyptios, qui illic incolunt, quam eſurituros? ſi neque guſtare ea quæ ab Jove ſunt, neque à flumine reſtagnari queant rura ipſorum? Iſti nanque ex omnibus hominibus, atque ex omnibus Ægyptiis, maxime illaboratum percipiunt fructum, qui neque proſcindendis aratro ſulcis, neque ſubigendo ſolo, neque aliud quicquam exercendo eorum quæ in arvis colendis cæteri mortales, laborem tolerant: ſed poſtquam fluvius ſua ſponte ſuperveniens irrigavit rura, irrigataque reliquit rurſus, tunc in ſuum quiſque rus jacto ſemine [illegible] immittit, conculcatoque ſuibus ſe[illegible], meſſem deinde expectat: atque ubi 3 ſuibus ſemen verſaverit,
XV ita demum frumentum percipit. Quod ſi vellemus de Ægypto Ionum uti ſententiis, qui ſolum Delta Ægyptum eſſe aiunt, à Perſei ſpecula appellata, dicentes illam ſecundum mare, ad Peluſiacas uſque taricheas, quadraginta ſchœnorum eſſe: à mari autem mediterranea verſus, pertingere ad Cercaſorum urbem, juxta quam ſcinditur Nilus in Peluſium fluens & in Canobum: cætera vero Ægypti, partim eſſe Africæ, partim Arabiæ: oſtenderemus, hac ratione utentes, nullam Ægypti primitus fuiſſe regionem. Nam Delta eis (ut ipſi dicunt, & mihi videtur) 4 defluxa humus eſt, & quæ nuper (ut ſic dicam) extitit. Itaque ſi nulla eis terra erat, quid curioſi ſunt, putantes ſe primos homines extitiſſe? 5 qui ne in puerorum quidem experimentum, qui primam linguam proderent, ire debebant. Ego certe Ægyptios opinor neque

πείσεσθαι τὸ πάντα χρόνον τὸ ὑπόλοιπον Αἰγύπτιοι, τό κῆτε αὐτοὶ Ἕλληνας ἔφασαν πείσεσθαι. "πυθανόμενοι γὰρ ὡς εἴη πᾶσα ἡ χώρη τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' ὑ πολαμοῖσι ἀρδομένη, καὶ λάπτῳ ἡ σφετέρη, ἔφασαν Ἕλληνας ψευδαύχεας κῆτε ἐλπίδος μεγάλης, καὶ κενῆς "πειήσειν τὸ ὕ ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν, ὡς εἰ μὴ ἐθελήσει σφι ὕειν ὁ Ζεύς, ἀλλ' ἀνωμαλίῃ διαχεόμενος, λιμῷ οἱ Ἕλληνες αἱρεθήσονται. ἐ γὰ δή σφι ἔστι ὕδατι ἀρδόμενα ἄλλη ἀπορέουσα ὅτι μὴ ὑπὸ τοῦ Διὸς μοῦνον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς Ἕλληνας Αἰγυπτίοισι ὀρθῶς ἔχοντα εἴρηται φέρε ὕ νῦν καὶ αὐτοῖσι Αἰγυπτίοισι ὡς ἔχει φράσω. εἰ σφι" ἐθελήσει (ὡς κὰ πρότερον εἶπον) ἡ χώρη ἡ ἔνερθε Μέμφιος (αὕτη γὰ ἔστι ἡ αὐξανομένη) κατὰ λόγον τὸ "παρεωμένου χρόνου ἐς ὕψος αὐξάνεσθαι, ἄλλο τί ἢ οἱ ταύτῃ οἰκέοντες Αἰγυπτίων πείσονται; εἰ μήτε γὰ ὕσεταί σφι ἡ χώρη τοῦ ἀπὸ Διός, μήτε ὁ ποταμὸς οἷός τ' "ἔσται ἀρόρας τρέπεσθαι; ἢ γὰ δὴ νῦν γε ἕτοιμοί εἰσι ἀπονητότατα καρπὸν θερίζοντες" ἐκ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἁπάντων, καὶ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων· οἳ ἔτι ἀρότρῳ ἀναρρηγνύντες αὔλακας, ἔχουσι πόνους, ἔτι σκάλλοντες, ἔτι ἄλλο ἐργαζόμενοι ὠδέν, πρὸς ἄλλοι ἄνθρωποι τρόπον λήϊον πτήσσει. ἀλλ' ἐπεὰν σφι ὁ ποταμὸς αὐτόματος" ἐπανελθὼν ἄρσῃ τὰς ἀρόρας, ἄρσας ὕ, ἀπολείπῃ ὀπίσω, τότε ὠ εἰραὶ ἕκαστος τὸ ἑωυτοῦ ἄρυραν, ἐσβάλλει ἐς αὐλὴν ὗς. ἐπεὰν ὕ" καὶ ἀπαλήθῃ τοῖσι ὑσὶ τὸ ὠέρμα, τὸ ἀμείλιον τὸ ἀπὸ τούτου μίσει. ἀποδυήσας δὲ" τοῖσι ὑσὶ τὸ σῖτον, τὸν κομίζεται. Εἰ ὧν βουλόμεθα γνώμῃσι τοῖσι Ἰώνων χρᾶσθαι" τοῖσι Αἰγύπτιοι, οἳ φασι τὸ Δέλτα μοῦνον εἶ) Αἰγυπτίων, ἀπὸ Περσέως" καλεόμενον σκοπῆς, λέγοντες τὸ τοῖσι θαλάσσαν εἶ) " αὐλὴν, μέχρι ταριχείων τῶν Πηλουσιακῶν, τῇδε τετραπάχεά εἰσι χοῖνοι. τὸ ὕ ἀπὸ θαλάσσης λεγόμενον ἐς μεσόγαιαν τείνειν αὐλὴν, μέχρι Κερκασώρου πόλιος, κατ' ἣν σχίζεται ὁ Νεῖλος, ἐς τε Πηλούσιον ῥέων καὶ ἐς Κανωβον, τὰ ὕ ἄλλα λεγόμενα τῶν Αἰγύπτιοι, τὰ μὲ Λιβύης, τὰ ὕ Ἀραβίης εἶ). ἀποδεικνύοιμι ἄν, τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενος, Αἰγυπτίοισι οὐκ ἐοῦσαν πρότερον χώρην. ἤδη γάρ σφι τό γε Δέλτα (ὡς αὐτοὶ λέγουσι Αἰγύπτιοι, καὶ ἐμοὶ δοκέει) ἔστι καταῤῥυτόν τε, καὶ νεωστί, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἀναπεφηνός. εἰ τοίνυν σφι χώρη γε μηδεμίη ὑπῆρχε, τί περιεργάζονται δοκέοντες πρῶτοι ἀνθρώπων γεγονέναι; οὐδὲ ἔδει σφέας ἐς διάπειραν τῶν παιδίων ἰέναι, τίνα γλῶσσαν πρώτην ἀπύσουσι. ἀλλ' ἔστε Αἰγυπτίους δοκέω

πυθόμενοι

πειήσειν.

βούλει

ἔσται ἐς τὰς ἀρ.

ἐκ γῆς, τῶν

ἐπελθὼν

κατασπήσῃ τῆς

τῇσι

τὰ περὶ

καλεομένης

αὐτῆς

περιεργάζονται

1 *Recte legit Valla* πειήσειν (*ut habent vet. cod.*) *non* πείσεσθαι. 2 Nonne Ægyptios qui hanc partem incolunt, eſurire neceſſe fuerit, ſi neque Jupiter illorum regioni pluet, neque fluvius in arva illorum tranſcendere poſſit? Nunc enim iſti minore labore quam omnes alii homines, atque adeo quam cæteri Ægyptii, fructum è terra percipiunt: qui neque ſe fatigant proſcindendis aratro ſulcis, neque ſarriendo ſolo, neque aliud q. *Lego autem* ὕεσθαι *pro* γεύεσθαι. 3 Suum ope frumentum è ſpicis excuſſerit, tum demum colligit. Quod ſi &c. *Sunt enim qui* σῖτον ἀποδυήσας *id ſignificare hic putent, ut id loco ſit triturationis.* 4 Humus eſt alluvie fluvii devecta. 5 Nil ſane neceſſe fuit eos in infantibus experiri quam primam vocem emitterent. Ego certe Ægyp. &c. *Hujus autem facti meminit libro eodem ſupra.*

ἀμε.

ἅμα τῷ Δέλτα τῷ ὑπὲρ Ἰώνων καλεομένῳ γηγενέας, αἰεί τε ἓν ἐξ ἑνὸς ἀνθρώπων γηγόνεσθαι. ἐρημώσης δὲ τῆς χώρης, πολλοὺς μὲν τοὺς ὑπολειπομένους αὐτέων γενέσθαι, πολλοὺς δὲ τοὺς ὑποκαταβαίνοντας. τὸ δὲ ὧν πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο· τῆς τὸ περίμετρον σταδίοι εἰσὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι. Εἰ ὦν ἡμεῖς ὀρθῶς περὶ αὐτέων γινώσκομεν, Ἴωνες οὐκ ὀρθῶς φρονέουσι περὶ Αἰγύπτου· εἰ δὲ ὀρθή ἐστι ἡ τῶν Ἰώνων γνώμη, Ἑλλήνων τε καὶ αὐτοὺς Ἴωνας ἀποδείκνυμι οὐκ ἐπισταμένους λογίζεσθαι· οἱ φασι τρία μέρεα εἶναι τὴν γῆν πᾶσαν, Εὐρώπην τε καὶ Ἀσίην καὶ Λιβύην. τέταρτον δὲ δεῖ σφέας προσλογίζεσθαι Αἰγύπτου τὸ Δέλτα, εἰ μήτε γε ἐστὶ τῆς Ἀσίης, μήτε τῆς Λιβύης. διὰ δὴ ὁ Νεῖλος οὗτος οὐκ ἔσται τε τοῦτο. τὸν λόγον, ὁ τὴν Ἀσίην διείργων τῇ Λιβύῃ. τὸ Δέλτα ἐὸν τοῦτο καὶ τὸ ὀξὺ διαῤῥήγνυται ὁ Νεῖλος· ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίης τε καὶ Λιβύης γίνοιτ' ἄν. Καὶ τὴν μὲν Ἰώνων γνώμην ἀπέμψω· ἡμεῖς δὲ ὧδε καὶ περὶ τούτων λέγομεν. Αἴγυπτον μὲν πᾶσαν εἶναι ταύτην τὴν ὑπὸ Αἰγυπτίων οἰκεομένην, κατάπερ Κιλικίην, τὴν ὑπὸ Κιλίκων, καὶ Ἀσσυρίην, τὴν ὑπὸ Ἀσσυρίων. ἔρυμα δὲ Ἀσίης καὶ Λιβύης οἶδα μὲν ἐὸν ὀρθῷ λόγῳ, εἰ μὴ τῶν Αἰγυπτίων ἔρυς. εἰ δὲ τῷ ὑπὲρ Ἑλλήνων νενομισμένῳ χρησόμεθα, νομιοῦμεν Αἴγυπτον πᾶσαν ἀρξαμένην ἀπὸ Καταδούπων τε καὶ Ἐλεφαντίνης πόλιος, δίχα διαιρέεσθαι, καὶ ἀμφοτέρων τῶν ἐπωνυμίων ἔχεσθαι τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς, εἶναι τῆς Λιβύης. τὰ δὲ, τῆς Ἀσίης. ὁ γὰρ δὴ Νεῖλος ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν Καταδούπων, ῥέει, μέσην Αἴγυπτον χίζων, ἐς θάλασσαν. μέχρι μὲν νυν Κερκασώρου πόλιος ῥέει εἰς ἐὼν ὁ Νεῖλος· τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλιος, χίζεται τριφασίας ὁδούς· καὶ ἡ μὲν πρὸς νότου τρέπεται, καλέεται Πηλούσιον στόμα· ἡ δὲ ἑτέρη τῶν ὁδῶν πρὸς ἑσπέρην ἔχει. τοῦτο δὲ Κανωβικὸν στόμα κέκληται. ἡ δὲ δὴ ἰθέα τῶν ὁδῶν τῷ Νείλῳ ἔρχεται ἥδε· ἄνωθεν φερόμενος, ἐς τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα ἀπικνέεται. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου χίζων μέσον τὸ Δέλτα ἐς θάλασσαν ὀρθοῖ, ὅτε ἐλαχίστῳ μοίρῃ τοῦ ὕδατος παρεχόμενος. ταύτῃ δὲ ἔτε ἦκισα ἐνομαστός. τὸ καλέεται Σεβεννυτικὸν στόμα ἔστι δὲ καὶ ἕτερα δύο στόματα ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ ἀποσχισθέντα, φέροντα ἐς θάλασσαν, τοῖσι οὐνόματα κέεται τάδε· τῷ μὲν, Σαϊτικὸν αὐτέων, τῷ δὲ, Μενδήσιον. τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά. Μαρτυρέει δέ μοι τῇ γνώμῃ ὅτι τοσαύτη ἐστὶ Αἴγυπτος, ὅσον τινὰ ἐγὼ ἀποδέκνυμι τῷ λόγῳ, καὶ τὸ Ἄμμωνος χρηστήριον ἐμοὶ ὑμοῦτε γνώμησι ὕστερον ἦλθε Αἴγυπτον

ἐκαλέοντο.

60

δὲ δὴ εἰ

cum loco quem Delta Iones vocant, pariter extitisse, sed semper fuisse ex quo genus humanum extitit, 1 progressuque terræ multos ex eis reliquos fuisse, multos aliunde subingressos. Ideoque olim Thebæ Ægyptus vocabatur, cujus ambitus est stadiorum sex millium ac centum viginti. Itaque si nos de eis recte sentimus, Iones non recte sentiunt de Ægypto: sin recte Iones sentiunt. ostendo neque Græcos neque Iones scienter computare: qui aiunt tria membra totam esse terram, Europam, Asiam, Africam. quartum enim membrum annumerare debent Delta Ægypti, si non sit neque Asiæ, neque Africæ. Nam secundum hanc rationem non est Nilus qui Asiam ab Africa disterminat: qui quum 2 divertia faciat circa acumen Deltæ, id quod in medio est, Asiæ & Africæ esset. Sed nos Ionum sententiam missam facientes, ita de his dicimus: Ægyptum quidem eam omnem esse quæ ab Ægyptiis incolitur: quemadmodum Ciliciam, eam quæ à Cilicibus, & Assyriam, quæ ab Assyriis. Sed Asiæ & Africæ scimus recta ratione nullum esse terminum, nisi terminos Ægyptiorum. Si vero quod Græcis persuasum est sequemur, sentiemus omnem Ægyptum quæ à Catadupis & Elephantina urbe incipit, bifariam dividi, & utrunque cognomen obtinere. aliam enim ejus partem, esse Africæ, aliam Asiæ. Quippe Nilus à Catadupis incipiens, mediam interfluens Ægyptum in mare influit: uno quidem alveo usque ad Cercasorum urbem, inde autem tripartito. Et alveus quidem ad auroram vergens, Pelusium ostium: alter ad vesperam tendens, Canobicum ostium nominatur. Tertius, quo rectà Nilus meat, talis est: Delatus per superiora, ad acumen Deltæ pervenit, dehinc medium Delta scindens, in mare exit: non minimam huic alveo portionem aquæ præbens, nec minime celebrem, quod Sebennyticum ostium appellatur. A Sebennytico item duo alia dividuntur ostia, in mare ferentia, quibus hæc sunt impolita nomina, una Saiticum, alteri Mendesium. Nam quæ Bolbitinum & Bucolicum nominantur, non sunt nativa ostia, sed effossa. Huic meæ opinioni, tantam esse Ægyptum quantam ratione demonstravi, testimonium etiam dat oraculum quod ab Hammone est redditum: quod ego posterius quàm ita in animum induxeram, circa Ægyptum

XVI

XVII

XVIII

1 Terraque *fluvii decursu* accrescente multos ex eis remansisse, multos item in inferiorem regionem descendisse. 2 *Plinius scissuram vocat.*

audivi.

audivi. Nam qui ſunt ex urbe Marea & Apia, incolentes Ægypti fines Libyam verſus, quod ſibi Lydes non Ægyptii viderentur, quodque perofi ſacrorum ceremonias, nollent bobus fœminis prohiberi, miſerunt ad Hammonem, negantes quicquam cum Ægyptiis ſibi eſſe commune. Habitare enim ſe extra Delta, [1] nullumque ſibi cum illis linguæ eſſe commercium, ac velle ſibi fas eſſe omnia guſtare. Hæc eos deus facere non permiſit, inquiens Ægyptum eſſe eam quam Nilus ſupergreſſus irrigaret: quique infra urbem Elephantinam incolentes, ex hoc flumine potarent, eos eſſe Ægyptios. Hæc illis ita oraculo reſponſa ſunt. ¶ PORRO NILUS
καὶ Καρὶ πιθέτας· καὶ σφέας, μεγάλα ὑπισχνεύμενος, πείθει μετ' ἑωυτοῦ γενέσθαι. ὡς δὲ ἔπεισε, ὕστερον ἅμα τοῖσι μετ' ἑωυτοῦ βαλομένοισι Αἰγυπτίοισι, καὶ τοῖσι ἐπικούροισι, κατελαύνει τοὺς βασιλέας. Κρατήσας δὲ Αἰγύπτου πάσης ὁ Ψαμμίτιχος, ἐποίησε τῷ Ἡφαίστῳ προπύλαια ἐν Μέμφι, τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα· ἀντίλιθόν τε τῷ Ἄπι, (ἐν τῇ τρέφεται ἐπεὰν φανῇ ὁ Ἄπις,) οἰκοδόμησε, ἐναντίον τῶν προπυλαίων, πάσάν τε ὠφείσυλον ἐοῦσαν, καὶ τύπων πλέων. ἀντὶ δὲ κιόνων, ἕστεσι κολοσσοὶ δυώδεκα πήχεες τὴν αὐλήν. ὁ δὲ Ἄπις καὶ τὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν ἐστὶ Ἔπαφος. Τοῖσι δὲ Ἴωσι καὶ τοῖσι Καρὶ τοῖσι συγκατοικήσασι αὐτοῖσι, ὁ Ψαμμίτιχος δίδωσι χώρους ἐνοικῆσαι ἀντίους ἀλλήλων, τοῦ Νείλου τὸ μέσον ἔχοντος· τοῖσι ἐνόμασε ἐπωνυμίην Στρατόπεδα. τούτους τε δὴ σφι τοὺς χώρους δίδωσι, καὶ πάντα τὰ ὑπέσχετο πάντα ἀπέδωκε. καὶ δὴ καὶ παῖδας παρέβαλε αὐτοῖσι Αἰγυπτίους, τοῦ Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐκδιδάσκεσθαι. ἀπὸ δὴ τούτων ἐκμαθόντων τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, οἵ νῦν ἑρμηνέες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι· οἱ δὲ Ἴωνές τε καὶ οἱ Κᾶρες τούτοις τοὺς χώρους οἴκησαν χρόνον ἐπὶ πολλόν· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ χῶροι πρὸς ὀλίγον θαλάσσης ἐνερθε Βουβάστιος πόλεος, ἐπὶ τοῦ Πηλουσίου καλεομένου στόματος τοῦ Νείλου· τούτους μὲν δὴ χρόνῳ ὕστερον βασιλεὺς Ἄμασις ἐξανάστησας, ἐνθεῦτεν κατοίκησε ἐς Μέμφιν, φυλακὴν ἑωυτοῦ πρόμαχον πρὸς Αἰγυπτίων. τούτων δὴ οἰκιωθέντων ἐν Αἰγύπτῳ οἱ Ἕλληνες οὕτω δὴ μιμησάμενοι τούτους, καὶ τὰ περὶ Αἴγυπτον γινόμενα, ἀπὸ Ψαμμιτίχου βασιλέος ἀρξάμενοι, πάντες καὶ τὰ ὕστερον διεξήμεσαν ἀτρεκέως. πρῶτοι γὰρ οὗτοι ἐν Αἰγύπτῳ ἀλλόγλωσσοι κατοικίσθησαν. ἐξ ὧν δὴ ἀνέπτησαν χώρων, ἐν τούτοισι δὴ οἵ τε ὁλκοὶ τῶν νεῶν καὶ τὰ ἐρείπια τῶν οἰκημάτων τὸ μέχρι ἐμεῦ ἦσαν. Ψαμμίτιχος μὲν νυν οὕτω ἔσχε Αἴγυπτον. Τοῦ δὲ χρηστηρίου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ ἐπεμνήσθην ἤδη· καὶ δὴ λόγον περὶ αὐτοῦ ὡς ἀξίου ἐόντος ποιήσομαι. τὸ γὰρ χρηστήριον τοῦτο τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Λητοῦς ἱρὸν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον, κατὰ τὸ Σεβεννυτικὸν καλεόμενον στόμα τοῦ Νείλου, ἀναπλέοντι ἀπὸ θαλάσσης ἄνω. ἔνομα δὲ τῇ πόλι ταύτῃ, ὅκου τὸ χρηστήριόν ἐστι, Βουτώ, ὡς καὶ πρότερον ὑνόμασαι μοι. ἔστι δὲ ἐν τῇ Βουτοῖ ταύτῃ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος καὶ ὄγε νηὸς τῆς Λητοῦς, ἐν τῷ δὴ τὸ χρηστήριον ἔνι, αὐτός τε τυγχάνει ἐὼν μέγας, καὶ τὰ προπύλαια ἔχει ἐς ὕψος δέκα ὀργυιέων. τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν τοῦ θώυμα μέγιστον παρεχόμενον,

& Caribus facit: eosque magnis pollicitationibus hortatur ad secum manendum. Ubi persuasit, ita demum una cum iis Ægyptiis qui secum sentiebant, cumque auxiliariis, reges sustulit. Omni potitus Ægypto, fecit in Memphi tum Vulcano vestibula ad ventum austrum vergentia, tum eregione vestibulorum aulam Api, (in qua Apis educatur, quum apparuerit) undique columnis cinctam, ac figuris refertam: in qua aula stant loco columnarum colossi duodenûm cubitorum: Apis autem Græca lingua Epaphus est. His Ionibus Caribusque, quibus fuerat usus adjutoribus, Psammitichus dedit ad habitandum posita altrinsecus prædia, Nilo medio dirempta, quibus nomen impositum est Castra. Et cum hæc eis loca dedit, tum vero cætera quæ fuerat pollicitus repræsentavit. Pueros quinetiam Ægyptios commisit lingua Græca imbuendos, à quibus linguam Græcam edoctis oriundi qui nunc in Ægypto interpretes sunt. Incoluerunt autem Iones & Cares diu hæc loca [1] contra mare, aliquantulum supra urbem Bubastin, ad ostium Nili quod dicitur Pelusiacum sita. Unde postea Amasis rex Memphin eos transtulit, in sui tutelam adversus Ægyptios. Post sedes ab istis in Ægypto collocatas. Græci cum illis ita commercium habuerunt, & nos res in Ægypto gestas, à Psammitticho rege exorsi, & quæ deinceps extiterunt, omnia sine ambiguitate nota habemus. Hi enim primi Ægyptum, qui diversæ linguæ essent, incoluerunt. Atque unde demigrarunt illuc, [2] & vestigia navalium, & domorum rudera, ad meam usque ætatem ostendebantur. Atque hunc quidem in modum Psammitichus Ægypto potitus est. ¶ De oraculo autem quod est in Ægypto, cum feci multa verba, tum faciam, utpote de re memoratu digna. Est enim oraculum hoc in Ægypto, sacrum Latonæ, positum in magna urbe cui nomen est (ut superius à me dictum est) Buto, contra ostium Nili quod Sebennyticum appellatur, à superiori parte maris flumen subeuntibus. In hac urbe templa sunt Apollinis Dianæque. Et illud Latonæ in quo redduntur oracula, grande est, & porticum habens decem passibus sublimem. Ubi quid mihi ex iis quæ in aperto erant, maximo miraculo fuerit,

CLIII CLIV CLV

[1] Propemodum ad mare, infra urbem Bub. [2] Et canales quibus deducebantur naves,

referam: Est in hoc fano Latonæ, delubrum ex uno factum lapide, cujus parietes æquali celsitudine ad longitudinem quadragenûm cubitorum: cujus lactunari pro tecto impositus est alius lapis quatuor cubitorum per oras crassitu-
CLVI dinis. Itaque eorum quæ circa templum hoc sunt in propatulo positorum, admirabilissimum apud me fuit id delubrum. Secundo loco insula quæ vocatur Chemmis, in lacu profundo ac spatioso sita propter templum quod Buti est: quæ insula ab Ægyptiis fertur innare. Ego tamen eam neque innantem vidi, neque se moventem: & hoc audire admiratus sum, si verum est insulam natare posse. In hac igitur templum Apollinis magnum est, & aræ trifarie extructæ, & palmæ frequentes enatæ: aliæque partim fructiferæ, partim steriles arbores. Cur autem ea innatans sit, hanc Ægyptii rationem reddunt: quod Latona (quæ ex octo numinibus quæ primi extiterunt, unum est) quum in urbe Buti, ubi hoc ejus oraculum est, habitaret. Apollinem ab Iside sibi commendatum, occultavit in hac insula nondum innatante, ac sospitem reddidit: quo tempore Typhon omnia indagans ut Osiris filium inveniret, advenisset. Nam Apollinem & Dianam aiunt Dionysi & Isidis filios esse: Latonam vero, nutricem horum ac liberatricem. Et Apollo quidem Ægyptiace Orus dicitur: Ceres autem Isis, Diana vero Bubastis. Atque hinc solum non aliunde Æschylus Euphorionis filius, rapuit quod dicam: ut solus [1] omnium qui poetæ dicuntur, fecerit Dianam Cereris filiam, ideoque insulam redditam esse natantem.
CLVII Hæc illi sic aiunt. Psammitichus vero in Ægypto quatuor & quinquaginta regnavit annos: per quorum undetriginta magnam Syriæ urbem obsidens oppugnavit, donec expugnavit. Hæc est Azotos, quæ diutissimam inter omnes urbes (*duntaxat* quas novimus)
CLVIII sustinuit obsidionem. ¶ Psammitichi filius qui regnum Ægypti suscepit, extitit NECUS, qui fossam ad rubrum mare ferentem primus aggressus est, quam Darius Perses secundo loco depressit, longitudinis quidem quatuor dierum navigationis, latitudinis, ut per eam duæ possent simul agi triremes. Aqua quæ in hanc è Nilo deducitur, paulo supra Bubastin urbem,

φεράσω. ἔστι ἐν τῷ περιφοίτῳ τούτῳ Λητοῦς νηός, ἐξ ἑνὸς λίθου πεποιημένος, ἔς τε ὕψος, καὶ ἐς μῆκος· καὶ τοῖχος ἕκαστος τούτοισι ἴσος. ποταμὸς ἑκατὸν πήχεων τούτων ἕκαστον ἐστί. τὸ 96
δὲ κάλλιστον ἐργασμα τῆς ὁροφῆς, ἄλλος ὀπισθόδομος λίθος, ἔχων τὴν παρωροφίδα τετράπηχυ. Οὕτω μὲν νυν ὁ νηὸς τῶν φανερῶν μοι τῶν ἐνθεῦτεν τοῦτο τὸ ἱρὸν ἐστὶ θωυμασότερον· τῶν δὲ ἄλλων, νῆσος ἡ Χέμμις καλεομένη· ἔστι μὲν ἐν λίμνῃ βαθέῃ καὶ πλατείῃ, κειμένη παρὰ τὸ ἐν Βουτοῖ ἱρόν, λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων αὕτη ἡ νῆσος εἶναι πλωτή. αὐτὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσαν, οὔτε κινηθεῖσαν εἶδον. τέθηπα δὲ ἀκούων εἰ νῆσος ἀληθέως ἐστὶ πλωτή. ἐν δὴ ὧν ταύτῃ νηός τε Ἀπόλλωνος μέγας ἔνι, καὶ βωμοὶ τριφάσιοι ἐνιδρύαται. ἐμπεφύκασι δ' ἐν αὐτῇ φοίνικες συχνοί, καὶ ἄλλα δένδρεα, καὶ καρποφόρα καὶ ἄφορα πολλά. λόγον δὲ τοιόνδε ἐπιλέγοντες οἱ Αἰγύπτιοι, περὶ τῆσδε φασὶ εἶναι αὐτὴν πλωτήν· ὡς ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ οὐκ ἐούσῃ πρότερον πλωτῇ, Λητὼ, ἐοῦσα τῶν ὀκτὼ θεῶν τῶν πρώτων γενομένων, οἰκέουσα δὲ ἐν Βουτοῖ πόλι, ἵνα δή οἱ τὸ χρηστήριον τοῦτό ἐστι, Ἀπόλλωνα παρὰ Ἴσιος παρακαταθήκην δεξαμένη, διέσωσε καλαμύψασα ἐν τῇ νῦν πλωτῇ λεγομένῃ νήσῳ· ὅτε τὸ πᾶν διζήμενος ὁ Τυφῶν ἐπῆλθε, θέλων ἐξευρεῖν τὸν Ὀσίριος τὸν παῖδα. Ἀπόλλωνα δή, καὶ Ἄρτεμιν, Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι εἶναι παῖδας. Λητὼ δὲ, τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι. Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μέν, Ὧρος· Δημήτηρ δὲ, Ἶσις· Ἄρτεμις δέ, Βούβαστις. ἐκ τούτου δὲ τοῦ λόγου καὶ οὐδενὸς ἄλλου, Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος ἥρπασε τὸ ἐγὼ φράσω, μούνος δὴ ποιητέων τῶν περιγενομένων. ἐποίησε γὰρ Ἄρτεμιν εἶναι θυγατέρα Δήμητρος, τὴν δὲ νῆσον, διὰ τοῦτο γενέσθαι πλωτήν. ταῦτα μὲν ὧν λέγουσι. Ψαμμίτιχος δὲ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου τεσσαράκοντα καὶ πεντήκοντα ἔτεα. τῶν τὰ ἑνὸς δέοντα τριήκοντα, Ἄζωτον, τῆς Συρίης μεγάλην πόλιν, πολιορκήσας, ἐς τὸ ἐξεῖλε· αὕτη δὲ ἡ Ἄζωτος ἁπασέων πολίων τὸν πλεῖστον χρόνον πολιορκεομένη ἀντέσχε, τοῖσι ἡμεῖς ἴσμεν. Ψαμμιτίχεω δὲ Νεκὼς παῖς ἐγένετο, καὶ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου, ὃς τὴν διώρυχα ἐπεχείρησε πρῶτος τὴν ἐς τὸν Ἐρυθρὸν θάλασσαν φέρουσαν τὸν Δαρεῖος ὁ Πέρσης δεύτερος διώρυξε· τῆς μῆκος ἐστὶ πλόος ἡμερέων τεσσέρων· εὖρος δὲ ὀρύχθη, ὥστε τριήρεας δύο πλέειν ὁμοῦ ἐλαυνομένας. ἤχλυ δὲ ἀπὸ τοῦ

Νείλου τὸ ὕδωρ ἐς αὐτήν. ἤχλυ δὲ κατύπερθε ὀλίγον Βουβάστιος πόλιος

[1] Omnium superioris ætatis poetarum.

παρὰ Πάτυμον τὴν Ἀραβίην πόλιν. ἐσέχει δὲ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν. ὠρυχίαι δὲ πρῶτον μὲν ἀπὸ πεδίου ἀπὸ Αἰγυπτίου τοῦ πρὸς Ἀραβίην ἔχουσι· ἔχονται δὲ κατύπερθε τοῦ πεδίου τὸ κατ' Μέμφιν τεῖνον ὄρος, ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι. τοῦ ὦν δὴ ὄρεος τούτου παρὰ τὴν ὑπώρεην μακρὴ πρὸς τὴν νῶ, καὶ ἔπειτα τείνει ἐς θαλάσσας φερούσας ἀπὸ τοῦ ὄρεος πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον, ἐς τὸν κόλπον τὸν Ἀράβιον. τῇ δὴ ἐλάχιστόν ἐστι καὶ συντομώτατον ἐκ τῆς Βορηίης θαλάσσης ἀναφέρουσα ἐς τὴν Νοτίην καὶ Ἐρυθρὴν τὴν αὐτὴν ταύτην καλεομένην, ἀπὸ Κασίου ὄρεος τοῦ ἐρίζοντος Αἰγύπτου τε καὶ Συρίης, ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον. τοῦτο μὲν τὸ συντομώτατον· ἡ δὲ διώρυξ πολλῷ μακροτέρη, ὅσῳ σκολιωτέρη ἔφυ. τὴν ἐπὶ Νεκὼ βασιλέος ὀρύσσοντες, Αἰγυπτίων ἀπώλοντο δυώδεκα μυριάδες. Νεκὼς μὲν νυν μεταξὺ ὀρύσσων ἐπαύσατο, μαντηίῃ ἐμποδὼν γενομένῃ τοιῇδε, τῷ βαρβάρῳ αὐτὸν περιεργάζεσθαι. βαρβάρους δὲ πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφι ὁμογλώσσους. Παυσαμένου δὲ τῆς διώρυχος ὁ Νεκὼς, ἐτράπετο πρὸς στρατηίας· καὶ τριήρεες αἱ μὲν, ἐπὶ τῇ Βορηίῃ θαλάσσῃ ἐπετήδησαν, αἱ δὲ ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ, ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ· ὧν ἔτι οἱ ὁλκοὶ ἐπίδηλοι. καὶ ταύτῃσί τε ἐχρᾶτο ἐν τῷ δέοντι· καὶ *Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν †Μαγδώλῳ ἐνίκησε. μετὰ δὲ τοῦτο τὴν μάχην, Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης ἐούσαν μεγάλην εἷλε· ἐν τῇ δὲ ἑσθῆτι ἔτυχε ταῦτα καταπρασσόμενος, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι, πέμψας ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων. μετὰ δὲ, ἐκκαίδεκα ἔτεα τὰ πάντα ἄρξας, τελευτᾷ, τῷ παιδὶ Ψαμμὶ παραδοὺς τὴν ἀρχήν. Ἐπὶ τούτου δὴ τὸν Ψάμμιν βασιλεύοντα Αἰγύπτου ἀπίκοντο Ἠλείων ἄνδρες ἄγγελοι, αὐχέοντες δικαιότατα καὶ κάλλιστα πάντων ἀνθρώπων ἀγωνίζεσθαι τὴν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα πάντων ἀνθρώπων· καὶ δοκέοντες παρὰ ταῦτα οὐδ' ἂν τοὺς σοφωτάτους ἀνθρώπων Αἰγυπτίους οὐδὲν ἐπεξευρεῖν. ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὴν Αἴγυπτον οἱ Ἠλεῖοι ἔλεγον τοῦ εἵνεκα ἀπίκοντο, ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς ἔσοπτ συγκαλέσεται Αἰγυπτίων τοὺς λογιμωτάτους εἶναι σοφωτάτους. συνελθόντες δὲ οἱ Αἰγύπτιοι, ἐπευθάνοντο τοῦ Ἠλείων, λεγόντων ἅπαντα τὰ κατήκει σφέας ποιέειν περὶ τὸν ἀγῶνα. ἀπηγησαμένους δὲ τὰ πάντα, ἔφασαν ἥκειν ἐπιμαθησομένους εἴ τι ἔχοιεν

juxta oppidum Arabiæ Patumon deducitur, evadens in mare rubrum. Initium fodiendi ſumptum eſt à planitie Ægypti, Arabiam verſus. Nam quæ ſupra planitiem ſunt 1 continens prope Memphin occupat mons, in quo lapidicinæ ſunt. Itaque ad hujus montis ima ducta eſt foſſa ab occidente orientem verſus longo tractu: & deinde pertingit divortio montis tenus (quod divortium ad meridiem & ventum auſtrum fert) in ſinum Arabicum. Quâ igitur breviſſimus tractus & maxime compendiarius eſt à mari ſeptentrionali aſcenſus ad auſtrale, quod idem rubrum vocatur, à monte Caſio, qui Ægyptum Syriamque diſterminat, ſtadia mille ſunt in Arabicum ſinum. Et hoc quidem breviſſimum eſt: verum foſſa multo longior, ſcilicet quanto eſt 2 confragoſior. In qua fodienda ſub rege Neco centum viginti millia Ægyptiorum perierunt. Inque ejus medio opere Necus deſtitit, 3 interpellatus oraculo, eum id opus barbaro præmunire. Ægyptii autem barbaros omnes vocant qui non ipſorum lingua loquuntur. Superſedens itaque à faciCLIX enda foſſa Necus, 4 ad militum copias ſe convertit, atque ad claſſes quæ partim in mari ſeptentrionali, partim in ſinu Arabico ad rubrum mare ſunt ædificatæ: quarum adhuc 5 veſtigia navalium oſtendunt. Et claſſibus quidem Necus, dum opus fuit, eſt uſus. Terreſtri autem acie congreſſus cum Syris in Magdolo, victoria potitus eſt, & poſt prælium, Cadyti, magna Syriæ urbe. 6 In veſtitu autem curioſus quum fuiſſet, illum Apollini dicatum ad Branchidas Mileſiorum miſit. Hic perfectis decem & ſeptem imperii ſui annis deceſſit, tradito imperio PSAMMI filio ſuo. Eo apud Ægyptum reCLX gnante, nuncii Eleorum advenerunt, jactantes à ſe in Olympia juſtiſſimum 7 ac maximum inter mortales propoſitum eſſe certamen, rati ne Ægyptios quidem hominum ſapientiſſimos aliquid ultra hæc eſſe inventuros. Iſti ubi in Ægyptum pervenerunt, caque expoſuerunt quorum gratia venerant, rex convocavit ex Ægyptiis eos qui ſapientiſſimi haberentur. Qui quum conveniſſent, & Eleos audiſſent omnia commemorantes quæ par erat ab eis fieri in edendo certamine, & ſe veniſſe dicentes ſciſcitatum num quid poſſent

1 Contiguus. 2 Obliquior. 3 Impeditus. *Vel, Revocatus.* 4 Ad bellicas copias & triremes partim in m. ſept. 5 Canales quibus deducebantur naves, *ut paulo ante. Alii navalia interpret.* 6 Eum autem veſtitum quo uſus erat quum iſta conficerentur, miſſum ad Branchidas Mileſiorum, Apollini dicavit. Poſtea vero decem & ſeptem omnino annos quum imperaſſet, deceſſit, trad. 7 Ac optima ratione præter omnes mortales.
* Per Syros intelligit Judæos ſine dubio, qui ita vocabantur etiam à vicinis Phœnicibus. *Scalig.* not. in Fragmenta ſelecta. † Magdolum (Mageddo, 2 Regum c. 23.) urbem Ægypti fuiſſe, ex notitiâ imperii conſtat, & numiſmate Antonini Pii ΜΑΓΔΩΛΙΤΩΝ. *Scalig.* Animadv. in *Euſeb.*

Ægyptii

Ægyptii reperire juſtius, habito inter ſe conſilio, interrogarunt Eleos nunquid apud eos certarent cives. Et illis reſpondentibus, ſine diſcrimine & ſuorum & cæterorum Græcorum, cuicunque volenti certare fas eſſe. Atqui, inquiunt, illos quum tale certamen proponerent, ab omni jure 1 excedere. Nullo etenim pacto poſſe fieri quin concivi pugnanti cives faverent, facientes injuriam hoſpiti. Sed ſi vellent juſtum proponere certamen, & ſi ejus gratia veniſſent in Ægyptum, juſſerunt hoſpitibus ponere certamen, nullo Eleorum certare permiſſo. Hæc
CLXI Ægyptii Eleis ſubjecerunt. ¶ Pſammis autem, quum ſex tantum regnaſſet annos in Ægypto, facta in Æthiopiam expeditione, mox vita defunctus eſt. Cujus regnum APRIES filius accepit, qui ſecundum Pſammitichum avum ſuum, fortunatiſſimus extitit omnium ad eam ætatem regum, quinque & viginti dominatus annos. Quod intra tempus & bellum Sidoni intulit, & cum Tyro pugna navali dimicavit. Sed quum calamitas eum maneret, contigit ea occaſione quam ego pluribus, dum res Libycas exequar, exponam, paucis contentus impræſentiarum. Quum adverſus Cyrenæos Apries exercitu miſſo magnam cladem accepiſſet, id ei imputantes Ægyptii rebellaverunt, opinati ſe ab illo in apertam perniciem fuiſſe dimiſſos: ut his internecione deletis, ipſe cæteris Ægyptiis imperitaret ſecurius. Hæc perquam graviter ferentes tum ii qui redierunt, tum eorum qui interierant
CLXII amici, ingenue deſciverunt. Id ubi reſcivit Apries, mittit ad eos verbis ſedandos Amaſin. Qui quum perveniſſet, reprehendenſque diſſuaderet ne talia facerent, quidam Ægyptiorum ei à tergo ſtans galeam circundat: eaque circundata, inquit ſe illam ob regnum impoſuiſſe. Neque hoc eo invito factum fuit, ut oſtendit. nam ſimulatque ab iis qui deſciverant Ægyptiis declaratus eſt rex, ſeſe apparabat tanquam adverſus Aprien moturus. His cognitis Apries mittit ad Amaſin ex iis qui ſecum erant Ægyptiis, ſpectatum quendam hominem nomine Patarbemin, juſſum ut ad ſe vivum Amaſin perduceret. Hic ubi pervenit, Amaſin ad ſe vocat. 2 Amaſis (ſedebat autem in equo ad ſuos cohortandos, inſolenter) ſtolide jubet hunc ad ſe adducere Aprien,

Αἰγύπτιοι τύτων δικαιότερον ἐπισξάρειν· οἱ δ', βυλόμενοι μῶλον ἐμπρῆσαι τῶν Ἠλείων εἴσφι οἱ πλησίον ἀγωνίζονται. οἱ δὲ ἔφασαν χ' σφέων χ' ἄλλων Ἑλλήνων ὁμοίως τῷ βυλομένῳ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι. οἱ δ' Αἰγύπτιοι ἔφασαν σφέας ὅτω πιθέντας, παντὸς τοῦ δικαίου ἡμαρτηκέναι. ἐδεμίαν γὰρ εἰκὸς μηχανὴν ὅκως ὁ τῷ ἀστῷ ἀγωνιζομένῳ προσδήσονται, ἀδικέοντες τὸν ξεῖνον. ἀλλ' εἰ δὴ βυλονται δικαίως πιθέναι, χ' τύτου εἵνεκα ἀπικοίατο ἐς Αἴγυπτον, ξείνοισι ἀγωνιζήσοι ἐκέλευον τὸν ἀγῶνα πιθέναι, Ἠλείων δὲ μηδενὶ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι. ταῦτα μὲ Αἰγύπτιοι Ἠλείοισι ὑπεθήκαντο. Ψάμμιχ. δὲ ἓξ ἔτεα μοῦνον βασιλεύσαντ. Αἰγύπτου, χ' στρατευσαμένου ἐς Αἰθιοπίην, χ' μεταυτίκα πλυτήσαντ., ἐδέξατο τιὴν βασιληίην Ἀπρίης ὁ Ψάμμιχ. ὃς μετὰ Ψαμμίτιχον τὸν ἑωυτῦ πρόπατρα ἐγένετο εὐδαιμονέστατ. πρὸ πρότερον βασιλέων, ἐπὶ ἔτεα πέντε χ' ἑκκοσι ἄρξας. ἐν τούτοισι δὴ τε Σιδῶνα στρατὸν ἤλασε, χ' ἐναυμάχησε τῷ Τυρίῳ. ἐπεὶ δέ οἱ ἔδεε κακῶς γενέσθαι, ἐγένετο ἀπὸ προφάσιος, τιὴν ἐγὼ μετιόντως μὲ ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι ἀπηγήσομαι, μετρίως δ' ἐν τῷ παρεόντι ἀπαμπέμψας γὰρ στράτευμα ὁ Ἀπρίης μέγα ἐπὶ Κυρηναίους, μεγάλως προσέπταισε. Αἰγύπτιοι δὲ ταῦτα δεινὰ ποιεύμενοι, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, δικαίους τὸν Ἀπρίεω ἐν προνοίῃ αὐτοὺς ἀποπέμψαι ἐς φανερὸν κακόν, ἵνα δὴ σφέων φθορὴ γένηται, αὐτὸς δὲ τῷ λοιπῶν Αἰγυπτίων ἀσφαλέστερον ἄρχῃ, ταῦτα δὲ δεινὰ ποιεύμενοι ἔτοί τε οἱ ἀπονοσήσαντες, χ' οἱ τῷ ἀπολομένων φίλοι, ἀπέστησαν ἐκ τῆς ἐπαφῆς. Πυθόμενος δὲ Ἀπρίης ταῦτα, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς Ἄμασιν καταπαύσοντα λόγοισι. ὡς δὲ, ἐπεί τε ἀπικόμενος κατελάμβανε τοὺς Αἰγυπτίους, ταῦτα μὴ ποιέειν λέγοντα αὐτῦ, τῷ δὲ Αἰγυπτίων ὅπλα σφέων ἀφελόμενος οἰκέειν κελεύει. χ' ἀφικομένοις, ἔφη ἐπὶ βασιληίην ἀφίξεσθαι. χ' τῷ ἔκας ἀπεκόσιον ἐγένετο τὸ ποιεύμενον, ὡς διεδείκνυε. ἐπεί τε δὲ ἐστησαντό μιν βασιλέα τῷ Αἰγυπτίων οἱ ἀπεστεῶτες, παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν ἐπὶ τὸν Ἀπρίεα. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Ἀπρίης, ἔπεμπε ἐπ' Ἄμασιν ἄνδρα δόκιμον τῷ ἀφ' ἑωυτῦ Αἰγυπτίων, τῷ ὄνομα ἦν Πατάρβημις· ἐντειλάμενος αὐτῷ, ζώοντα Ἄμασιν ἀγαγεῖν παρ' ἑωυτόν. ὡς δὲ ἀπικόμενος ὁ Πατάρβημις, τὸν Ἄμασιν ἐκάλεε. ὁ δὲ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου καθήμενος) ἐπέρεας ἀπεμαντίσατο· καὶ τύτου μὲν ἐκέλευσε Ἀπρίην ἀπάγειν·

1 Aberraſſe. 2 At Amaſis (ſedebat enim forte in equo) crure ſublato pepedit, & illud Aprie afferri juſſit. *Ita Camerar. Affertar & tertia Interpretatio: ſed Camerario aſſentior.*

ὅμως

ὅμως δὲ αὐτὸν ἀξιῶν τὸν Πατάρβημιν, βασιλέως πυθόμενος, ἱέναι πρὸς αὐτόν. τὸν δὲ αὐτὸν ὑπακρίνασθαι ὡς ταῦτα πάλαι παρεσκευάζετο ποιέειν, καὶ αὐτὸν ἥξειν καὶ ἄλλους ἄξειν. τὸν δὲ Πατάρβημιν ἐκ τῶν λεγομένων ἐκ ἀγνοεῖν τὴν διάνοιαν· καὶ σκευαζόμενον ὁρέοντα ὡς δυνατὸν ἀπέναι, βουλόμενον τῷ ταχίστῳ βασιλέϊ δηλῶσαι τὸ πρηχθέν. ὡς δὲ ἀπικέσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν Ἄπριν ἐκέλευε τὸν Ἄμασιν, ἐόντα οὐδενὸς λόγου ἄξιον, ἀλλὰ ταχέως ἐκέλευε, ταχέως τε ὦτα καὶ ῥῖνα. ἰδόμενοι δ' οἱ λοιποὶ τῶν Αἰγυπτίων, οἱ ἐπὶ τὰ ἐκείνου ἐφορέοντο, ἄνδρα τὸν δικαιώτατον ἐόντα ἐωυτῶν ἔτω αἰσχρῶς λυμηχανεόμενον, ἐόντα δὴ χρόνον ὀπτῆρα, ἀπίστατο πρὸς τοὺς ἑτέρους, καὶ ἐδίδοσαν σφέας αὐτοὺς Ἀμάσι. Πυθόμενος δὲ καὶ ταῦτα ὁ Ἄπρις, ἁπλίζεται τοὺς ὑπηκόους, καὶ ἤλασε ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους. εἶχε δὲ περὶ ἑωυτὸν Κᾶράς τε καὶ Ἴωνας, ἄνδρας ὑπηκόους τετιμωρέους. ἦν δὲ οἱ τὰ βασιλήϊα ἐν Σάϊ πόλι μεγάλα ἐόντα, καὶ ἀξιοδέητα· καὶ οἵ τε περὶ τὸν Ἄπριν ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἦσαν, καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄμασιν, ἐπὶ τοὺς ξείνους. ἔν τε δὴ Μέμφι πόλι ἐγίνοντο ἀμφότεροι, καὶ πειρησόμενοι ἔμελλον ἀλλήλων. Ἔστι δὲ Αἰγυπτίων ἔπιλα γένεα. καὶ τούτων, οἱ μὲν, ἱρέες, οἱ δὲ, μάχιμοι κεκλέαται. οἱ μὲν, βουβόλοι· οἱ δὲ, συβῶται· οἱ δὲ, κάπηλοι· οἱ δὲ, ἑρμηνέες· οἱ δὲ, κυβερνῆται· γένεα μὲν Αἰγυπτίων τοσαῦτά ἐστι. ἐνόμασται δὲ σφι κέαται ἀπὸ τῶν τεχνέων. οἱ δὲ μάχιμοι αὐτέων καλέονται μὲν Καλασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες. ἐκ νομῶν δὲ τῶνδέ εἰσι. κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἰγυπτίους ἅπασα διαῤῥῆγα Ἑρμοτυβίων μὲν οἵδε εἰσὶ νομοί· Βουσίριτης, Σαΐτης, Χεμμίτης, Παπρημίτης, νῆσος ἡ Προσωπῖτις καλεομένη, Ναθὼ τὸ ἥμισυ. ἐκ μὲν τούτων τῶν νομῶν Ἑρμοτύβιες εἰσὶ γενόμενοι, ὅτε ἐπὶ πλεῖστους γενοίατο, ἐκκαίδεκα μυριάδες. καὶ τούτων βαναυσίης ἐδεὶς δεδάηκε οὐδέν, ἀλλ' ἀνέσσαι ἐς τὸ μάχιμον. Καλασιρίων δὲ οἵδε ἄλλοι νομοί εἰσι· Θηβαῖος, Βουβαστίτης, Ἀφθίτης, Τανίτης, Μενδήσιος, Σεβεννύτης, Ἀθριβίτης, Φαρβαιθίτης, Θμουΐτης, Ὀνουφίτης, Ἀνύσιος, Μυεκφορίτης. ἔστι δὲ νομὸς ἐν νήσῳ οἰκέει, ἀντίον Βουβάστιος πόλιος· ἔστι δὲ οἱ νόμοι Καλασιρίων

& quum Patarbemis eum rogaret ut regem adiret, accitus, respondit se jamdudum dare operam ut id ageret: nec de seipso Aprien esse questurum. se enim illi præsto futurum & alios adducturum. Patarbemis non ignarus propositi illius, tum ex oratione tum ex apparatu quem videbat, statuit suæ diligentiæ esse quamcelerrime regem rerum quæ agerentur facere certiorem. Huic redeunti, quod Amasin non adduceret, nullo verbo edito Apries ira percitus præcidi aures nasumque jussit. Id intuentes cæteri Ægyptii qui cum eo hactenus senserant, virum inter eos probatissimum ita fœde indigneque affectum, ne tantisper quidem differentes, ad cæteros transeunt, seseque Amasi tradunt. His CLXIII
quoque auditis Apries armatis auxiliariis (habebat autem auxiliariorum circa se ex Ionibus & Caribus triginta millia) in Ægyptios tendit. Erat autem ei regia in urbe Sai ingens ac spectatu digna. 1 Itaque utrique adversus alteros Apriani & Amasiani in Memphi urbe constiterunt, tentaturi pugnæ discrimen. Sunt autem in Ægypto septem CLXIIII
hominum genera: quorum alii sunt sacerdotes, alii qui pugnatores appellantur, alii bubulci, alii subulci, alii institores, alii interpretes, alii gubernatores navales. Tot sunt Ægyptiorum genera, à suo quodque artificio appellata: sed pugnatores vocantur Calasiries, & Hermotybies, qui 2 harum regionum sunt: (nam in regiones distincta est omnis Ægyptus.) Hermotybiorum quidem hæ CLXV
sunt plagæ, Busiritana, Saitana, Chemmitana, Papremitana, insula Prosopitis, quæ vocatur Natho ex dimidia parte. Ex his tractibus Hermotybies, quum plurimi, centum ac sexaginta millia sunt: quorum nemo quippiam opificii quæstuarii didicit, sed omnes rei militari vacant. Calasirium hæ aliæ plagæ sunt, CLXVI
Thebana, Bubastiana, Aphthitana, Tanitana, Mendesia, Sebennitana, Athribitana, Pharbæthitana, Thmuitana, Onuphitana. 3 Anysia, Myecphoritana. Hæc tribus insulam incolit ex adverso Bubastis urbis. Hæ tribus Calasirium;

---

1 Apries igitur in Ægyptios, Amasis in externos tendebat. Quumque Memphin utrique pervenissent, tentare pugnæ discrimen parabant. Cæterum sunt & in *Ad verbum, Mutuo alter alterum experturus erat, vel, experiri parabat. Potest etiam verti non male sortasse, cum Valla,* Apriani & Amasiani. 2 Harum præfecturarum sunt. (nam in præfecturas distincta est omnis Ægyptus) Hermotybiorum quidem hæ sunt præfecturæ, *Et paulo post,* Ex his præfecturis, *pro* Ex his tractibus. *Item paulo post* Præfecturæ, *pro* Plagæ, *& pro* Tribus, *nisi quis malit vocem Græcam* νόμος *ubique retinere.* 3 Anysia,

qui dum

qui dum quoad possunt plurimi coguntur, ducenta quinquaginta millia virorum sunt: quibus nec ipsis licet ulli artificio operam dare, sed solum rei militari,
CLXVII filio discenti à patre. Hoc ab Ægyptiisne mutuati sint Græci non possum procerto dijudicare, quum videam & apud Scythas Persasque & Lydos, denique apud omnes fere barbaros haberi pro ignobilioribus civibus eos qui artificia discunt, eorumque liberos: generosiores autem eos qui à manuariis operibus abstineant, præsertim qui 1 cessent ob bellum. Hoc itaque cum cæteri Græci didicerunt, tum præcipue Lacedæmonii. 2 Corinthii quoque minimi faciunt
CLXVIII opifices. His solis Ægyptiorum præter sacerdotes, hoc eximii honoris habebatur, ut singulis duodecim aruræ essent exemptæ & inmunes. est autem arura centum cubitorum Ægyptiorum quoquoversus. Ægyptius vero cubitus Samio par est. Hæc tamen universis exempta erant: istis vero per vices in orbem fruebantur, & nunquam iidem. Calasirium milleni & Hermothybium, alii totidem circa regem fungebantur annuo satellitum munere. Istis præter aruras dabantur viritim hæc alia, panes tosti pondo quinæ minæ, carnis bubulæ binæ, vini 3 sextarii quaterni. Hæc
CLXIX assidue satellitibus præbæbantur. Ubi igitur ediverso venientes, Apries cum auxiliariis, Amasis cum universis Ægyptiis in urbem Memphin pervenere, congressi sunt. Et peregrini quidem egregie pugnaverunt, tamen quod erant multo inferiores numero, victi sunt. Fertur Apries ea fuisse persuasione, 4 ut nullus neque deorum neque hominum posset sibi adimere regnum: adeo videbatur sibi illud stabilisse. Et tamen tunc congressus, prœlio fugatus est, vivusque captus ad urbem Saim ductus est in ædes quæ ipsius antea fuissent, tunc autem Amasis regia. Ibique 5 quamdiu in regia pascebatur, eum Amasis honeste asservavit. Tandem incusantibus Ægyptiis non juste agere qui suum & ipsorum inimicissimum aleret, ita illis Apriem tradidit. Eum isti ubi strangulavere, paternis in monumentis sepelierunt, quæ sunt in templo Minervæ, proxime 6 cœnaculum ad lævam manum intranti.

εἰσὶ ηλμένοι, ὅτι δὴ πλείστους ἐηλύετο, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδες ἀνδρῶν. ὐδὲ τούτοισι ἔξεστι τέχνην ἐπασκήσαντι ὠφελέεσθαι, ἀλλὰ τοῦ ἐς πόλεμον ἐπασκέοντι μοῦνα, παῖς ὠφελὰ πατρὸς" ἐκδεκόμενοι. Εἰ μὲν νυν καὶ τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι οἱ Ἕλληνες, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως κρῖναι· ὁρέων καὶ Θρήϊκας καὶ Σκύθας καὶ Πέρσας καὶ Λυδοὺς, καὶ σχεδὸν πάντας τοὺς βαρβάρους, ἀποτιμοτέρους τῶν ἄλλων ἡγεομένους πολιητέων τοὺς τὰς τέχνας μανθάνοντας, καὶ τοὺς ἐκγόνους τούτων. τοὺς δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξιέων, γνησίους" νομίζοντας εἶναι, καὶ μάλιστα τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνειμένους. μεμαθήκασι δ' ὧν τοῦτο πάντες οἱ Ἕλληνες, καὶ μάλιστα Λακεδαιμόνιοι. ἥκιστα δὲ Κορίνθιοι ὀνοσταὶ τοὺς χειροτέχνας. Γέρεα δέ σφι καὶ τάδε ἐξῃρημένα μούνοισι Αἰγυπτίων πάρεξ τῶν ἱρέων· ἄρουραι ἐξαίρετοι δυώδεκα ἑκάστῳ ἀτελέες. ἡ δὲ ἄρουρα ἑκατὸν πήχεών ἐστι Αἰγυπτίων πάντη· ὁ δὲ Αἰγύπτιος πῆχυς τυγχάνει ἴσος ἐὼν τῷ Σαμίῳ. ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι ἄπασι οὐ ἐξῃρημένα. τάδε δὲ ἐν περιτροπῇ ἐκαρπῶντο, καὶ οὐδαμὰ αὐτοί· Καλασιρίων χίλιοι, καὶ Ἑρμοτυβίων ἄλλοι, ἑδορυφόρεον ἕκαστον" ἔχοσι τὸν βασιλέα· τούτοισι δ' ὧν τάδε πάρεξ τῶν ἀρουρέων ἄλλα ἐδίδοτο ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ· ὀπτοῦ σίτου ταθμὸς, πέντε μνέαι ἑκάστῳ, κρεῶν βοέων δύο μνέαι, οἴνου τέσσερες ἀρυστῆρες. ταῦτα τοῖσι αἰεὶ δορυφορέουσι ἐδίδοτο. Ἐπεί τε δὴ συνιόντες, ὅ, τε Ἀπρίης, ἄγων τοὺς ἐπικούρους, καὶ ὁ Ἄμασις πάντας τοὺς Αἰγυπτίους, ἀπίκοντο ἐς Μέμφιν πόλιν, συνέβαλον· καὶ ἐμαχέσαντο μὲν εὖ οἱ ξεῖνοι, πλήθεϊ δὲ πολλῷ ἐλάσσονες ἐόντες, κατὰ τοῦτο ἐνικήθησαν· * Ἀπρίεω δὲ λέγεται εἶναι οὕτω ἡ διάνοια, μηδ' ἂν θεόν μιν μηδένα δύνασθαι παῦσαι τῆς βασιληΐης· ὕτω ἀσφαλέως ἑωυτῷ ἱδρύσθαι ἐδόκεε. καὶ δὴ τότε συμβαλὼν ἐνικήθη· καὶ ζωγρηθεὶς, ἀπίκετο ἐς Σαΐν πόλιν, ἐς τὰ ἑωυτοῦ οἰκία πρότερον ἐόντα, τότε δὲ Ἀμάσιος. ἤδη βασιλήϊα. ἐνθαῦτα δὲ ἐπεὶ μὲν ἐτρέφετο ἐν τοῖσι βασιληΐοισι, καί μιν Ἄμασις εὖ περιεῖπε· τέλος δὲ, μεμφομένων Αἰγυπτίων οἱ ἐπιεῖ δίκαια τρέφων τὸν σφίσι τε καὶ ἑωυτῷ ἐχθιστον, ὕτω δὴ παραδιδοῖ τὸν Ἀπρίεω τοῖσι Αἰγυπτίοισι. οἱ δέ μιν ἀπέπνιξαν, καὶ ἔπειτα ἔθαψαν ἐν τῇσι πατρώῃσι ταφῇσι. αἱ δὲ εἰσὶ ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ἀγχοτάτω τοῦ μεγάρου, ἐσιόντι ἀριστερῆς χειρός.

καὶ ἐκδεκόμενος.

νομιζόμενος

ἔκασοι

99

ἔθαψαν

1 Qui rei militari vacant. 2 At Corinthii minime contemptui habent opifices. *Intellige autem* Minime *vel pro Non, vel comparative pro Minime omnium.* 3 Ἀρυστῆρες, *ab aliis* Cyathi: *ab aliis notationem vocabuli sequentibus* Haustus *vel* Haustra. 4 Ne deum quidem ullum posse sibi adimere reg. 5 Aliquandiu quidem in regia nutritus fuit, & eum Amasis honeste observavit: *vel,* honesta observantia prosequutus est: tandem autem incusant. *Vel. antea quidem in regia nutrebatur: & eum Am. honeste observabat: at postquam incusarunt Ægyptii, &c.* 6 Palatium. ✱ Quæ Jeremias denunciat Apriæ ventura. c.44,v.30, ea omninò fideliter narrat Herodotus, & plane illi cum verbo divino convenit. *Salig. in Fragmenta selecta, & in Euseb. Chronicon.*

ἔνθαψαν δὲ Σαΐτας πάντας τοὺς ἐκ νομοῦ τούτου γλυμμένους βασιλέας ἔσω ἐν τῷ ἱρῷ. καὶ γὰρ τὸ τοῦ Ἀμάσιος σῆμα, ἐκ τέρω μᾶλλόν ἐστι τοῦ μεγάρου ἢ τὸ τοῦ Ἀπρίεω καὶ τῶν τούτου προπατόρων. Ἔστι μέντοι καὶ τοῦτο ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ ἱροῦ, παστὰς λιθίνη μεγάλη, καὶ ἡσκημένη σύλοισί τε φοίνικας τοὺς δενδρέα μεμιμημένοισι, καὶ τῇ ἄλλῃ δαπάνῃ. ἔτεσι δὲ ἐν τῇ παστάδι οἰκήματα ἔσηκε· ἐν δὲ τοῖσι θυρώμασι ἡ θήκη ἐστί. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ τοῦ ἐκ ὅσιον πιεύμαι ἔστι τινὶ τῷ τοιούτῳ χρήματι ἐξαγορεύειν τοὔνομα ἐν Σάι, ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ὀπίσω τοῦ νηοῦ παντὸς τοῦ τῆς Ἀθηναίης ἐκόλλησον τοίχῳ· καὶ ἐν τῷ τεμένεϊ ὀβελοὶ ἑστᾶσι μεγάλοι λίθινοι. λίμνη τέ ἐστι ἐκμοῦν λιθίνη, χρηπῖδι κεκοσμημένη, καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ, καὶ μέγαθος (ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε) ὅσσπερ ἡ ἐν Δήλῳ, ἡ τροχοειδὴς καλεομένη. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δείκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς ποιεῦσι, τὰ καλέουσι μυστήρια Αἰγύπτιοι. Περὶ μὲν νυν τούτων, εἰδότι μοι ὅτι πλέον ὡς ἔκαστα αὐτέων ἔχει, δύσομα κείσθω. καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς πέρι, τὴν οἱ Ἕλληνες θεσμοφόρια καλέουσι, καὶ ταύτης μοι περὶ δύσομα κείσθω, πλὴν ὅσον αὐτῆς ὅσιόν ἐστι λέγειν. αἱ Δαναοῦ θυγατέρες ἦσαν αἱ τὴν τελετὴν ταύτην ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγοῦσαι, καὶ διδάξασαι τὰς Πελασγιώτιδας γυναῖκας. μετὰ δὲ, ἐξανασάσης πάσης Πελοποννήσου ὑπὸ Δωριέων, ἐξαπώλετο ἡ τελετή. οἱ δὲ ὑπολειφθέντες Πελοποννησίων, καὶ ἐκ ἐξανασάντες Ἀρκάδες, διέφθειρον αὐτὴν μοῦνοι. Ἀπρίεω δὲ ὧδε καταραιρημένου, ἐβασίλευσε Ἄμασις, νομοῦ μὲν Σαΐτεω ἐών, ἐξ τῆς δὲ ἧν πόλεως, ἔνθεν οἱ ἐστι Σιὼφ. τοὺς μὲν δὴ πρώτους κατώιζοντο τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐν ἐόντα μὴ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον· ἔπειτα δὲ δημότην ἐόντα, καὶ οἰκίης οὐκ ὀφθαλμοῦ ἀξίης, ἐποιήσατο ἑωυτοῦ ἁρπάσας. πρὸς τοῦτον δὲ τὸν τρόπον οὐδὲ τὴν ἀναισχυντίην ἐπέφερε. ἦν γὰρ ἀνὴρ πανοῦργος καὶ σοφός. πρὶν μὲν γὰρ ἢ τὴν ἀρχὴν ἔσχε, ἐόντος ἰδιώτεω, ἐπιτήδεος ἦν πίνειν καὶ γελοιοποιεῖσθαι, καὶ οὐδαμοῦ σπανίζων ἐπιτηδείων ἐπιτηδεύειν ἐκλέπτειν. ἐπεὶ δὲ ἐμαντεύσατο αὐτῷ ἡ Ἀθηναίη τὴν τελευτὴν τοῦ βίου ἐκ ἐθέλειν, καὶ ἐκείνου ἐκ ἐπιστέατο τὸ μαντήιον, ἐπιστάμενος τοὺς ἀδικέοντας ἐκ ἐθέλειν ἐπιμελέως ἐπιτηδεύειν, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς ἐπιμελέως ἐπιτηδεύοντας, ἐποίεε τοιάδε. ἐπιτηδεύσας τὸν ἐπιμελέως ἐπιτηδεύοντα, καὶ ἐκ ἐθέλοντα ἐπιτηδεύειν, ἐποίεε τοιάδε. ἐπιτηδεύσας τὸν ἐπιμελέως ἐπιτηδεύοντα, καὶ ἐκ ἐθέλοντα ἐπιτηδεύειν, ἐποίεε τοιάδε.

Nam Saitani 1 cunctos qui tribules eorum fuere reges, intra templum sepelierunt. Etenim Amasis monumentum 2 ex altera parte cœnaculi est quàm illud Apriæ ejusque progenitorum. In ejus- CLXX
dem templi aula hoc quoque est ingens cubiculum lapideum, tum columnis excultum, palmarum arbores imitantibus, tum alio sumptu. Intra id cubiculum gemini postes stant, in quibus urna est. Sunt etiam sepulcra, (cujus nomen si nuncupavero hac in re, haud sancte fecero) apud Sain in templo Minervæ post totum delubrum prope parietem: atque in fano stant ingentes obeli, lacusque contiguus lapidea crepidine adornatus, & circumquaque probe elaboratus, magnitudine (ut mihi videtur) quanta in Delo, qui dicitur trocheides. In hoc lacu imagines suorum quisque affectuum noctu faciunt, quæ vocant Ægyptii mysteria: De quibus quum permulta CLXXI
ego norim, quo pacto se habeant singula, tamen abstit ut proloquar. De Cereris quoque initiatione, quam Græci thesmophoria vocant *à ferendis legibus*, absit ut eloquar, nisi quatenus sanctum est de illa dicere. Danai filiæ ritum hunc ex Ægypto attulerunt, eoque Pelasgicas fœminas imbuerunt. Sed deinde omni Peloponneso à Doribus ejecta sedibus suis, ritus initiandi abolitus est, à solis Arcadibus (qui à Peloponnensibus non ejecti sunt, sed relicti) conservatus.
¶ Aprie sublato, regnavit AMASIS CLXXII
è 3 tribu Saitana, & urbe cui nomen est Siuph. Eum inter initia Ægyptii contemnere, nec ullius sane momenti ducere, ut qui plebeius fuisset, nec insigni familia ortus. Eos vero postea Amasis ad se solertia, non 4 asperitate, perduxit. Erant ei cum alia bona infinita, tum vero pelvis aurea, in qua tam ipse quam omnes convivæ semper pedes abluebant: hanc ille confregit, ex eaque 5 dæmonis statuam fecit, & in appolitissimo urbis loco statuit: Ægyptii simulacrum adeuntes, magnopere venerari. Id Amasis fieri à popularibus edoctus, convocatis Ægyptiis aperit, Ex illa pelui in qua primo Ægyptii evomere immingereque, & in qua pedes abluere consuessent, factum esse simulacrum quod tunc tantopere venerarentur. Itaque se aiebat perinde atque peluim esse factum: etsi enim antehac

τὴν τοπείην
τὴν ἀγνωμοσύνην

Αἰγυπτίους, ἐξέφηνε, φὰς ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὸ ἄγαλμα γεγονέναι, ἐς τὸν πρότερον μὲν τοὺς Αἰγυπτίους, ἐνεμεῖν τε καὶ ἐνυρέειν, καὶ πόδας ἐναπονίζεσθαι, τότε δὲ, μεγάλως σέβεσθαι. ἦδη ὦν ἔφη λέγων ὁμοίως αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγώς. εἰ γὰρ πρότερον

1 Cunctos ex ea præfectura reges 2 Longius quidem ab[illegible]palatio quam illud Apriæ ejusque progenitorum: est tamen in septo templi hoc quoque porticus lapidea [illegible]columnis ornata palmarum arb. imitant. & alio sumptu. In ipsa porticu geminæ stant fores, intra quas est conditorium. Sunt etiam sep. 3 Præfectura. *Vel, provincia.* 4. *Non legit* ἐυγνωμοσύνη (*ut in vulg. edit.*) *sed* ἀγνωμοσύνη, *ut in vet. cod.* 5. Numinis stat.

fuisset

fuiſſet plebeius, impræſentiarum tamen eſſe ipſorum regem, eoque jubere ut ſibi honor haberetur atque reverentia. Hunc in modum ad ſe traduxit Ægyptios, ita utæ quum cenſerent ei ſervire.

CLXXIII Idem hoc uſus eſt in rebus agendis inſtituto: ab aurora uſquedum refertum eſſet forum, accurate negocia oblata agebat: deinde potabat, & inter compotores jocabatur, morionem agens ac ſcurram. Quibus rebus offenſi amici, talibus eum verbis 1 caſtigabant, Rex, dicentes, non è dignitate tua degis, qui ad tantam te dimittis nequitiam. Nam deberes 2 auguſto in ſolio ſedens, auguſte interdiu res adminiſtrare. ita & Ægyptii cognoſcerent à magno ſibi viro præſideri, & tu melius audires. Nunc haudquaquam facis è regia dignitate. His ille reſpondit, 3 arcus ab iis quorum ſunt, quum eſt opus, intendi: eos, ſi ſemper intenti ſint ruptum iri, nec poſſe eis illos, quum indigeant, uti: ita & hominis inſtitutum eſſe: ſi aſſiduo laborare ſtudio, nec ullam partem ad luſum ſibi indulgere velit, fore ut pedetentim aut mente captus ſit aut membris. Quod ego intelligens, utrique rei tempus impertio. Hæc Amaſis amicis reſpondit.

CLXXIV Etenim fertur Amaſis, quum privatus foret, fuiſſe potandi jocandique cum dicacitate ſtudioſus, & vir neutiquam rerum agendarum anxius. Et quoties eum potantem ac ſe oblectantem neceſſaria defeciſſent, ſolitum circumeundo furari: & quum repoſceretur ab iis qui dicerent eum ipſorum habere pecuniam, ac negaret, adduci ſolitum ad oraculum quodcunque eo in loco erat: & frequenter ab oraculis convictum, frequenter abſolutum. Poſtquam vero etiam aſſequutus eſt regnum, iſta egit: quicunque dii eum furti abſolverant, horum templa neque curæ habuit, neque ulla re ad ornamentum donavit, neque adiens ſacrificavit, tanquam nihil mererentur, quod redderent falſa reſponſa: qui autem eum 4 pronunciaverant furem, hos tanquam vere deos, nec mendacia reddentes oracula, maxime coluit.

CLXXV Præterea in Sai veſtibulum Minervæ fecit, opus admirandum, & longe ſuperans cætera tum ſublimitate tum magnitudine. tanta eſt vaſtitas lapidum atque ſubſtructionum. Quinetiam ingentes coloſſos, & immanes androſphingas ibidem poſuit.

" ἦεν δημότης, ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι ἔϊ) αὐτέων βασιλεύς· καὶ τιμᾶν τε καὶ περιηδέεσθαι ἑωυτὸν ἐκέλευε. τοιούτῳ μὲν τρόπῳ προσηγάγετο τοὺς Αἰγυπτίους, ὥστε δικαίως δουλοῦσθαι. Ἐχρῆτο δὲ καταστάσει πρηγμάτων τοιῇδε· τὸ μὲν ὀρθρινὸν, μέχρι οὗ τὰ πλησθείης ἀγορῆς, περιδύμως ἔπρησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἔπινε τε καὶ καταίσκωπτε τοὺς συμπότας καὶ λίην ματαιός τε καὶ παιγνιήμων. ἀχθεσθέντες δὲ τούτοισι οἱ φίλοι αὐτοῦ, συνεβούλευον αὐτὸν, τοιάδε λέγοντες, Ὦ βασιλεῦ, οὐκ ὀρθῶς σεωυτοῦ " προέστηκας, ἐς τὸ ἄγαν φαῦλον προάγων " σεωυτόν. σὲ γὰρ χρῆν ἐν θρόνῳ σεμνῷ " σεμνῶς διαιτέοντα, δι' ἡμέρης πρήσσειν τὰ " πρήγματα. καὶ οὕτω Αἰγύπτιοί τ' ἂν ἐπίσταντο ὡς " ἔστι ἀνδρὸς μεγάλου ἀρχόμεθα, καὶ " ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες. νῦν δὲ ποιέεις οὐδαμῶς " βασιληΐῃ. ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε αὐτούς, Τὰ τόξα οἱ κεκτημένοι, ἐπεὰν μὲν δέωνται " χρέωσι, συντανύουσι· ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, " κλαίουσι. εἰ γὰρ δὴ τὸν πάντα χρόνον ἐν- " τεταμμένα εἴη, ἐκραγείη ἄν. ὥστε ἐς τὸν " δέον οὐκ ἂν ἔχοιεν αὐτοῖσι χρῆσθαι. ὕτω δὴ " καὶ ἀνθρώπου κατάστασις· εἰ ἐθέλοι κατε- " σπουδάζειν ἀεὶ, μηδὲ ἐς παιγνίην τὸ μέρος " ἑωυτὸν ἀνιέναι, λάθοι ἂν ἧτοι μανεὶς, ἢ " ὄγε ἀποπληκτικὸν ἡμῶν μοῦνον. τὰ ἐγὼ ἐπισάμενος, μέρος ἑκατέρῳ νέμω. ταῦτα μὲν τοὺς φίλους ἀμείψατο. Λέγεται δὲ καὶ Ἄμασις, " ὅτε ἰδιώτης, ὡς φιλοπότης καὶ φιλοσκώμμων, καὶ ἀδαμῶς κατεσπουδασμένος ἀνὴρ· ὅκως δέ μιν ἐπιλείποι πίνοντά τε καὶ συμπαίζοντα τὰ ἐπιτήδεια, κλέπτεσκε ἂν ἀφ' ἑτέρων. οἱ δ' ἄν μιν φαμένου ἔχειν τὰ σφέτερα χρήματα, ἀρνεύμενον ἄγεσκον ἐπὶ μαντήιον, ὅκου ἐκάστοισι εἴη. πολλὰ μὲν δὴ καταπλήσκετο ἐπὶ τῶν μαντηίων, πολλὰ δὲ καὶ " ἐφρύγη. ἐπεί τε δὲ καὶ ἐβασίλευσε, ἐποίησε τάδε· ὅσοι μὲν αὐτὸν πρὸ θεῶν ἀπέλυσαν μὴ φῶρα ἔϊ), τούτων μὲν τῶν ἱρῶν ὅτε ἐπεμέλετο, ὅτε ἐς ἐπισκευὴν ἐδίδου οὐδέν· οὐδὲ φοιτέων ἔδωρε· ὡς οὐδενὸς ἐόντας ἀξίους, ψευδεά τε μαντήια κεκτημένους· ὅσοι δέ μιν κατέδησαν φῶρα ἔϊ), τούτων δὲ ὡς ἀληθέων ἐόντων καὶ ἀψευδέα μαντήια παρεχομένων, τὰ μάλιστα ἐπεμέλετο. Καὶ τοῦτο μὲν, ἐν Σάι τῇ Ἀθηναίῃ πυλαὶ θαυμασιαὶ οἱ ἐξεποίησε, πολλὸν πάντας ὑπερβάλλουσας τῷ τε ὕψεϊ καὶ τῷ μεγάθεϊ, ὅσων τε τὸ μέγαθος, λίθων ἔστι, καὶ ὁκοίων τέων· τοῦτο δὴ, κολοσσοὺς μεγάλους καὶ ἀνδροσφίγγας θωυμασίους ἀνέθηκε.

καὶ εἶναι

καὶ ὅτε

καὶ ἀπέφευγε.

1 Admonebant, non teipſum recte regis, ὁ rex, qui &c. 2 Auguſtus auguſto in ſolio ſedens per totum diem res adminiſtr. 3 Qui arcum poſſident, illo opus habent, intendunt: poſtquam autem uſi ſunt, remittunt. Nam ſi perpetuo intentus eſſet, frangeretur, ut, quum opus eſſet, uti jam illo non poſſent. Talem & hominis conditionem eſſe: ſi aſſidue ſeria tractare, nec ull. 4 *Ad verbum*, Conſtrinxerant. *id eſt*, Conviciati.

λίθους τε ἄλλους ἐς θωμοδόλιν τὰς φύσας τὸ μέγαθος ἐκόμισε. ἠγάγετο δὲ τούτων τοὺς μὲν, ὀκτὼ καὶ πρὸς ἑκατὸν Μέμφιν ἐοσίων λιθοτομέων, τοὺς δὲ καὶ μεγάθεας, ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος, πλόον εἴκοσι ἡμερέων ἀπεχούσης ἀπὸ Σαΐος. τὸ δὲ ὦκ ἥκιστα ἀυτέων, ἀλλὰ μάλιστα θωϊμάζω, ἔστι τόδε· οἴκημα μονόλιθον ἐκόμισε ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος· καὶ τοῦτο ἐνέμιζε μὲν ἐπ' ἔτεα τρία, διακόσιοι δὲ οἱ περιττεταγμένοι ἄνδρες ἀγωγέες, καὶ ἔτι ἄπαντες ἦσαν κυβερνῆται. τῆς δὲ στέγης ταύτης τὸ μὲν μῆκος ἔξωθεν ἔστι, εἰς τε καὶ εἴκοσι πήχεες· εὖρος δὲ, τεσσαρεσκαιδέκατα· ὕψος δὲ, ὀκτώ. ταῦτα μὲν τὰ μέτρα ἔξωθεν τῆς στέγης τῆς μονολίθου ἐστί. ἀταρ ἔσωθεν τὸ μῆκος, ὀκτωκαίδεκα πήχεων, καὶ πεντήκοντα· τὸ δὲ εὖρος, δώδεκα πήχεων· τὸ δὲ ὕψος, πέντε πήχεων ἐστί. αὕτη δὲ ἱρῆ κέεται πρὸς τοῦ ἐσοδον. ἔσω γὰρ μὲν ἐς τὸ ἱρὸν φασὶ πρῆξαι δ' εἵνεκα ὦκ ἐσελκύσαι τὸν ἀρχιτέκτονα· αὐτῆς ἐλκομένης τῆς στέγης, ἀναστενάξαι, οἷά τε χρόνου ἐκλελεγμένου πολλοῦ, καὶ χθόμενον τῷ ἔργῳ· τὸν δὲ Ἄμασιν, ὀνειδισμὸν ποιησάμενον, ὦκ ἐᾶν ἔτι περισσοτέρω ἑλκύσαι. ἤδη δέ τινες λέγουσι ὡς ἄνθρωπος διεφθάρη ὑπ' αὐτῆς τῶν τις αὐτοῦ μοχλεύοντων, καὶ ἀπὸ τούτου ὦκ ἐσελκυσθῆναι. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι ἱεροῖσι ὁ Ἄμασις πᾶσι τοῖσι ἑλλογίμοισι ἔργα τὸ μέγαθος ἀξιοθέητα. ἐν δὲ καὶ ἐν Μέμφι, πρὸ ὕπτιον κείμενον κολοσσὸν, τοῦ Ἡφαιστείου ἐμπροσθε· τοῦ πόδες πέντε καὶ ἑβδομήκοντά εἰσι τὸ μῆκος. ὄπισθε δὲ τῷ αὐτῷ βάθρῳ ἑστᾶσι, τοῦ αὐτοῦ ἐόντες λίθου, δύο κολοσσοὶ, εἴκοσι ποδῶν τὸ μέγαθος ἐὼν ἑκάτερος· ὁ μὲν, ἔνθεν, ὁ δ' ἔνθεν τοῦ μεγάρου. ἔστι δὲ λίθινος ἕτερος τοσοῦτος καὶ ἐν Σαΐι, κείμενος κατὰ τὠυτὸν τρόπον τῷ ἐν Μέμφι. τῇ Ἴσι τε τὸ ἐν Μέμφι ἱερὸν Ἄμασις ἔστι ὁ ἐξοικοδομήσας, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιοθεητότατον. Ἐπ' Ἀμάσιος δὴ βασιλῆος λέγεται Αἴγυπτος μάλιστα δὴ τότε εὐδαιμονῆσαι, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῇ χώρῃ γενόμενα, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης τοῖσι ἀνθρώποισι. καὶ πόλις ἐν αὐτῇ ἡμέαται τὰς ἁπάσας τότε δισμυρίας τὰς οἰκεομένας. νόμον τε Αἰγυπτίοισι τόνδε Ἄμασις ἔστι ὁ κατάσησας· ἀποδεκνυέναι ἕτεος ἑκάστου τῷ νομάρχῃ πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅτεν βιῶται· μηδὲ ποιεῦντα ταῦτα, μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζόην, ἰθύνεσθαι θανάτῳ. Σόλων δὲ ὁ Ἀθηναῖος λαβὼν ἐξ Αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον, Ἀθηναίοισι ἔθετο, τῷ οὐκ εἰώθασι ἐς αἰεὶ χρεώμενοι, ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ.

ἐκόμιζον

Alia quoque ſaxa prægrandia in apparatum comportavit, ducta partim è lapidicinis quæ juxta Memphin ſunt, partim utique quæ majoris molis erant, ex urbe Elephantina, quæ Sai diſtat viginti dierum navigatione. Adhæc, quod non minime ſed maxime omnium admiror, attulit ædificium ex ſolido ſaxo ab urbe Elephantina, in quo afferendo triennium conſumpſerunt duo millia delectorum virorum, qui omnes erant gubernatores. Hujus autem domus extrinſecus eſt unius & viginti cubitorum longitudo: quatuordecim, latitudo: octo, ſublimitas. Hæc eſt dimenſio exterior tecti ex uno lapide. Introrſum autem [1] duodeviginti & amplius cubitorum eſt longitudo: quinque, ſublimitas. Domus hæc ad ingreſſum templi collocata eſt. nam ob id aiunt in templum non fuiſſe pertractam, quod quum ſuſpiraſſet architectus dum illa adveheretur, utpote pertæſus diutini temporis operæ, [2] ea de re ſtomachatus Amaſis, non permiſerit hominem ulterius trahere. Nonnulli aiunt quendam ex iis qui vectibus lapidem agebant, ab illo fuiſſe oppreſſum, ideoque lapidem non introductum. Donavit præterea operibus ob magnitudinem CLXXVI ſpectaculo dignis cum alia templa inſignia, tum in Memphi templum Vulcani, coloſſo ſupino ante illud poſito, longitudinis quinque & ſeptuaginta pedum. Superque idem pavimentum gemini coloſſi ſtant [3] ex Æthiopico lapide, vicenûm pedum magnitudinis, hinc & hinc magno illi aſſiſtentes: cujus inſtar eſt alter in Sai lapis, eodem habitu jacens. Illud etiam quod in Memphi eſt templum Iſidis ingens & ſpectatu CLXXVII dignitſimum, Amaſis ædificavit. Sub Amaſi rege dicitur Ægyptus fuiſſe maxime beata, in iis quæ vel regioni ex flumine, vel hominibus ex regione proveniunt, & urbes quæ incolerentur tunc, fuiſſe numero illic mille & viginti. [4] Amaſis quoque extitit qui legem hanc apud Ægyptios condidit, ut ſingulis annis apud provinciarum præſides Ægyptii omnes demonſtrarent unde viverent: & qui aut hoc non faceret, aut non demonſtraret ſeſe legitime vivere, is morte afficeretur. Quam legem Solon ab Ægyptiis mutuatus, Athenienſibus tulit, quam illi, quod ſit caſtiſſima, aſſidue uſurpant.

101

1 Duodeviginti cubitorum, & digitorum xx eſt longitudo: latitudo vero, cubitorum duodecim: quinque, ſubl. 2 Hoc in religionem vertens Amaſ. 3. Ex eodem lapide, 4 Hic eſt autem Amaſis qui legem hanc tulit, demonſtrare unumquemque apud præſidem cujuſque loci, unde vivat: quod qui non fecerit, aut demonſtrare vitæ ſuæ rationem juſtam non potuerit, hunc morte mulctandum. Solon autem Athenienſis ſumptam hanc legem ex Ægypto Athenienſibus promulgavit, qua illi ſemper uſi ſunt, lege ſane inculpata. *Ita hunc locum vertit Budæus.*

Amaſis

CLXXVIII Amasis porro, quoniam Græcorum erat studiosus, cum alia in quosdam Græcos officia contulit, tum iis qui in Ægyptum concederent, dedit facultatem Naucratin urbem incolendi. Qui vero eorum nollent illic habitare, sed navigando negociari, fecit potestatem certis in locis aras & fana extruendi, Et maximum quidem eorum fanum atque [1] celeberrimum vocatur Hellenium: civitates autem quæ communiter illud extruxerunt, sunt, Ionum quidem, Chius, Teus, Phocæa, Clazomenæ: Dorum autem, Rhodus, Cnidus, Halicarnassus, Phaselis: Æolum vero, una Mitylene. Harum civitatum hoc fanum est, & ab his præfecti emporii præbentur. Cæteræ civitates quæ consortes hujus rei sunt, rei ad ipsos minime pertinentis consortes sunt. Separatim tamen ædificaverunt, Æginetæ quidem, Jovis: Samii autem, Junonis: Milesii vero, Apollinis fanum. Nam vetus emporium erat sola Naucratis: præter hoc in Ægypto aliud nullum. Quod siquis in aliud aliquod Nili ostium applicuisset, is necesse habebat dejerare se venisse invitum, datoque jurejurando eadem navi ad Canobicum navigare: &, si id minus per contrarios ventos posset, onera fluvialibus navigiis circumagere lustrando Delta, donec perveniret Naucratin. ita Naucratis in honore CLXXX erat. Jam vero quum Amphictyones templum quod nunc Delphis est, (quia illud prius sua sponte deflagraverat) trecentis talentis construendum locassent, Delphi, quos quarta pars sumptus contingebat, circa civitates vagi, cum aliunde tum vero non minimum ex Ægypto retulerunt. nam Amasis quidem eis mille talenta aluminis, Græci autem qui Ægyptum incolebant, vicenas minas CLXXXI donaverunt. Cum Cyrenæis quoque Amasis amicitiam societatemque iniit, ita ut illinc uxorem etiam putaret sibi esse ducendam, sive fœminæ Græcæ amore captus, sive alias ob benevolentiam Cyrenæorum. Uxorem quam duxit, alii volunt filiam fuisse Batti, alii Arcesilai, alii Critobuli, inter suos populares viri spectati, nomine Ladicen: cum qua dum in toro cubaret, concumbere non poterat, quum tamen aliis mulieribus uteretur. Id quum diu fieret, ad eam Amasis. Tu vero, inquit, uxor veneficio me læsisti: ideoque nullo machinamento vales effugere

Φιλέλλην δὲ ἦν ὁ Ἄμασις, ἄλλα τε ἐς Ἕλληνων μετεξετέρους ἀπεδέξατο, καὶ δὴ καὶ τοῖσι ἀπικνεομένοισι ἐς Αἴγυπτον ἔδωκε Ναύκρατιν πόλιν οἰκέειν· τοῖσι δὲ μὴ βουλομένοισι αὐτόθι οἰκέειν, αὐτοῖσι δὲ ναυτιλλομένοισι, ἔδωκε χώρους ἐνιδρύσασθαι βωμοὺς καὶ τεμένεα θεοῖσι. τὸ μέν νυν μέγιστον αὐτέων τέμενος, καὶ ἐνομαστότατον ἐὸν καὶ χρησιμώτατον, καλέεται μὲν Ἑλλήνιον, ἄνδρες δὲ πόλιες εἰσὶ αἱ ἱδρυμέναι κοιναί, Ἰώνων μὲν, Χῖος, καὶ Τέως, καὶ Φώκαια, καὶ Κλαζομεναί· Δωριέων δὲ, Ῥόδος, καὶ Κνίδος, καὶ Ἁλικαρνησσὸς, καὶ Φάσηλις· Αἰολέων δέ, ἡ Μιτυλλναίων μούνη. τούτων μέν ἐστι τὸ τέμενος τοῦτο. καὶ προστάται τοῦ ἐμπορίου αὗται αἱ πόλιες εἰσὶ αἱ παρέχουσαι. ὅσαι δὲ ἄλλαι πόλιες μεταποιεῦνται, οὐδέν σφι μετὸν μεταποιεῦνται. χωρὶς δὲ, Αἰγινῆται ἐπ' ἑωυτοῖσι ἱδρύσαντο τέμενος Διός· καὶ ἄλλο Σάμιοι, Ἥρης· καὶ Μιλήσιοι, Ἀπόλλωνος. Ἦν δὲ τοπαλαιὸν μούνη ἡ Νάυκρατις ἐμπόριον, καὶ ἄλλο οὐδὲν Αἰγύπτου. εἰ δέ τις ἐς τὰ ἄλλα στόματα τοῦ Νείλου ἀπίκοιτο, χρῆν ὀμόσαντα μὴ μοῦνον ἐκβῆναι ἐλθεῖν. ἀπομόσαντα δὲ, τῇ νηῒ αὐτῇ πλέειν ἐς τὸ Κανωβικόν. ἢ εἰ μή γε οἷά τε ἐὼν πρὸς ἀνέμους ἀντίους πλέειν, τὰ φορτία ἔδει περιάγειν ἐν βάρεσι περὶ τὸ Δέλτα, μέχρι οὗ ἀπίκοιτο ἐς Νάυκρατιν. οὕτω μὲν δὴ Νάυκρατις ἐτετίμητο. Ἀμφικτυόνων δὲ μισθωσάντων τὸν ἐν Δελφοῖσι νεὼ ἐόντα νηὸν τεσσερακοσίων ταλάντων ἐξεργάσασθαι· (ὁ γὰρ πρότερον ἐὼν αὐτόθι, αὐτομάτως κατεκάη) τοὺς Δελφοὺς ἐπέβαλε τεταρτημόριον τοῦ μισθώματος παρέχειν. πλανώμενοι δὲ οἱ Δελφοὶ περὶ τὰς πόλις, ἐδωτίναζον. ποιεῦντες δὲ τοῦτο, οὐκ ἐλάχιστον ἐξ Αἰγύπτου ἠνείκαντο. Ἄμασις μὲν γὰρ σφι ἔδωκε χίλια συντηρέα τάλαντα· οἱ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες Ἕλληνες, εἴκοσι μνέας. Κυρηναίοισι δ' ἐς ἀλλήλους Ἄμασις φιλότητά τε καὶ συμμαχίην συνεθήκατο. ἐδικαίωσε δὲ καὶ γῆμαι Ἀρκεσιλάου θυγατέρα, εἴτε δὴ αὐτὸν ἐνυμήσας Ἑλλωίδος γυναικὸς, εἴτε καὶ ἄλλως φιλότητος Κυρηναίων εἵνεκα. γαμέει δ' ὦν, οἱ μὲν λέγουσι Βάττεω, οἱ δ' Ἀρκεσίλεω θυγατέρα, οἱ δὲ, Κριτοβούλου, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου· τῇ οὔνομα ἦν Λαδίκη. τῇ ἐπεί τε συνεκλίνοιτο Ἄμασις, μίσγεσθαι μὲν οὐκ οἷός τε ἦν πρὸς ταύτην· τῇσι δὲ ἄλλῃσι γυναιξὶ ἐχρᾶτο. ἐπεί τε δὲ πολλὸν τοῦτο ἐγίνετο, εἶπε δὴ ὁ Ἄμασις πρὸς τὴν Λαδίκην· Ὦ γύναι, κατά με ἐφάρμαξαι, καὶ ἔστι οὐδεμίη μηχανὴ ὅκως οὐ σεωυτὴν μισήσεις· ἐμοὶ γὰρ δοκέεις ἐκ πασέων γυναικῶν κάκιστα ἐπιβουλεύσασθαι. ταῦτα δὲ εἶπε, ὅτι μιν οὐκ ἐβούλετο ἀπολιπεῖν διὰ τὴν φιλίην τὴν Κυρηναίων. ἡ δὲ Λαδίκη ἐπευξαμένη τῇ Ἀφροδίτῃ, ὡς ἄρα οἱ τὴν νύκτα ταύτην γενομένη ἐπιβουλὴ ἐτελέσθη, ὑπεκρίνατο τῷ Ἀμάσι, καὶ ὑπεδέκετο μηκέτι τοιοῦτον ποιήσειν μηδέν. ἐπιστάμενος δὲ ὁ Ἄμασις ὡς ἐπιβουλευομένῳ οἱ ἐπιβουλεύοι, ἐπείθετο. ἡ δὲ Λαδίκη ἐπεὶ ἐπαύσατο τῆς ἐπιβουλῆς, ἐπηύξατο τῇ θεῷ ἐπὶ τῷ ἐπαύσατο, ἐπὶ τῷ μὴ ἐπιβουλεύσαντι ἐπιβουλεύσασα

" μὴ ἐκ ἀπολωλέναι κάκιστα γυναικῶν πασέων. ἡ δ' Λαδίκη, ἐπεί τί οἱ ἀρνευμένῃ ὐδὲν ἐχρᾶτο πρηΰτερον Ἄμασις, εὐχεται ἐν τῷ νόῳ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἢν οἱ ἐπ' ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ μιχθῇ ὁ Ἄμασις, (τοῦτο γὰρ οἱ κακῶν ἦν) μήσεσθαι ἀγαλμά οἱ ἀποπέμψειν ἐς Κυρήνην. μετὰ δὲ τῇ εὐχῇ αὐτίκα οἱ ἐμίγδη ὁ Ἄμασις. καὶ τὸ ἐνθεῦτεν ἤδη ὁκότε ἔλθοι Ἄμασις πρὸς αὐτὴν, ἐμισγέτο· καὶ κάρτα μιν ἔστερξε μετὰ τοῦτο. ἡ δὲ Λαδίκη ἀπέδωκε τῇ θεῷ. ποιησαμένη γὰρ ἄγαλμα, ἀπέπεμψε ἐς Κυρήνην, τὸ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν σῶον, ἔξω τετραμμένον τῶν Κυρηναίων ἄστεος. ταύτῃ τῇ Λαδίκῃ, ἅς ἐπεκράτησε Καμβύσης Αἰγύπτου, καὶ ἐπύθετο αὐτῆς ὅστις εἴη, ἀπέπεμψε ἀσινέα ἐς Κυρήνην. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἀναθήματα ὁ Ἄμασις πέμψας ἐς τὴν Ἑλλάδα· τοῦτο μέν, ἐς Κυρήνην ἄγαλμα δεδαιχρυσον Ἀθηναίης, καὶ εἰκόνα ἑωυτοῦ, γραφῇ εἰκασμένην· τοῦτο δέ, τῇ ἐν Λίνδῳ Ἀθηναίῃ δύο τε ἀγάλματα λίθινα, καὶ θώρηκα λίνεον ἀξιοθέητον· τοῦτο δ' ἐς Σάμον τῇ Ἥρῃ, εἰκόνας ἑωυτοῦ διφασίας ξυλίνας, αἳ ἐν τῷ νηῷ τῷ μεγάλῳ ἱδρύατο ἔπι καὶ τὸ μέχρεις ἐμεῦ, ὀπισθε τοῦ θυρέων. ἐς μὲν νυν Σάμον ἀνέθηκε αὐτὸς ξεινίῃ τῇ ἑωυτοῦ τε καὶ Πολυκράτεος τοῦ Αἰάκεος· ἐς δὲ Λίνδον, ξεινίης μὲν οὐδεμιῆς εἵνεκεν· ὅτι δὲ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Λίνδῳ τὸ τῆς Ἀθηναίης λέγεται τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας ἱδρύσασθαι πορχήσασαι, ὅτε ἀπεδίδρησκον τοὺς Αἰγύπτου παῖδας. ταῦτα μὲν ἀνέθηκε ὁ Ἄμασις. εἷλε δὲ Κύπρον πρῶτος ἀνθρώπων, καὶ κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν.

quominus inter omnes mulieres teterrima pereas morte. Ladice, quum pernegando nihilo placatiorem redderet Amasin, vovit intra se Veneri, si ea nocte secum coiret, Amasis, (hoc enim ipsius fuisse machinamentum adversus illud malum) statuam Cyrenas se illi missuram. Concepto autem voto, coiit statim cum ea Amasis, ac deinceps quoties adiret, cum ea coibat: ac postmodum eam perquam valde dilexit. Et Ladice votum deæ persolvit, facta statua Cyrenasque missa, quæ ad meam usque memoriam incolumis erat extra urbem Cyrenensem posita. Hanc Ladicen Cambyses, posteaquam Ægypto potitus est, cognito quænam esset, Cyrenas illæsam remisit. Donavit item Amasis dona quæ CLXXXII misit in Græciam: Cyrenas quidem, statuam Minervæ inauratam, & sui imaginem pictura [1] adumbratam: Lindum autem, duo lapidea Minervæ simulacra, & thoracem lineum spectaculo dignum: Samum vero, Junoni bifarias sui imagines, quæ magno in templo erectæ erant post januas, ad meam usque ætatem. Samum quidem, propter hospitium quod inter ipsum erat & Polycratem Æacis filium: Lindum autem, nullius hospitii gratia, sed quia templum quod Lindi est, Minervæ feruntur extruxisse Danai filiæ, [2] postquam agnitæ sunt quum filios Ægypti fugerent. Hæc quidem donaria dedicavit Amasis, primusque mortalium Cyprum cepit, tributariamque fecit provinciam.

1 Ad vivum expressam: 2 Eò appulsæ quum f.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM

Liber tertius, qui inscribitur

THALIA.

[pr] ὁμοίαν, ἑτωῶσε

[pr] ὁπλίσι

1 Quamprimum. *Vel, primo quoque tempore.* 2 Interim dum formicæ congregantur, 3 Dissolvunt, si, una non trahantur utricque. *Id est, Si utrique assequi pari gradu non possint. Ita quidam hunc locum interpretantur: qui & aliam interpretationem admittere videtur.* 4 Græcia longe temperatissimas nacta est anni tempestates. 5 Versicolori 6 Ut rationi consentaneum est,

lepus,

lepus, quem omnia venantur, fera, ales, homo, tam ferax sit: solaque ex omnibus bestiis, quum gravida est, etiam 1 impleatur, & alium fœtum in utero gestet pilis vestitum, alium nudum, alium tantum non formatum: alium concipiat. Et lepus quidem talis est. At leæna validissimum ferocissimumque animal, semel in vita unum parit. nam una cum fœtu uterum emittit. Cujus rei causa est hæc, quod catulus leoninus, ubi moveri in utero incipit, quum habeat ungues longe acutissimos ex omnibus feris, uterum lacerat, augescensque magis ac magis, ungues imprimendo exulcerat: ita ut ad postremum, quum partus instat, nihil
CIX uteri reliquatur incolume. Sic quoque si viperæ & alati Arabiæ serpentes gignerentur ut ipsorum natura fert, non esset hominibus vivendi facultas: nunc autem, quum libidine agitantur, & per paria coeunt, fœmina collum maris in emittenda genitura comprehendit, 2 sorbensque non prius dimittit quam devoraverit. & mas quidem hoc modo perit. Fœmina vero talem luit masculo pœnam: quod filii dum adhuc intra uterum sunt, patrem ulciscentes matricem ambedunt: ejusque alvo ambesa, ita partum faciunt. Cæteri serpentes qui non sunt hominibus pernicioſi, ova pariunt & magnam vim fœtuum excludunt. Porro viperæ per universum orbem terrarum visuntur: alati vero serpentes nusquam alibi nisi in Arabia, aut certe non adeo frequen-
CX tes. Hunc in modum Arabes thus comparant. Casiam autem sic: Postquam sibi cum cæterum corpus, tum faciem præter oculos obligaverunt coriis aliisque pellibus, ad casiam pergunt. Ea nascitur in palude non alta, circa quam & in qua degunt feræ alatæ, vespertilionibus simillimæ, stridore diro, & viribus prævalentibus: quas ab oculis arcentes
CXI Arabes sic casiam metunt. Cinnamomum etiam quam superiora mirabilius legunt. nam aut quomodo aut qua in terra gignatur, illud nequeunt dicere: nisi quod probabili ratione utuntur, quod quidam volunt id gigni in iis regionibus ubi Dionysus educatus est: & ipsas cinnamomi festucas afferri à grandibus quibusdam alitibus ad nidos è luto constructos in præruptis montium & homini inaccessis. Contra quas hoc Arabes excogitaverunt: boum 3 asinorumque defectorum & aliorum jumentorum membra minutatim concisa,

ὁ λαγωὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπου· ὥστε δή τι τὸ, πολυγονώτατον ζῷον· ὑπηκριβωμένον μόνον πάντων τῶν θηρίων· καὶ τὸ μὲν θῆλυ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ μὲν, ψιλόν· τὸ δὲ, ἀρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται· τὸ δὲ, ἀναρέσιμον. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι. ἡ δὲ * λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον, καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν. τίκτουσα γὰρ, συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας· τὸ δὲ αἴτιον τούτου τόδε ἐστί· ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινεόμενος, ᾧ ἔνι, ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλῶν πάντων ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας, " αὐξανόμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον " ἐκκνίσσει καὶ διαῤῥάφων. πέλας τε δὴ ὁ τόκος ἐστὶ, καὶ τοιοῦδε παν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς οὐδὲ ἕν. Ὡς δὲ καὶ αἱ ἔχιδναί τε καὶ οἱ ἐν Ἀραβίοισι ὑπὸ πέτροι ὄφιες, εἰ ἐγίνοντο ὡς ἡ φύσις αὐτοῖσι ὑπάρχει, οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι· νῦν δ' ἐπεὰν θορνύωνται καὶ ζεύξεα, καὶ ἐν αὐτῇ ἢ ὁ ἔρσην τῇ ἀκμῇ ἐκπνίσσει, ἀπεμύξε αὐτοῦ ἡ γενετὴ, ἡ θήλεα ἅπτεται τοῦ ἐρῆτος, καὶ ἐμφύσα, οὐκ ἀνίει πρὶν ἂν διαφάγῃ. ὁ μὲν δὴ ἔρσην ἀποθνήσκει τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ. ἡ δὲ θήλεα τίσιν τοιούσδε ἀποτίνει τῷ ἔρσενι· τῷ γονεῖ τιμωρέουσα ἔτι ἐν τῇ γαστρὶ ἐοῦσα τὰ τέκνα," διεσθίει ἡ μήτηρ. διαφαγοῦσα δὲ τοῦτον, οὕτω δὴ ἔκδυσιν ποιέεται. οἱ δὲ ἄλλοι ὄφιες, ἐόντες ἀνθρώπων ἐδεσίμοισι, τίκτουσί τε ὠὰ, καὶ ἐκλέπουσι πολλόν τι χρῆμα τῶν " ὀφίων. αἱ μὲν νυὸ ἔχιδναι κατὰ τὴν γῆν εἰσὶ· οἱ δὲ ὑπὸ πέτροι, ἐόντες ἀθέρμοι, εἰσὶ ἐν τῇ Ἀραβίῃ, καὶ ἑδαμῇ ἄλλῃ κατὰ τοῦτο δοκέουσι πολλοὶ εἶναι. Τὸν μὲν δὴ λιβανωτὸν τοῦτον οὕτω κλώνται Ἀράβιοι. τὴν δὲ κασσίην, ὧδε· ἐπεὰν καταδήσωνται βύρσῃσι καὶ δέρμασι ἄλλοισι πᾶν τὸ σῶμα καὶ τὸ πρόσωπον, πλὴν αὐτῶν τῶν ὀφθαλμῶν, ἔρχονται ἐπὶ τὴν κασσίην· ἡ δὲ ἐν λίμνῃ φύεται ἐ βαθείῃ. περὶ δὲ αὐτὴν καὶ ἐν αὐτῇ αὐλίζεται κου θηρία πέρωτα, τῇσι νυκτερίσι προσεικελα μάλιστα· καὶ τέρπρυσε δεινὸν, καὶ ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα. ταῦτα δὴ ἀπαμυνομένους ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, οὕτω δρέπειν τὴν κασσίην. Τὸ δὲ δὴ κιννάμωμον ἔτι τούτων θωϋμαστότερον συλλέγουσι. ὅκου μὲν γὰρ γίνεται, καὶ ὅτεο μὲν γῆς ἡ τρέφουσά ἐστι, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν, πλὴν ὅτι λόγῳ εἰκότι χρεώμενοι. ἐν τοῖσι δὲ χωρίοισι φασί τινες αὐτὸ φύεσθαι ἐν τοῖσι ὁ Διόνυσος ἐτράφη. ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν τοῦτο τὸ κάρφεα τοῦτο ἡμεῖς, ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες, κιννάμωμον καλέομεν. φορέειν δὲ τὰς ὄρνιθας ἐς νεοσσιὰς " πεπλασμένας πηλῷ " πρὸς ἀπορρώγοισι ἔρεσι, ἔνθα μὴ βήσεσθαι θηρία ἀνθρώπῳ ἐδεσίμῳ ἐόν. τοῦτο ὦν δὴ ταῦτα τὸν Ἀραβίους σοφίζεσθαι τάδε· βοῶν τε καὶ ὄνων τῶν ἀποτεθνεώτων καὶ τῶν ἄλλων ὑποζυγίων τὰ μέλεα διαταμόντας ὡς μέγιστα κομίζειν

1 Superfetet, 2 Et arcte amplexa. *Vel*, Et arcte constringens. *Vel*, Et inhærens. 3 Asinorumque mortuorum & al. jumentorum memb. in quam maxima frusta concisa, * Gellius lib. 13. c. 7.

κομίζειν ἐς ταῦτα τὰ χωρία· καὶ σφέα ὀφθέντας ἀγχοῦ τῆσι νεοσσιῇσι, ἁπαλλάσσεσθαι ἐκ τῶν αὐτέων. τοὺς δὲ ὄρνιθας καταπετομένους, αὐτῆσι τὰ μέλεα τῆσι ἐπιζυγίοις ἀναφορέειν ὅτι τοὺς νεοσσοὺς· τοὺς δέ, ἢ δυναμένους ἴσχειν, καταρρήγνυσθαι ὑπὸ τῶν γλῶτταν δέ, ὁπόσοι συλλέγειν ἔστω μὴ τὸ κινναμωμον· συλλεγόμενον δὲ ἐκ τούτων, ἀπικνέεσθαι ἐς τοὺς ἄλλους χώρους. Τὸ δὲ λήδανον, τὸ Ἀραβιοι καλέουσι λάδανον, ἐκ τούτου θωυμασιώτερον γίνεται. ἐν γὰρ δυσοδμοτάτῳ γινόμενον, εὐωδέστατόν ἐστι. τῆσι γὰρ αἰγῶν τῆσι τράγοι ἐν τοῖσι πώγωσι εὑρίσκεται ἐγκαρνόμενον, οἷόν γλοιὸς ἀπὸ τῆς ὕλης. χρήσιμον δὲ ἐς πολλὰ τῶν μύρων ἐστί· θυμιῶσι δὲ μάλιστα τοῦτο Ἀραβιοι. Τοσαῦτα μὲν θυμιάματα περὶ εἰρήσθω. ἀπίζει δὲ τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης θηρίσιον ὡς ἡδύ. δύο δὲ ἰλύεα οἷα σφι ἐστὶ θαύματος ἄξια, τὰ ἑδαμῇ ἑτέρωθι ἐστί. τὸ μὲν αὐτῶν ἕτερον ἔχει τὰς οὐρὰς μακράς, τριπήχεων οὐκ ἐλάσσονας· τὰς εἴ τις ἐῶσι σφι ἀπέλκειν, ἕλκεα ἂν ἔχοιεν, ἀνατριβομένων πρὸς τὴν γῆν τῷ ἐρέων. νῦν δὲ ἅπας τις τῶν πιμένων ὑπίσχεται ξυλουργέειν ἐς τοσοῦτο· ἁμαξίδας γὰρ πιέσαντες, ὑποδέουσι αὐτὰς τῇσι οὐρῇσι, ἑνὸς ἑκάστου κτήνεος· τὸν ἕτερον ἐόντα οἷον τὰς οὐρὰς πλατέας φορέουσι, καὶ ὅτι πῆχυν πλάτος. Ἀπικνεομένων δὲ μεσαμβρίης, παρήκει πρὸς δυσμὰς ἥλιον ἡ Ἀραβιοπίη χώρη, ἐκάστη τῶν οἰκεομένων. αὕτη δὲ χρυσόν τε φέρει πολλὸν, καὶ ἐλέφαντας ἀμφιλαφέας, καὶ δένδρεα πάντα ἄγρια, καὶ ἔβενον, καὶ ἄνδρας μεγίστους καὶ κάλλιστους καὶ μακροβιωτάτους. Αὗται μὲν νυν ἔν τε τῇ Ἀσίῃ ἔσχαται εἰσὶ καὶ ἐν τῇ Λιβύῃ. περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τῶν πρὸς ἑσπέρης ἐσχατιέων ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν. οὔτε γὰρ ἐγὼ ἐνδέκομαι Ἠριδανὸν καλέεσθαι πρὸς βαρβάρων ποταμὸν, ἐκδιδόντα ἐς θάλασσαν τὴν πρὸς βορέην ἄνεμον, ἀπὸ τοῦ τὸ ἤλεκτρον φοιτᾶν λόγος ἐστί, οὔτε νήσους οἶδα καστιτερίδας ἐούσας, ἐκ τῶν ὁ καστίτερος ἡμῖν φοιτᾷ. τοῦτο μὲν γὰρ, ὁ Ἠριδανὸς αὐτὸ κατηγορέει τὸ οὔνομα, ὡς ἔστι Ἑλλήνων, καὶ οὐκ ἔτι βαρβαρικόν· ὑπὸ ποιητοῦ δέ τινος ποιηθέν. οὔτε δὲ ἐδεύτερος αὐτόπτεω γνωμένου δυνάμεθα ἀκοῦσαι τοῦτο μελετῶν, ὅκως θάλασσά ἐστι τὸ ἐπέκεινα Εὐρώπης. ἐξ οὗ ἐσχάτης δ' ὧν ὁ καστίτερος ἡμῖν φοιτᾷ, καὶ τὸ ἤλεκτρον. Περὶ δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης πολλῷ τι πλεῖστος χρυσὸς φαίνεται ἐών· ὅκως μὲν γινόμενος,

in ea loca portant: & ubi juxta nides posuere, procul abscedunt. Ad hæc frusta delapsæ volucres. ad nidos suos carnem comportant: cui sustinendæ impares nidi ad terram discessi labuntur: tunc Arabes ad eos colligendos accedunt. Hac ratione cinnamomum ab illis legitur, & illinc in alias regiones dimittitur. At ledanum (quod Arabes ladanum vocant) etiam cinnamomo mirabilius comparatur: quippe quod in graveolentissimo loco nascens, tamen fragrantissime olet. In barbis hircorum invenitur innatum, veluti mucor ligni, cum ad conficienda multifaria unguenta utile, tum præcipue ad suffitionem qua Arabes utuntur. Hactenus de thymiamatis dictum sit. Redolet Arabica regio mirifice jucundo quodam odore. Suntque in ea ovium duo genera admiratione digna, quæ nusquam alibi visuntur. Quorum unum caudas habet tam longas ut non sint tribus breviores cubitis: [1] siquis trahi sinat, ulcera contracturæ, dum per terram atteruntur: nunc unusquisque pastorum hactenus est doctus arte fabrili, ut plostella faciant quæ singularum ovium caudis subligent, superque plostella caudas ipsas alligent. Alterum genus ad cubitalem latitudinem caudas gerit. Huic, qua parte meridies ad solem occidentem vergit, contermina est Æthiopia, terrarum habitarum ultima. Hæc & auri multum fert, & vastos elephantes, prominentibus utrinque dentibus: & cum agrestes omnes arbores, tum vero ebenum, necnon viros maximos pulcherrimosque & ævi longissimi. Atque hæc quidem extrema sunt Asiæ Libyæque. De extremitatibus autem Europæ quod pro comperto referam non habeo. neque enim assentior fluvium quendam esse Eridanum à barbaris vocitatum, qui subit mare ad septentrionem spectans, unde electrum venire narratur. Ne Cassiteridas quidem novi insulas, *hoc est stannarias*, unde ad nos venit cassiteros, *id est stannum*. nam vel ipsum coarguit nomen Eridanus, quod Græcum est, non barbarum, ab aliquo poetarum fictum. Sed etsi hoc studiose quæsivi, à nemine qui ipse viderit accipere potui, quomodo se habeat mare ad illam Europæ partem. Ab extrema itaque ad nos venit stannum electrumque. Cæterum ad septentrionem Europæ quamplurimam auri vim esse constat: sed quomodo fiat,

CXII CXIII CXIV CXV CXVI

129

[1] Quas si permittantur trahere, *id est demittere ad terram, vel demissas affricare terræ*, ulcera contracturæ sint dum illæ ad terram atterentur: verum unusq.

ne hoc

ne hoc quidem pro comperto dicere queo. Dicuntur tamen id à gryphibus auferre Arimaſpi, viri unoculi. quod nec ipſum crediderim, ut viri naſcantur unoculi, cæterum naturam habentes aliis hominibus parem. Porro extrema terrarum concludunt aliam regionem, intuſque cohibent ea quæ nobis pulcherrima putantur, illiſque rariſſima. CXVII Eſt in Aſia planities quædam undique cincta monte quinque in locis interciſo, quæ aliquando fuit 1 Choraſmiorum cum ipſorum finibus & Hyrcanorum & Parthorum & Sarangæorum & Thomaniorum: ſed poſteaquam Perſæ rerum potiti ſunt, facta eſt regis. Ex hoc circumjecto monte ingens amnis profluit, nomine Aces: qui quondam per ſingulas undique interciſiones ductus ac diſtributus, totidem quas dixi gentium regiones irrigabat: ubi vero in poteſtatem regis Perſæ venerunt, hoc ab illo ſunt paſſæ, quod anfractibus montium ab rege obſtructis, & ad eorum ſingulos portis inditis, aqua ab exitu intercluſa eſt: interfluenteque introrſum amne, planities quæ intra montes erat, pelagus facta, quum fluat in interiora amnis nulla ex parte exitum habens: atque ita ipſæ gentes priſtino aquæ uſu fraudatæ afficiuntur permagno detrimento. Nam hyberno tempore deus illis, quemadmodum aliis hominibus, pluit: ſed æſtate quum ſerunt 2 piſum & ſeſamum, aquam deſiderant. Igitur quum nihil eis aquæ tribueretur, ad Perſas venerunt viri atque mulieres: ſtanteſque 3 pro foribus regis, cum ejulatu vociferabantur. Tunc rex iis qui maxime indigebant portas reſerari juſſit, utique eas quæ ad illos ferrent: eaſdem, quum illorum terra humore hauſto ſatiata eſſet, rurſus obſerari: ita deinceps alias, ut quique cæterorum populorum maxime aqua indigerent. id faciens (quantum ego auditu cognovi) pecuniæ exigendæ gratia præter tribu um. Atque CXVIII hæc quidem ita ſe habent. ¶ CÆTERUM rex unum è ſeptem viris qui adverſus magum conſpiraverunt, Intaphernem, cepit ac capite damnavit ob hanc noxam: Intaphernes, ſtatim poſt oppreſſos magos regiam ingreſſus, volebat admitti ad colloquium regis. etenim hac lege conventum erat inter magi oppreſſores ut eis ad regem foret aditus ſine internuncio, niſi cubantem cum uxore. Itaque non oportere ſibi intervenire nuncium cenſens Intapherns,

ἐκ ἔγω ὐδὲ τῶτο ἀτρεκέως εἶπαι· λέγεται δὲ ὑπ' τῶν γρυπῶν ἁρπάζειν Ἀριμασπούς, ἄνδρας μονοφθάλμους· πείθομαι δ' ὐδὲ τῶτο, ὅκως μονόφθαλμοι ἄνδρες φύονται, φύσιν ἔχοντες τἀλλὰ ὁμοίην τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι. αἱ δὲ ὧν ἐσχατιαὶ οἰκησι τῶν εἰρημένων τὸν ἄλλον χῶρον, καὶ ἐντὸς ἀπέργουσαι τὰ κύκλῳ ὄρεα δοκέουσι ἡμῖν εἶναι, καὶ σαφηνιώτατα ἔχειν αὗται. Ἔστι δὲ πεδίον ἐν τῇ Ἀσίῃ περικεκλεισμένον ὄρεϊ πάντοθεν· ἓξ δὲ φάραγγες δὲ τῶ ὄρεος εἰσὶ πάντες. τῶτο τὸ πεδίον λέγω μοῦνον εἶναι Χορασμίων, ἐν ὄρεσι ἐόντων Χορασμίων τε αὐτῶν καὶ Ὑρκανίων, καὶ Πάρθων, καὶ Σαραγγαίων, καὶ Θωμανίων· ἐπεί τε δὲ Πέρσαι ἔχουσι τὸ κράτος, ἔστι τῶ βασιλέος· ἐκ δὴ ὧν τῶ περικλῄοντος ὄρεος τάτε ῥέει ποταμὸς μέγας, ἔνομα δέ οἱ ἐστὶ Ἄκης. ὅστις πρότερον μὲν ἄρδεσκε ἅπαν τὸ ἐρημένων τούτων τὰς χώρας, ἓξ ἁπάσας ἀγόμενος ἐκβάσης ἐκβάσιος· ἐπεί τε δὲ ὑπὸ τῶν Περσέων εἰσί, πεπύνθασι τοιόνδε· τὰς ἁπάσας τῶν ὀρέων ἐνδείμας ὁ βασιλεύς, πύλας ἐπ' ἑκάστῃ ἁπάσῃ ἔστησε. ἀποκεκλῃμένου δὲ τῶ ὕδατος τῆς διεξόδου, τὸ πεδίον τὸ ἐντὸς τῶν ὀρέων, πέλαγος γίνεται, ἐνδιδόντος μὲν τῶ ποταμῶ, ἔχοντος δὲ ἐδαμῆ ἐξήλυσιν. ὕστεροι ὧν οἱ ὑπερκατθεν ἐώθεσαν χεῦντες τῶν ὕδατι, ἐκ ἔχοντες αὐτῶν χεῦντες, συμφορὴ μεγάλη ἁπαχρέονται· τὸν μὲν γὰρ χειμῶνα, ὗει σφι ὁ θεός, ὥσπερ καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι· τῶ δὲ θέρεος ἀπιέροντες μελίνῳ, καὶ σήσαμον, χρῄσκοντο τῶν ὕδατι. ἐπεὰν ὧν μηδέν σφι προδιδῶται τῶ ὕδατος, ἐλθόντες ἐς τὲς Πέρσας αὐτοί τε καὶ γυναῖκες, στάντες κατὰ τὰς θύρας τῶ βασιλέος, βοῶσι ὠρυόμενοι. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖσι δεομένοισι, αὐτῶν μάλιστα ἐντέλλεται ἀνοίγειν τὰς πύλας τὰς ἐς τῶτο φερούσας· ἐπεὰν δὲ διάκορος ἢ γῆ σφέων γένηται πιοῦσα τὸ ὕδωρ, αὖται μὲν αἱ πύλαι ἀποκλῄονται, ἄλλας δ' ἐντέλλεται ἀνοίγειν ἄλλοισι τοῖσι δεομένοισι μάλιστα τῶν λοιπῶν. ὡς δ' ἐγὼ οἶδ' ἀκούσας, χρήματα μεγάλα πρήσσομαι ἀνοίγων, παρὲξ τὸν φόρον. ταῦτα μὲν δὴ ἔχει ὕτω. Τῶν δὲ τῶ μάγου ἐπαναστάντων ἑπτὰ ἀνδρῶν, ἕνα αὐτῶν Ἰνταφέρνεα κατέλαβε ὑβρίσαντα τάδε, ἀπιέναι· αὐτίκα μετὰ τοῦτο ἐπανάστασιν ἤθελε ἐς τὰ βασιλήια ἐσελθὼν χρηματίσασθαι τῶ βασιλέϊ. καὶ γὰρ δὴ ὁ νόμος ὕτω εἶχε, τοῖσι ἐπαναστᾶσι τῶ μάγου ἐσοδον εἶναι τῶ βασιλέα ἄνδρα ἀγγέλλειν, μὴ γυναικὶ τυγχάνῃ μισγόμενος ὁ βασιλεύς. ἐκὰν δὴ Ἰνταφέρνης ἐδικαίου ὐδένα οἱ ἐσαγγεῖλαι· ἐς τῶν ἐπαναστᾶσι τῶν φίλων τῶν

1 Choraſmiorum montes incolentium, Choraſmiorum *inquam* & Hirc. 2 Panicum. 3 *i. In aula regis. ſic & in ſequentib. locis.*

ἀλλ' ὅπι ἰὼν πρῶϊ ἐπὶ θύρας, ἤθελε ἐσέναι· ὁ δὲ πυλωρὸς καὶ ὁ ἀγγελιηφόρος ἐὼν ἀνειώρεον, φάμενοι τὸν βασιλέα γυναικὶ μίσγεσθαι. ὁ δὲ Ἰνταφέρνης, δικέων σφέας ψεύδεα λέγειν, πιέσει τάδε· σπασάμενος τὸν ἀκινάκεα, ἀποτάμνει αὐτῶν τά τε ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας· καὶ ἀνείρας τὸν χαλινὸν τῷ ἵππῳ, σφέας τοὺς αὐχένας σφέων ἔδησε, καὶ ἀπῆκε. οἱ δὲ τῷ βασιλέϊ δεικνύοντες ἐωῦτοὺς, καὶ τὰ αἰτίην εἶπον, δι' ἃ πεπονθότες εἶησαν. Δαρεῖος δὲ, ἀρρωδήσας μὴ κενῷ λόγῳ οἱ ἐξ πεπιεσμένοι ἔωσι ταῦτα, μεταπεμπόμενος ἕνα ἕκαστον, ἀπεπειρᾶτο γνώμης, εἰ συμφανοί εἰσι τῷ πεπιεσμένῳ. ἐπεί τε δὲ ἐξέμαθε ὡς ἐὸν συγκεκμηκόσι εἴη ταῦτα πεποιηκώς, ἔλαβε αὐτίν τε τὸν Ἰνταφέρνεα, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τοὺς οἰκηίους πάντας· ἐλπίδας πολλὰς ἔχων μιν σὺν τοῖσι συγγενέσι μιν ἐπιβουλεύειν οἱ ἐπανάστασιν. συλλαβὼν δὲ σφέας, ἔδησε τοῖσι ἐπὶ θανάτῳ. ἡ δὲ γυνὴ τοῦ Ἰνταφέρνεος φοιτέουσα ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ βασιλέος, κλαίουσα ἂν καὶ ὠδύρετο· ποιεῦσα δὲ αἰεὶ ταὐτὸ τοῦτο, τὸν Δαρεῖον ἔπεισε οἰκτείρασί μιν· πέμψας δὲ ἄγγελον, ἔλεγε τάδε, Ὦ γύναι, βασιλεύς τοι Δαρεῖος δίδοῖ ἕνα τῶν δεδεμένων οἰκηίων ῥύσασθαι, τὸν βούλεαι ἐκ πάντων. ἡ δὲ, βουλευσαμένη, ὑπεκρίνετο τάδε, Εἰ μὲν δή μοι δίδοῖ βασιλεὺς ἑνὸς ψυχήν, αἱρέομαι ἐκ πάντων τὸν ἀδελφεόν. πυθόμενος δὲ Δαρεῖος ταῦτα, καὶ θωυμάσας τὸν λόγον, πέμψας ἠρώτα, Ὦ γύναι, εἰρωτᾷ σε βασιλεύς, τίνα ἔχουσα γνώμην, τὸν ἄνδρά τε καὶ τὰ τέκνα ἐγκαταλιποῦσα, τὸν ἀδελφεὸν εἵλευ σωθῆναι τοι· ὃς καὶ ἀλλοτριώτατός τοι τῷ παιδί, καὶ ἧσσον κεχαρισμένος τοῦ ἀνδρός ἐστι. ἡ δ' ἀμείβετο τοῖσδε, Ὦ βασιλεῦ, ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα εἰ ταῦτα ἀποβάλλοιμι· πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς ἐν ἔτι μοῦ ζωόντων, ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο. ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρεωμένη, ἐξέλεξα ταῦτα. εὖ τε δὴ ἔδοξε τῷ Δαρείῳ εἰπεῖν ἡ γυνὴ, καί οἱ ἀπῆκε τοῦτόν τε τὸν πρεσβύτατον, ἅτε δὴ παίδων τῶν πρεσβυτάτων, καὶ τοὺς δὲ ἄλλους ἀπέκτεινε πάντας. πρῶϊ μὲν δὴ ἐπὶ τοῦτο τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἀπωλώλεε. Κατὰ δὲ κου μάλιστα τοῦ Καμβύσεω νοῦσον ἐγίνετο τάδε· ὑπὸ Κύρου καταλασθεὶς ἐὼν Σαρδίων ὕπαρχος, Ὀροίτης, ἀνὴρ Πέρσης, τοῦτος ἐπεθύμησε πρήγματος οὐκ ὁσίου. οὔτε γάρ τι παθὼν οὔτε ἀκούσας μέγαθος ἔπος πρὸς Πολυκράτεος τοῦ Σαμίου, οὔτε ἰδὼν πρότερον, ἐπεθύμεε λαβὼν αὐτὸν ἀπολέσαι· ὡς μὲν οἱ πλεῦνες λέγουσι, διὰ τοιόνδε τινα

quia foret unus è ſeptem, introire utique volebat. ſed quum janitor & qui à reſponſis erat introire non ſinerent, quod regem dicerent rei uxoriæ dare operam, eos mentiri ratus, educto acinace, aures utrique nareſque præcidit, ac lora freni equini ad cervices ipſorum alligavit, hominesque dimiſit. Qui quum ſeſe CXIX regi exhibuiſſent & cur id paſſi fuerant expoſuiſſent, Darius ſigillatim quemque Perſarum accerſivit, veritus ne id communi ſex Perſarum conſilio factum eſſet: exploravitque nunquid id quod actum foret comprobarent. Ubi comperit ſine horum conſenſu Intaphernem hæc feciſſe, hominem comprehendit ejuſque liberos atque omnem familiam: multis de cauſis credens illum cum ſuis propinquis rebellionem fuiſſe molituram: hos comprehenſos ad necem vinciri juſſit. Tunc uxor Intaphernis ad regias fores accedens, plorabat atque lamentabatur. Id aſſidue faciendo ad ſui miſericordiam Darium quum adduxiſſet, miſſo ad eam nuncio, rex inquit, Mulier, offert tibi Darius unius electionem, ex vinctis domeſticis tuis quem velis liberari. Illa poſtquam ſecum deliberavit, ita reſpondit, Si unius *omnino* animam rex mihi gratificatur, eligo ex omnibus fratrem. Hæc audiens rex, miratus hujus orationem, miſſo nuncio, inquit, Percontatur te rex qua de cauſa, viro filiiſque prætermiſſis, fratrem delegiſti ut ſupereſſet, qui & remotiore abs te eſt gradu quam filii, & minus jucundus quam maritus. Cui illa reſpondens, Rex, inquit, maritus mihi alius, ſi dæmon voluerit, atque alii liberi, ſi hos amiſero, eſſe poſſunt: alius frater, parentibus meis jam vita defunctis, nulla ratione poteſt eſſe. 1 Hanc ſequuta cauſam, ita loquuta eſt. viſaque eſt Dario probe dixiſſe. itaque ea re delectatus rex, & eum quem mulier optaverat miſſum fecit, & filiorum natu maximum, cæteris omnibus interfici juſſis. Ita unus è ſeptem Perſis ſtatim initio occubuit. ¶ Enimvero illud fere circa Cambyſis ægrotationem contigit: Erat Sardibus præfes quidam à Cyro præfectus, nomine Orœtes, Perſa, cui nefariæ rei cupido inceſſit: ſiquidem Polycratem Samium, à quo nullo nec facto nec dicto quantulocunque læſus eſſet, quemque ne vidiſſet quidem unquam, tamen concupivit capere ad interimendum, ob hanc (ut plerique aiunt) CXX

1 Hanc rationem in ſua electione ſequuta ſum.

cauſam :

tauſam: Quum aliquando pro foribus regis conſiderent Oroetes & alter quidam Perſa nomine Mitrobates, præfectus gentis quæ eſt in Daſcylio, è verbis ad jurgia pervenerunt. Et quum de virtute diſceptaretur, Mitrobates objiciens Oroeti inquit, 1 Tune in pretio virorum es, qui inſulam Samum tuæ provinciæ adjacentem, regi non acquiris, ita facilem captu ut quidam è popularibus quindecim armatis fretus occuparit, ejuſque tyrannide potiatur? Hoc jurgium audienti Oroeti adeo doluiſſe quidam aiunt, 2 ut affectaverit non de objurgante vindictam, ſed Polycratem prorſus occidere, propter quem male audiſſet. Alii (ſed pauciores) inquiunt, CXXI caduceatorem in Samum ab Oroete miſſum cujuſdam rei rogandæ cauſa: (cujus autem, non dicitur) Polycratem autem tunc forte in conclavi cubantem fuiſſe, aſſiſtente ei Anacreonte Teio, ſive id conſulto, quod res Oroetis contemptui haberet, ſive forte aliqua hujuſmodi factum. ad quem quum accedens Oroetis caduceator, ejus mandata exponeret, Polycratem neque ſe ad hominem convertiſſe (erat enim ad parietem verſus) neque quicquam reCXXII ſpondiſſe. Hæ bifariæ cauſæ mortis Polycratis fuiſſe memorantur, quarum utrilibet accommodare fidem quis poteſt. Itaque Oroetes in *urbe* Magneſia degens, quæ eſt ad Mæandrum flumen ſita, miſit Myrſum quendam Lydum, Gygis filium, cum nuncio in Samum ad Polycratem, cujus animum noverat. Etenim Polycrates primus extitit Græcorum, *duntaxat* eorum quos novimus (ſecundum Minoem, & ſiquis alius iſto prior maris imperio potitus eſt) qui in animum induxerit ut mari potiretur. Primus, inquam, extitit 3 ex eo genere quod humanum vocatur, qui multam conciperet ſpem Ioniæ atque inſulis dominandi. Hoc igitur eum in animo habere certior Oroetes factus, miſit nuncium in hæc verba, OROETES POLYCRATI ITA INQUIT, Audito te res excellentes agitare animo, ſed propoſito rem pecuniariam non ſuppetere. Quod ſi ita feceris ut ſuadeo, proſpexeris & tibi & ſaluti meæ. Nam rex Cambyſes (ut mihi pro comperto renunciatur) de me interficiendo cogitat, nunc igitur meipſum recipito, atque pecunias, earum partem tibi habiturus, partem mihi permiſſurus: & ipſarum pecuniarum beneficio ὃς καὶ ἐμέ. ἐμοὶ μὲν γὰρ βασιλεὺς Καμβύσης ὀπιθυλεύει θάνατον, καί μοι τοῦτο ὀξαγγέλλεται σαφηνέως. σὺ νῦν ἐμὲ σκομίσας αὐτὸν, καὶ χρήματα, τὰ μὲν, αὐτέων αὐτὸς ἔχε, τὰ δὲ, ἐμὲ ἔα ἔχειν· εἶνεκά τε χρημάτων,

αἰτίλιν. ὅτι τὸν βασιλέα δυρέων κατήμενον τόν τε Ὀρίτλιν καὶ ἄλλον Πέρσλιν τὸν ἔνομα εἶ) Μιτροβάτεα, νομὸν ἄρχοντα τοῦ ἐν Δασκυλείῳ τούτους ὀκ λόγων ἐς νείκεα συμπεσεῖν. κερτομέων δὲ τὸν περὶ ἀρετῆς, εἰπεῖν τὸν Μιτροβάτεα τὸν Ὀρίτεω πορφέροντα, Σὺ γὰρ ἐν " ἀνδρὸς λόγῳ, ὃς βα- " σιλέϊ νῆσον Σάμον πρὸς τῷ σῷ νομῷ " προσκεκμήλιν ἀπροσκλήτου, ὧδε δή τι " ἕσσαν ὑπέτεα χειρωθῆναι, τλὺ τὸν μὲν τις " ὀπιχωρίων πεντεκαίδεκα ὁπλίτησι ἐπα- " νασὰς ἔσχε, καὶ νῦν αὐτὸς τυραννεύει; οἱ μὲ δή μιν φασὶ τοῦτο ἀκέσαντα, καὶ ἀληθέα τῷ ὀνείδεϊ, ὀπιθυμῆσαι ὀκ ὀλίγου τὸν εἰπόντα ταῦτα τίσασθαι, ὡς Πολυκράτεα πάντως ἀπολέσαι, " ἀλλά τιν' ἀ κακῶς ἤκυσε. Οἱ δ' ὀ ὀλάστονες λέγυσι πέμψαι Ὀρίτεα ἐς Σάμον κήρυκα ὅτου δὴ χρήματος δεησόμενον· ἀ γὰρ ὢν δὴ τοῦτο λέγεται) καὶ τὸν Πολυκράτεα τυχεῖν κατακείμενον ἐν ἀνδρεῶνι· παρεῖναι δέ οἱ καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον. καί κως εἴτ' ὀκ περνοίης αὐτὸν κατηλογέοντα τοῦ Ὀρίτεω πρήγματα, εἴτε καὶ συντυχίη τις τοιαύτη ἐπεγένετο. τόν τε γὰρ κήρυκα τὸν Ὀρίτεω παρελθόντα ἀμαλέγεσθαι, καὶ τὸν Πολυκράτεα (τυχεῖν γὰρ ἐπεστραμμένον πρὸς τὸν τοῖχον) ἔτε τι μέλας ἐραφίης, ἔτε ὑποκείναδε. Αἰτίαι μὲν δὴ αὗται διφάσιαι λέγονται τοῦ θανάτου τοῦ Πολυκράτεος· ἡμέων δὲ, πάρεστι ὃ πειθέσθω ὁκοτέρῃ τις βέλεται αὐτέων. ὁ δὴ ὢν Ὀρίτης ἰζόμενος ἐν Μαγνησίῃ τῇ ὑπὸ Μαιάνδρῳ τῷ ποταμῷ οἰκεομένῃ, ἔπεμπε Μύρσον τὸν Γύγεω ἄνδρα Λυδὸν ἐς Σάμον ἀγγελίην φερόντα, μαθὼν τὸν Πολυκράτεος νόον. Πολυκράτης γὰρ δὴ πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Ἑλλήνων, ὃς θαλασσοκρατέειν ἐπενοήθη, πάρεξ Μίνωός τε τοῦ Κνωσσίου, καὶ εἰ δή τις ἄλλος πρότερος· τοῦτο ἦρξε τῆς θαλάσσης. τῆς δ' ἀνθρωπηίης λεγομένης ἡμέης Πολυκράτης " μὲν ἐλπίδας πολλὰς ἔχων Ἰωνίης τε καὶ νήσων ἄρξειν. μαθὼν ὦν ταῦτα μανοδύμενον ὁ Ὀρίτης, πέμψας ἀγγελίην, ἔλεγε τάδε, ΄ΟΡΟΙΤΗΣ ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΙ " ΩΔΕ ΛΕΓΕΙ, Πυθάνομαι ὀπιθυλεύειν " σε πρήγμασι μεγάλοισι, καὶ χρήματά " τοι ὀκ ἐϊ κατὰ τὰ φρονήματα." σὺ νῦν " ὧδε ποιήσας, ὀρθώσεις μὲ σεωυτόν, σώσεις "

1 Itane tu vir cenſendus es qui inſ. 2 Ut non tam eum qui hæc dixiſſet ulciſci affectaverit quam Polycr. 3 *Id eſt, Primus inter homines. Hoc addit quod Minos haberetur Jovis filius.*

" ἄρξεις

" ἄρξεις ἁπάσης Ἑλλάδος. εἰ δέ μοι ἀπι-
131 " στέεις τὰ ὦδε τ χρημάτων, πέμψον ὅστις
" τοι πιστότατος τυγχάνει ἐὼν, τῷ ἐγὼ
πιστώσομαι. Ταῦτα ἀκούσας Πολυκράτης,
ἥδη τε ἐβούλετο καὶ κως (ἐμείρετο γὰρ
χρημάτων μεγάλως) ἀποπέμπει ὡρῶντα
καταψήφιον Μαιάνδρου Μαιανδρίου, ἄν-
δρα τῶν ἀστῶν, ὃς οἱ ἐδόκεε γραμματιστὴς
χρόνῳ ὑπολλῷ ὕστερον τούτων, τὸν κόσμον
τὸν ἐν τῷ ἀνδρεῶνι τῷ Πολυκράτεος ἐόντα ἀξιοθέητον ἀνέδησε πάντα ἐς τὸ Ἡραῖον. ὁ δὲ Ὀροίτης, μαθὼν τὸν μαλάσκοπιν ἐόντα περισδόκιμον, ἐποίεε τάδε· λάρνακας ὀκτὼ πληρώσας λίθων, πλὴν κεφαλῆς βραχέος τοῖσι αὐτοῖσι τοῖσι χείλεα, ὅπῃ πλῆς τῶν λίθων, χρυσὸν ἐπέβαλε. καταδήσας δὲ τὰς λάρνακας, εἶχε ἑτοίμας. ἐλθὼν δὲ ὁ Μαίανδρος, καὶ θεησάμενος, ἀπήγγειλε τῷ Πολυκράτεϊ. Ὁ δὲ, πολλὰ μὲν τῶν μαντηίων ἀπαγορευόντων, πολλὰ δὲ τῶν φίλων, ἐστέλλετο αὐτόσε. ὡς δὲ, καὶ ἰδέσθαι τὸ θυγατρὸς ὄψιν ἐνυπνίῳ τοιῷδε· ἐδόκεέ οἱ τὸν πατέρα ὁν τῶν ἠέρα μετέωρον ἐόντα, λοῦσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ Διὸς, χρίεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ταύτην ἰδοῦσα τὴν ὄψιν, παντοίη ἐχρᾶτο μὴ ἀποδημῆσαι τὸν Πολυκράτεα ἐς τὴν Ὀροίτεα· καὶ δὴ καὶ ἰόντι αὐτῷ ὅτι τὴν πεντηκόντορον, ἐπεφημίζετο. ὁ δὲ οἱ ὑπεῖπε, ἢν σῶς ἀπονοστήσῃ, πολλὸν μὲν χρόνον παρθενεύσεσθαι. ἢ δὲ ἠρᾶτο ὅτι τὴν πατρὸς ἐστερῆσθαι. Πολυκράτης δὲ, πάσης συμβουλίης ἀλογήσας, ἔπλεε ἐς τὴν Ὀροίτεα, ἅμα ἀγόμενος ἄλλους τε πολλοὺς τῶν ἑταίρων, ὃν δὴ καὶ Δημοκήδεα τὸν Καλλιφῶντος, Κροτωνιήτην, ἄνδρα ἰητρὸν τ' ἐόντα, καὶ τὰ τέχνην " ἐπασκέοντα ἄριστα τῶν κατ' ἑωυτόν. ἀπικόμενος δὲ ἐς τὴν Μαγνησίην ὁ Πολυκράτης, διεφθάρη κακῶς, ὥστε ἑωυτοῦ ἀξίως ὥστε τὰ ἰωυτοῦ φρονήματα. τὰ μὲν οἱ Συρηκουσίων τύραννοι, οὐδὲ εἷς τῶν ἄλλων Ἑλληνικῶν τυράννων ἄξιός ἐστι Πολυκράτεϊ μεγαλοπρεπείην συμβληθῆναι· ἀπικτείνας δὲ μιν ἐκ ἀξίως ἀπηγήσιος Ὀροίτης ἀνεσταύρωσε. τῶν δὲ οἱ ἑπομένων ὅσοι μὲν ἦσαν Σάμιοι, ἀπῆκε, κελεύων σφέας ἑωυτῷ χάριν εἰδέναι, ἐόντας ἐλευθέρους. ὅσοι δὲ ἦσαν ξεῖνοί τε καὶ δοῦλοι τοῦ ἑπομένων, ἐν ἀνδραποδώδεϊ λόγῳ ποιεύμενος εἶχε. Πολυκράτης δὲ ἀνακρεμάμενος, ἐπετέλεσε πᾶσαν τὴν ὄψιν τὴν θυγατρός.

omni Græciæ imperaturus. De quibus si mihi fidem non habes, mittito quempiam tibi fidissimum, 1 cui ego fidem faciam. Quo audito Polycrates gavisus est, atque obsequi volebat. majorem enim in modum pecuniam avebat. Mittit itaque prius ad rem inspiciendam quendam è popularibus suis, 2 Mæandrium Mæandrii filium, scribam suum: qui non longo post hoc tempore ornatum conclavis Polycratis spectatu dignum templo Junonis omnem dicavit. 3 Hunc Oroetes quum cognovisset speculatorem esse circumspectum, ita sibi agendum putavit: Octo scrinia lapidibus implet, præter admodum parvam partem circa ipsas oras, ac superficiem lapidum auro inducit: eaque scrinia alligata in expedito habet. Quæ advenienti Mæandrius quum inspexisset, Polycrati renunciavit. 4 Enimvero ne illuc sese conferret, magnopere dehortabantur tum oracula & amici, tum præcipue somnium hoc, quod ejus filia viderat. Videbatur sibi cernere patrem in aere sublimem esse, qui à Jove quidem lavaretur, à sole autem inungeretur. Hanc visionem conspicata, 5 instabat omnino dissuadere patri ne à patria proficisceretur ad Oroetem: quinetiam 6 ad biremem eunti male ominabatur. Cui quum ille minitaretur si sospes rediret, fore ut hæc perdiu maneret virgo: ipsa ut ita contingeret, sibi imprecata est. malle enim se diutius virginem esse quam patre orbari. Polycrates omne consilium pro nihilo habens, ad Oroetem navigavit, cum alios secum ducens, tum vero Democedem Calliphontis filium, Crotoniensem medicum, qui eam artem apud suos 7 præclarissime omnium exercebat. Ubi Magnesiam pervenit Polycrates, tetra morte est affectus, indignaque sua persona 8 & suis cogitationibus. nam neque eorum qui Syracusis tyranni extiterunt, neque aliorum Græciæ tyrannorum ullus est magnificentia cum Polycrate comparandus. Eum Oroetes (quod indignum relatu est) cruci suffixit: ex illis vero qui illum comitati fuerant, Samios quidem dimisit, jubens eos gratiam sibi habere quod liberi essent: peregrinos autem atque servos jure captivitatis sibi vendicans, retinuit. Polycrates ergo suspensus omnem filiæ visionem exoluit.

CXXIII

CXXIV

CXXV

τῶν κατ' ἑωυτὸν τὰ σκιμπτα

τῶν ἐπεξιόντων ἐπελέσε

1 Cui ego ostendam. *Vel*, repræsentabo. 2 Mæandrum Mæandrii fil. 3 At Oroetes quum exploratorem adventare audisset, ita egit. *Ad verbum*, Expectari audisset. 4 At ille, tum oraculis tum amicis multum exhortantibus, illuc profectus est. quum etiam *ejus* filia somnium hoc vidisset. Cernere sibi videbatur &c. 5 Omnibus modis, *vel*, *omni arte* dissuadebat. 6 Ad navem quinquaginta remorum. *Sunt qui vertant*, ad navem actuariam. 7 Optime omnium suæ ætatis exerc. 8 Et suo ingenti animo, *vel*, excelso. Nam præter Syrac. nullus est Gr. tyr. magnif.

nam ab

nam ab Jove quidem, quum plueret, lavabatur: à sole autem,1 exudante è membris abdomine, ungebatur. Hunc exitum habuerunt tot prosperæ res Polycratis, quem vaticinatus ei fuerat Amasis rex
CXXVI Ægypti. Verum non multo post tempore Polycratis ultio Orœtem excipit. quippe post Cambysis obitum occupato à magis regno, Orœtes quum esset Sardibus, nihil de Persis qui à Medis imperio fraudati erant, bene meritus est: 2 sed in ea perturbatione Mitrobatem Dascylii præfectum (3 qui illi de Polycrate exprobraverat) interemit, & ejus filius Cranapem, spectatos in Persis viros: & cum alia quoque omnisaria flagitia commisit, tum quendam è nunciis qui ad ipsum à Dario venerat, quod parum jucunda nunciasset, trucidandum curavit, summissis quibusdam qui redeuntem aggrederentur, quique trucidatum
CXXVII cum ipso equo occultarent. Darius, ubi principatu potitus est, Orœtem ulcisci cum ob alia scelera, tum præcipue ob Mitrobatem filiumque, cupiebat: sed adversus eum 3 è professo mittere copias consilii non erat, 4 utique rebus nondum satis fundatis, & imperio recens parto: quum præsertim audiret Orœtem multa vi nixum, quum mille Persarum satellitibus stipatus esset. nam suæ provinciæ habebat Phrygiam, Lydiam, Ioniam. Itaque Darius adversus hæc hanc rationem inivit: Accitis Persarum summis quibusque proceribus, his loquutus est verbis, Persæ, quis hoc vestrûm mihi repromittat, & exequuturus & prudentia duntaxat, nulla vi, nullisque copiis? Ubi enim opus prudentia est, ibi vi agere nihil attinet. Ergo 5 quis vestrûm mihi Orœtem vel adducat vivum, vel interficiat, qui de Persis nihil omnino meruit, sed cum alia multa scelera admisit, tum hæc duo: unum, quod duos è nobis, Mitrobatem ejusque filium interemit: alterum, quod à me missos ad se accersendum, 6 necandos curat, facinus profecto non tolerandum. ideoque priusquam majora in Persas scelera admittat, 7 comprehendendus est ad necem.
CXXVIII Hæc Darius interrogabat Persas. Eorum triginta extiterunt qui repromitterent, singuli volentes ipsi id exequi. Quos invicem contendentes Darius reprehendens, sortiri jussit. id quum fecissent, sors

ἐλοῦτο μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Διὸς ὄμβρου ὕοι, ἐχρίετο ὦν ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἀνιεὶς αὐτοῦ ἐκ τοῦ σώματος ἱκμάδα. Πολυκράτεϊ μὲν δὴ αἱ πολλαὶ δυτυχίαι ἐς τοῦτο ἐτελεύτησαν, τῇ οἱ Ἄμασις ὁ Αἰγύπτιος βασιλεὺς προεμαντεύσατο. Χρόνῳ δὲ ὑ πολλῷ ὕστερον καὶ Ὀροίτεα Πολυκράτεϊ τίσιες μετῆλθον. μετὰ γὰρ τὸν Καμβύσεω θάνατον, καὶ τῷ μάγων τὴν βασιληίην, μόνων ἐν τῇσι Σάρδισι Ὀροίτης, ὠφείλετο μὲν ὐδὲν Πέρσας, ὑπὸ Μήδων ἀναφαιρημένους τὴν ἀρχήν· ὁ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ καὶ μόνα ἔκτεινε Μιτροβάτεα τὸν ἐκ Δασκυλείου ὕπαρχον, ὃς οἱ ὠνείδισε τὰ ἐς Πολυκράτεα ἔχοντα. κατὰ δὲ, τὸν Μιτροβάτεω παῖδα Κρανάπεϊ ἄνδρας ὄν Πέρσῃσι δοκίμους. ἄλλα τε ἐξύβριζε παντοῖα, καὶ τινα ἀγγελιηφόρον ἐλθόντα Δαρείου παρ' αὐτὸν, ὡς ὑ πρὸς ἡδονὴν οἱ ἦν τὰ ἀγγελλόμενα, ἔκτεινε μιν ὀπίσω κομιζόμενον, ἄνδρας οἱ ὑποστάσας κατ' ὁδόν. ἀποκτείνας δέ μιν, ἔφρασε αὐτῷ ἴσωσιν. Δαρεῖος δ ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, ἐπεθύμησε τὸν Ὀροίτεα τίσασθαι, πάντων τῶν ἀδικημάτων εἵνεκα, καὶ μάλιστα Μιτροβάτεω, καὶ τοῦ παιδὸς· ὃν μὲν δὴ τῆς ἰθείης ἕρκτὸν ἐπ' αὐτὸν ἐκ ἐδύνατο πέμπειν, ἅτε οἱ οἰδαρόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων, καὶ νεωστὶ ἔχων τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸν Ὀροίτεα μεγάλην τὴν ἰσχὺν πυνθανόμενος ἔχειν· τὸν μὲν Πέρσαι ἐδορυφόρεον· εἶχε δὲ νομὸν τόν τε Φρύγιον, καὶ Λύδιον, καὶ Ἰωνικόν. πρὸς ταῦτα δὴ ὧν ὁ Δαρεῖος τάδε ἐμηχανήσατο· συγκαλέσας Περσέων τοὺς δοκιμωτάτους, ἔλεγε σφι τάδε, Ὦ Πέρσαι, τίς ἂν μοι τοῦτο ὑμέων ὑποσχὰς δύναιτο τελέσαι σοφίη τε, καὶ μὴ βίῃ τε καὶ ὁμίλῳ· ἔνθα γὰρ σοφίης δέει, βίης ἔργον οὐδέν. ὑμέων δὴ ὧν τίς μοι Ὀροίτεα ἢ ζώοντα ἀγάγοι, ἢ ἀποκτείνειε· ὃς ὠφέλησε μὲν καὶ Πέρσας οὐδὲν, κακὰ δὲ μεγάλα ἔοργε· τοῦτο μὲν, δύο ἡμέων ἔπεφνε, Μιτροβάτεά τε καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ· τοῦτο δὲ, τοὺς ἀναβαλέοντας αὐτὸν, καὶ πεμπομένους ὑπ' ἐμεῦ, κλείνει, οὔδενα ἐκ ἀναγκαῖον φαίνων. περὶ τι ὦν μεῖζον ἐξεργάσασθαί μιν Πέρσας κακὸν, καὶ λαμπρόν. δεῖ ἡμῖν θανάτῳ. Δαρεῖε μὲν ταῦτα ἐπηράτα, τῷ δὲ ἄνδρες τεχνῆται ὑποστάντες, αὐτὸς ἕκαστος ἐθέλων ποιέειν ταῦτα· ἐκ τοῦ δὲ Δαρεῖος κατελάμβανε, κελεύων πάλλειν. παλλομένων δὲ, λαμ-

1 Quum ipse humorem è corpore emitteret, 2 Legit ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ. 3 Qui ei illa ad Polycratem pertinentia exprobraverat) 4 Aperte. Gr. ἐκ τῆς ἰθείης q. d. recta via. 5 Utpote rebus adhuc turbulentis. Vel, Rebus nondum compositis. Ad verbum, Rebus adhuc tumentibus. q. d. Quum nondum tumor rerum resedisset. id est, turbulentus status. 6 Aliquis vestrûm. Potest & interrogative legi. 7 Necat, insolentiam intolerabilem exhibens. 8 Morte nobis est occupandus.

χάνει ἐκ πάντων Βαγαῖος ὁ Ἀρτόντεω. λα-
χὼν ὦν ὁ Βαγαῖος, ποιέει ΄΄ τοιάδε· βιβλία
γεαψάμενος πολλά, καὶ ὡς εἶ πολλῶν ἔχνια
πρηγμάτων, σφρηγῖδά σφι ἐπέβαλε τοῦ
Δαρείου. μετὰ δὲ ἧκε ἔχων ταῦτα ἐς τὰς Σάρ-
δις. ἀπικόμενος δὲ, καὶ Ὀροίτεω ἐς ὄψιν ἐλ-
θὼν, τῷ βιβλίων ἓν ἕκαστον ὡσιαρεόμενος,
ἐδίδου τῷ γραμματιστῇ τῷ βασιλήϊον ἕκα-
λέγιδος. (γραμματιστὰς δὲ βασιλήϊος οἱ
πάντες ὕπαρχοι ἔχουσι) ἀπειρεώμενος δὲ τὸ
δορυφόρων, ἐδίδου τὰ βιβλία ὁ Βαγαῖος,
εἰ οἱ ἐνδέξαιτο ἀπόστασιν τοῦ Ὀροίτεω.
ὁρέων δὲ σφέας τά τε βιβλία σεβομένους
μεγάλως, καὶ τὰ λεγόμενα ἐκ τῶν βιβλίων,
ἔπι μέζονας, δίδοῖ ἄλλο, ἐν τῷ εἰλέω ἔπια
΄΄ τοιάδε, Ὦ Πέρσαι, βασιλεὺς Δαρεῖος
΄΄ ἀπαγορεύει ὑμῖν μὴ δορυφορέειν Ὀροίτεα.
΄΄ τοῦτο οἱ δὲ, ἀκούσαντες ΄΄ τοῦτον, μετὰ μὲν οἱ τὰς αἰ-
χμάς. ἰδὼν δὲ τοῦτο σφέας ὁ Βαγαῖος πει-
θομένους τῷ βιβλίῳ, ἐνθαῦτα δὴ θαρσήσας,
τὸ πλουσιαίτατον τῶν βιβλίων δίδοῖ τῷ γραμ-
΄΄ ματιστῇ, ἐν τῷ ἐγέγραπτο, Βασιλεὺς
΄΄ Δαρεῖος Πέρσῃσι τοῖσι ἐν Σάρδισι ἐντέλ-
΄΄ λεται κτείνειν Ὀροίτεα. οἱ δὲ δορυφόροι
ὡς ἤκουσαν ταῦτα, σασσάμενοι τὰς ἀκινάκας, κτείνουσι παραυτίκα μιν. ὕστερον δὲ Ὀ-
ροίτεα τὸν Πέρσῃ Πολυκράτεος τοῦ Σα-
μίου τίσιες μετῆλθον. Ἀπικομένων δὲ καὶ ἀνα-
κομιδέντων τῶν Ὀροίτεω χρημάτων ἐς τὸ
Σοῦσα, συμβαίνει χεῖρα ἐ πολλῷ ὕστερον
βασιλέα Δαρεῖον, ἐν ἄγρῃ θηρῶν ἀποθρώ-
σκοντα ἀπ᾽ ἵππου, στρεβλῶσαι τὸ πόδα. καὶ
κως ἰσχυρότερος ἐστρέφη· ὁ γὰρ οἱ ἀστρά-
γαλος ἐξεχώρησε ἐκ τοῦ ἄρθρου. νομίζων
δὲ καὶ πρότερον τοῦ ἑωϋτὸν ἔχειν Αἰγυπτίων
τοὺς δοκίμους εἶναι πρώτους τῷ ἰητρικῷ, τού-
τοισι ἐχρᾶτο. οἱ δὲ, στρεβλοῦντες καὶ βιώμενοι
τὸν πόδα, κακὸν μέζον ἐργάζοντο· ἐπ᾽ ἑπτὰ
μὲν δὴ ἡμέρας καὶ ἑπτὰ νύκτας ἀπὸ τοῦ παρεόν-
τος κακοῦ ὁ Δαρεῖος ἀγρυπνίῃσι εἶχετο· τῇ δὲ ὀγδόῃ ἡμέρῃ ἔχοντι οἱ φλαύρως,
προσαγαγόμενός τις πρότερον ἐπ᾽ ἐν Σάρδισι τοῦ
Κροτωνιήτεω Δημοκήδεος τὸ τέχνῃ, ἀγ-
γέλλει τῷ Δαρείῳ. ὁ δὲ ἄγειν μιν τῇ τα-
χίστῃ παρ᾽ ἑωϋτὸν ἐκέλευσε. τὸν δὲ ὡς
εὗρε ἐν τοῖσι Ὀροίτεω ἀνδραποδίοισι
ὁκῳδήκοτε ἀπημελημένον, παρῆγον ἐς μέ-
σον, πέδας τε ἔλκοντα, καὶ ῥάκεσι ἐσθημέ-
νον. Σταθέντα δὲ ἐς μέσον, ἠρώτα ὁ
Δαρεῖος τῇ τέχνῃ εἰ ὀπίσαιτο. ὁ δὲ ἐκ
ὑποδεκόμενος, ἀρρωδέων μὴ ἑωϋτὸν ἐκφήνας,
τυραννίδα τῆς Ἑλλάδος ἢ ἀπεστερημένος.

Bagæum Artontis filium ex omnibus contigit. Hic ſorte delectus, hac ratione uſus eſt: Complures literas variis de rebus ubi ſcripſit ſigilloque Darii impreſſit, cum his profectus eſt Sardis. Eas, poſteaquam in conſpectum Orœtis venit, dedit ſeparatim recitandas regio ſcribæ. (regios autem ſcribas cuncti præſides habent.) Reddebat autem ſeparatim Bagæus literas, explorandi gratia animos ſatellitum, nunquid annuerent ad rebellandum ab Orœte. Quos animadvertens magnopere venerari literas, & ea quæ in illis dicerentur, etiam vehementius, reddidit aliam epiſtolam in hæc verba, Perſæ, Darius rex interdicit vobis ne apud Orœtem fungamini ſatellitum officio. Hoc illi audito lanceas depoſuerunt. Tunc Bagæus cernens illos obtemperantes epiſtolæ, ſumpta fiducia reddidit ſcribæ ultimum libellum in hæc verba ſcriptum, Rex Darius mandat Perſis qui in Sardibus ſunt ut Orœtem interimant. Id ubi audiere doryphori, *id eſt haſtati ſatellites*, eductis acinacibus ſine mora Orœtem interemerunt. Ita vindicta Polycratis Samii Orœtem perſequuta eſt. ¶ Traductis atque comportatis CXXIX
Suſa bonis Orœtis, contigit non diu poſt ut in venatu ferarum Darius rex, dum ab equo deſilit, pedem intorſerit vehementerque luxaverit. nam talus è juncturis amotus eſt. Se itaque exiſtimans, ut etiam prius, habere ex Ægyptiis eos qui primi putarentur arte medicinæ, eorum opera utebatur. At iſti retorquendo pedem ac violenter tractando, plus mali faciebant: adeo quidem ut ſeptem dies totidemque noctes Darius præ moleſtia qua afficiebatur tranſegerit inſomnes. Octavo die eidem male habenti quidam Democedis Crotonienſis mentionem facit: cujus de artificio prius jam inde in Sardibus audiſſet. Darius hominem quamcelerrime accerſi ad ſe jubet. Ille, ut inter captivos Orœtis fuit inventus, ubi pro neglecto habebatur, in medium adductus eſt, ſicut erat pannoſus ac compedes trahens. In medio poſitum Darius CXXX
interrogavit nunquid eam noſſet artem. Democedes, veritus ne ſi ſe proderet, uſquequaque Græcia privaretur, diſſimulare: ſed quum videretur notitiam artis præ ſe ferre, Darius juſſit eos qui hominem adduxerant, verbera & tormenta afferre in medium. Tunc ille diſſimulatione miſſa, ſe plane ſcire artem illam negavit, ſed aliquantulum, ob eam conſuetudinem quam cum medico habuiſſet.

κατεφάνη τε τῷ Δαρείῳ τεχνάζειν ὀπισάμενος· καὶ τὲς ἀγαγόντας αὐτὸν, ἐκέλευσε μάστιγάς τε καὶ κέντρα προσφέρειν ἐς τὸ μέσον. ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ὧν ἐκφαίνει, φὰς ἀτρεκέως μὲν οὐκ ὀπίσασθαι, ὑμιλήσας δὲ ἰητρῷ, φλαύρως ἔχειν τὸν τέχνῃ.

Factaque

Factaque ei potestate curandi, Græcis medicamentis utens, 1 & lenia, post acria, admovens, Darium compotem somni fecit, & brevi tempore incolumem reddidit, quum jam se posthac validum fore ad incedendum desperasset. Ob quam curationem postea quum eum Darius duobus aurearum compedum paribus donasset, interrogavit Democedes nunquid ideo se duplici malo remunerandum putaret, quod ab eo sospes ipse foret effectus. Hoc dicto Darius delectatus, ad suas uxores hominem misit. Eunuchi qui eum deduxerunt ad fœminas, dicebant hunc esse qui restituisset animam regi. tunc earum singulæ auream phialæ thecam suffringentes, Democedem, donaverunt tam amplo munere, ut famulus nomine Sciton qui sequebatur, excidentes ex percussione phialarum stateres colligens, non parvam auri summam
CXXXI coegerit. 2 Hic Democedes hunc in modum è Crotone profectus, cum Polycrate consuetudinem habuit: quum à patre sane iracundo Crotone cohiberetur, nec eum tolerare posset, illo relicto abiit in Æginam: ubi commoratus unum annum, primos medicos transcendit, etsi imparatus erat, & nihil instrumentorum habens quæ ad artem medicinæ pertinerent. Ex quo factum est ut insequenti anno Æginetæ conduxerint eum talento, Athenienses tertio anno centum minis, Polycrates quarto anno talentis duobus. ita Samum profectus est. A quo viro non minimum medici 3 Crotonienses primi numerabantur, secundi, Cyrenæi. Quâ etiam tempestate Argivi cæteris Græcis præstare musica ferebantur.
CXXXII Tunc itaque Democedes Dario sanato Susis, maximas ædes obtinebat, & cum rege ad mensam sedebat, omnibus rebus affluens, præter hanc unam quod in Græciam redire non poterat. Quinetiam Ægyptios medicos regem curare solitos, quum essent patibulis suffigendi, quod à Græco medico superati forent, impetrata ab rege venia liberavit: item vaticinum quendam Eleum, qui Polycratem sequutus fuerat, & inter captivos pro neglecto relictus. Denique 4 maximi apud regem momenti
CXXXIII Democedes erat. Interjecto deinde brevi tempore, inter alia contigit ut Atossæ Cyri filiæ (quæ erat Darii uxor)

μὺ ὃ, ὡς οἱ ἐπέτρεψε, Ἑλλησι τοῖσι ἰήμασι χρεώμενος, καὶ ἀπαμαλὰ τὰ ἰσχυρὰ προσάγων, ὕπνῳ τε μιν λαγχάνειν ἐποίεε, καὶ ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ ὑγιέα μιν ἐόντα ἀπέδεξε, ἐλπίζοντα ἀρτίποδα οὐκέτι ἔσεσθαι. δωρέεται δέ μιν μετὰ ταῦτα ὁ Δαρεῖος πεδέων χρυσέων δύο "ζεύγεα. ὁ δὲ μιν ἐπείρετο, εἰ οἱ διπλάσιον τὸ κακὸν ἀπιτίσεται νέμει, ὅτι μιν ὑγιέα ἀπεποίησε. ἡσθεὶς δὲ τῇ ἔπεϊ ὁ Δαρεῖος, ἀπέπεμπε μιν φράσας τοῖσι ἑωυτοῦ γυναίοισι. φοιτέοντες δὲ οἱ εὐνοῦχοι, ἔλεγον πρὸς τὰς γυναῖκας ὡς βασιλέϊ τοῦτον ἐὸν ὃς τὸν ψυχρὸν οἱ ἀπέδωκε. ὑποτυπτόμεναι δὲ αὐτέων ἑκάστη, φιάλῃ τῇ χρυσῇ σὺν δίκῃ ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα· ὥστε δή τι ταλαντιαῖον δωρεὴν, ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατῆρας ἐπόμενος ὁ οἰκέτης τοῦ ἔνομα ἦν Σκίτων, ἀνελέγετο, καί οἱ χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ συνελέχθη. Ὁ δὲ Δημοκήδης οὗτος, ὧδε ἐκ Κρότωνος ἀπορμώμενος, Πολυκράτεϊ ὡμίλησε πατρὶ, ὃς οἰκημένος ἐν τῇ Κρότωνι, ὀργῇ χαλεπῷ τῶν ἐπέων τε οὐκ ἐδύνατο φέρειν, ἀπλιτῶν, οἴχετο ἐς Αἴγιναν, καταστὰς δὲ ἐς ταύτην, τῷ πρώτῳ ἔτεϊ ὑπερέβαλετο τοὺς "πρώτους ἰητρούς, ἀσκέων περ ἐὼν, καὶ ἔχων οὐδὲν τῶν ὅσα περὶ τὴν τέχνην ἐστὶ φάρμακα· καί μιν δευτέρῳ ἔτεϊ τοὺς ἅπαντας Αἰγινήτας δημοσίῃ μισθοῦται· τρίτῳ δὲ ἔτεϊ Ἀθηναῖοι, ἑκατὸν μνέων· τεταρτῷ δὲ ἔτεϊ Γαλύκεα τὴν δυοῖν ταλάντοιν. οὕτω μὲν ἀπίκετο ἐς τὴν Σάμον. καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἐκ πάσης Κροτωνιήτας ἰητροὶ ὑπεδέκιμασαν· ἐγένετο γὰρ ὧν τοῦτο ὅτε πρῶτοι μὲν Κροτωνιήτας ἰητροὶ ἐλέγοντο ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα εἶναι, δεύτεροι δὲ, Κυρηναῖοι. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον χρόνον καὶ Ἀργεῖοι πρῶτοι μουσικὴν ἐς Ἑλλήνων πρῶτοι. Τότε δὴ ὁ Δημοκήδης ἐν τοῖσι Σούσισι ἐξεπατάμενος Δαρεῖον, οἰκήν τε μέγιστον εἶχε, καὶ ὁμοτράπεζος βασιλέϊ ἐγεγόνεε· πλήν τε ἑνὸς τοῦ ἐς Ἑλλάδα ἀπέναι, πάντα τἄλλα οἱ παρῆν. καὶ τοῦτο μὲν, τοὺς Αἰγυπτίους ἰητροὺς, οἳ βασιλέα πρότερον ἐῶντο, μέλλοντας ἀνασκολοπιεῖσθαι, "διότι ὑπὸ Ἑλλήνων ἰητρῶν ἐκακώθησαν, τούτους, βασιλέα παραιτησάμενος, ἐρρύσατο· τοῦτο δὲ, μάντιν Ἠλεῖον Πολυκράτεϊ ὑποστάμενον, καὶ ἀπομαλλόμενον ἐν τοῖσι ἀνδραποδίοισι, ἐρρύσατο. μέγιστον πρῆγμα Δημοκήδης παρὰ τὸν βασιλέα. Ἐν χρόνῳ δὲ ὀλίγῳ μετὰ ταῦτα, τάδε ἄλλα συνήνεικε γενέσθαι· Ἀτόσσῃ τῇ Κύρου μὲν θυγατρὶ, Δαρείου δὲ γυναικὶ,

1 *Hæc interpretatio ostendit eum legisse,* ἥκια μετὰ τὰ ἰσχυρά. *Alioqui sequendo nostram lectionem, vertendum esset,* Et fomenta valida adhibens. 2 Hic autem Democedes ita Crotone *Samum* venerat. Cum Polycrate patre versatus, quum asperam ejus iracundiam ferre non posset, illo relicto ab &c. 3 Crotonienses inclaruerunt. hinc enim tempus fuit quum primi quidem medici Græciæ Crotoniatæ esse dicerentur, secundi vero, Cyrenæi. 4 In maximo pretio à rege Democedes habebatur.

ἐπὶ τ μαζῶ ἔφυ φῦμα· μὴ ὄ, ἐκφανὲς, ἐνέμελλο πρόσω. ὅσον μὲ δὴ χρόνον λῶ ἔλασσον, ἡ ὄ, κρύπτουσα καὶ αἰσχυνομένη, ἔφραζε ἰωδενί· ἐπεί τε ὃ ἐν κακῷ λῶ, μετεπέμψατο τὸν Δημοκήδεα, καὶ οἱ ἐπέδειξε· ὁ ὄ, φὰς ὑγιέα ποιήσειν, ἐξορκεῖ μιν, ἢ μιλῶ οἱ ἀντιτιμωρήσειν ἐκείνῳ τοῦτο τὸ ἂν αὐτῆς δεηθῇ· δείσασα δὲ ἰδόνος τ ὅσα αἰσχύλλω ὄξι φέρονται. Ὡς ὃ ἄρα μιν μὴ ταῦτα ἰώμενος ὑγιέα ἀπεδέξατο, ἐνθαῦτα δὴ διδαχθεῖσα ὑπὸ τ Δημοκήδεος ἡ Ἀτοσσα, προσέφερε ἐν τῇ κοίτῃ Δαρείῳ λόγον τοιόνδε, Ὦ βασιλεῦ, ἔχων δύναμιν τοσαύτην κέκτησαι, οὐτέ τι ἔθνος προσκτώμενος, οὔτε δύναμιν Πέρσῃσι. εἰκὸς δέ ἐστι ἄνδρα καὶ νέον, καὶ χρημάτων δεσπόζοντα μεγάλων, φαίνεσθαί τι ἀποδεικνύμενον, ἵνα καὶ Πέρσαι σημάθωσι ὅτι οὐκ ἀνδρὸς ἄρχονται. ἐπ' ἀμφότερα δέ τοι φέρει ταῦτα ποιέειν, καὶ ἵνα σφέων Πέρσαι δουλοσύνην ἄνδρα εἰδῶσι τὸν πρεσβύτατα, καὶ ἵνα τελεωθῶσι πολέμῳ, μηδὲ σχολὴν ἄγοντες, ὅπως βουλεύσωσί τοι. νῦν γὰρ ἄν τι καὶ ἀποδέξαιο ἔργον, ἕως νέος εἰς ἡλικίην. αὐξανομένῳ γὰρ τῷ σώματι συναύξονται καὶ αἱ φρένες, γυμνάσιόν τε συγκατεργάσεται, καὶ ἐς τὰ πράγματα πάντα ἀπαμβλυνθήσεται. ἢ μὲν δὴ ταῦτα ἐκ διδαχῆς ἔλεγε· ὁ δ' ἀμείβεται τοῖσδε, Ὦ γύναι, πάντα ὅσαπερ αὐτὸς βούλευσαι ποιήσειν, εἰρηκας. ἐγὼ γὰρ βεβούλευμαι Ζεῦξαι γέφυραν, ἐκ τῆς ἠπείρου ἐς τὴν ἑτέρην ἤπειρον ἐπὶ Σκύθας στρατεύεσθαι. καὶ ταῦτα ὀλίγου χρόνου ἔσται τελούμενα. λέγει τε Ἄτοσσα πάλιν. Ὄρα νυν, ἐπὶ Σκύθας μὲν τὴν πρώτην ἰέναι ἔασον (ἔστι γὰρ, ἐπὰν σὺ βέλῃ, ἔσονταί τοι) σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι. ἐπιθυμέω γὰρ, λόγῳ πιθανομένη, Λακαίνας τέ μοι ἠμφιέσθαι καὶ Ἀργείας καὶ Ἀτθίδας καὶ Κορινθίας. ἔχεις τε ἄνδρα ἐπιτηδεότατον ἀνδρῶν πάντων δέξαι τε ἔπος τῆς Ἑλλάδος καὶ κατηγήσασθαι, τοῦτον ὃς σοὶ τὸν πόδα ἐξίκατο. ἀμείβεται Δαρεῖος, Ὦ γύναι, ἐπεὶ τοίνυν τοι δοκέει τῆς Ἑλλάδος ἡμέας πρῶτα ἀποπειρᾶσθαι, καλὰ σκόπτεαι μοι δοκέει Περσέων πρῶτον ἄμεινον εἶναι σὺ λέγεις, πέμψαι ἐς αὐτὰς οἳ μαθόντες καὶ ἰδόντες ἕκαστα αὐτῷ, ἐξαγγελέουσι ἡμῖν. καὶ ἔπειτα ἐξεπίστεμαι, ἐπ' αὐτὰς τρέψομαι. Ταῦτα εἶπε. καὶ ἅμα ἔπος τ εἶπε, καὶ ἔργον ἐποίεε. ἐπεί τε γὰρ τάχιστα ἡμέρη ἐπέλαμψε, καλέσας Περσέων ἄνδρας δοκίμους πεντεκαίδεκα, ἐνετείλατο σφι, ἐπαμῦναι Δημοκήδεϊ, διεξελθεῖν τὰ παράλια τῆς Ἑλλάδος· ὅκως τε μὴ

in mamilla ulcus exoriretur, deinde rescissum porro grassaretur. quod ista, quoad fuit exiguum, præ pudore occultans, nemini indicavit: sed ubi male jam se habebat, accersito Democedi rem ostendit. Ille se redditurum sanam affirmans, adjurat eam ut sibi vicissim ipsa inserviat in eo quod oraverit, oraturum autem nihil unde dedecus redundaret. A quo, posteaquam curata est, edocta, CXXXIV Darium, dum cum eo cubat, his verbis alloquuta est, Rex, quum tantum tu habeas copiarum, desides, nullam neque gentem neque potentiam Persis acquirens. atqui par est virum & juvenem & magnarum opum dominum, aliquid operis edendo se ostendere, quo etiam Persæ cognoscant sibi virum præesse. Quod ut facias, duabus de causis interest, ut Persæ & eum qui ipsis præest, virum esse intelligant, & bello atterantur: ne ocium agentes tibi insidias tendant. Nunc ergo aliquod opus edas quoad in ætate juvenili es. nam augescente corpore ingenium pariter augescit, & consenescente consenescit, & ad res omnes elanguescit. Hæc Atossa ex admonitu Democedis. Ad quam Darius respondens, Quæ, inquit, uxor, ipse facere destinaveram, ea omnia dixisti. ego enim constitueram Scythis bellum inferre, junctо mari è nostra continente in alteram ponte: & hæc brevi tempore perficientur. Ad eum Atossa, Animadverte, inquit, nunc: omitte primum Scythis bellum inferre, qui, quandocunque voles, tui erunt: adversus Græciam mihi tu eas in expeditionem. concupisco enim Lacænas & Argivas & Atticas & Corinthias, fando cognitas, mihi fieri ancillas. Et ad hoc virum habes ex omnibus maxime idoneum [1] ad demonstrandas Græciæ res atque exponendas, hunc qui pedem tuum sanavit. Cui Darius, Quandoquidem, inquit, uxor, tibi videtur nos primum Græciam tentare debere, mihi videtur satius ante omnia mitttere illuc exploratores Persas, una cum isto quem dicis, qui percepta omnia illic & visa renuncient: & mox ego ab illis edoctus, adversus Græcos tendam. Hæc loquutus, Da- CXXXV rius, & quod est loquutus, re quoque aggressus est. nanque ubi primum illuxit, accitis quindecim viris Persarum spectatis, præcepit ut sequentes Democedem omnia Græciæ maritima loca colluſtrarent, neve committerent ut

[1] Ad ostendenda singula Græciæ *loca* & ad deducendum,

Demo-

Democedes ab illis aufugeret, ſed rurſus eum omnino reducerent. Hæc illis ubi præcepit, ſecundo loco Democedem ipſum ad ſe accerſitum orat ut 1 expoſita atque demonſtrata Perſis omni Græcia, rurſus redeat: jubetque eum dono ferre patri ac fratribus omnia ſua utenſilia, affirmans ſe alia multo plura 2 illi invicem donaturum. 3 ac præter dona miſſurum ait, quæ una iter faciat onerariam navim, omnifariis bonis refertam. Quæ Darius nullo doloſo conſilio (ut mea fert opinio) 4 mandabat: ille tamen veritus 5 ne ſe Darius tentaret, tanquam fugitivum, ſi cuncta ſibi oblata caperet: reſpondit ſe quidem ſua illic velle relinquere, ut ea reverſus ſibi haberet: verum navim onerariam quam Darius promitteret, dono fratribus accipere. Darius poſtquam hæc Democedi præcepit, homines ad
CXXXVI mare dimiſit. Iſti, quum in Phœnicem deſcendiſſent, & ex Phœnice in urbem Sidonem, confeſtim duas triremes inſtruxerunt, & ſimul ingentem onerariam omnifariis bonis impleverunt. Comparatiſque omnibus, in Græciam trajiciunt. & adeuntes maritima ejus loca intuebantur atque deſcribebant. Tum pleraque ac celeberrima Græciæ loca contemplati, in Italiam Tarentum tranſmiſerunt. Ibi Ariſtophilides Tarentinorum rex, 6 & ipſe Crotonienſis, gubernacula Medicarum navium reſolvit, pariter & ipſos Perſas detinuit, tanquam certos exploratores. Interea dum iſti patiuntur hæc Democedes Crotonem abiit ad domum ſuam. 7 Quo abeunte Ariſtophilides Perſas miſſos fecit, reſtitutis iis quæ de navibus abſtu-
CXXXVII liſſet. Illinc Perſæ navigantes, ac Democedem perſequentes, Crotonem pervenerunt: nactique in foro Democedem prehendunt. Eum Crotonienſium quidam, res Perſicas reformidantes, tradere parati erant: quidam injectis è diverſo manibus, fuſtibus cædebant Perſas, 8 qui his verbis commonefaciebant, Viri Crotonienſes conſiderate quid faciatis, qui hominem regis fugitivum eripitis. An ex uſu erit vobis hanc injuriam regi Dario intuliſſe, ac vobis bene cedet iſta feciſſe,

ad mare pecoribus, conſcendunt ad locum Ægilen, decerpturi palmulas. nam palmæ illic & permultæ ſunt, & ſpatioſæ, & fructiferæ omnes. ex quibus ubi palmulas præmaturas decerpſerunt, ad ſolem ſiccantes maturefaciunt, deinde lacte maceratas ſorbillant. Uxores plures ſinguli è conſuetudine habent, & cum eis in propatulo coeunt, eodem pæne quo Maſſagetæ modo, prius ſcipione prætento. Naſamonibus mos eſt, quum quis primum ducit uxorem, prima nocte ut ſponſa ſingulos convivas obeat concubitus gratia, & ut quiſque cum ea concubuit, donum det illi quod ſecum habet domo allatum. Jurejurando ac divinatione tali utuntur: Per eos viros qui juſtiſſimi atque optimi apud illos fuiſſe dicuntur, jurant, illorum ſepulcra tangentes. Divinant, ad ſuorum accedentes monumenta, & illis, ubi preces peregerunt, indormiunt: ubi quodcunque per quietem inſomnium viderunt, eo utuntur. Fidei dandæ conſuetudo hæc eſt: De manu alterius uterque ſumpto invicem poculo bibit. quod ſi nihil humoris habuerint, ſumptum è terra cinerem lingunt. Naſamonibus confines ſunt Pſylli, qui hunc in modum interciderunt: Auſter eis omnia receptacula aquarum arefecerat: erat autem omnis eorum regio quæ intra Syrtin eſt, aquarum inops. Ob id iſti publico colloquio atque conſilio expeditionem fecere adverſus auſtrum. (quæ Libyes memorant refero) hos quum ad arenas veniſſent, auſter ſpirans illic obruit. Pſyllis extinctis eorum terram Naſamones obtinent. Super hos auſtrum verſus, in loco feris frequenti, Garamantes habitant, qui omnium hominum commercium, aſpectumque refugiunt, nihil bellicæ armaturæ habentes, ac ne defendere quidem ſeſe audentes. Hi ſupra Naſamones incolunt. Circa maritima vero, occaſum verſus confines ſunt Macæ, qui ſummum capitis verticem radunt, in medio capillos creſcere ſinentes, hinc atque hinc in orbem tondentes. In bellum pelles ſubterraneorum ſtruthionum ferunt pro tegumento. Per eos flumen Cinyps è colle qui vocatur Gratiarum, fluens, in mare influit. Hic collis Gratiarum nemoribus frequens eſt, quum cætera cujus memini Libya ſit arboribus nuda. ducentorum ab eo ad mare ſtadiorum eſt intercapedo. Horum Macarum finitimi ſunt Gindanes:

176 CLXXIII CLXXIV CLXXV CLXXVI

quorum

quorum uxores ferunt fimbrias pelliceas ſingulæ multas, ob hoc (ut memoratur) quod ut à quoque viro venerem paſſa eſt, fimbriam nodat, & ut quæque plurimas habet, ita præclariſſima cenſetur, tanquam à pluribus viris
CLXXVII adamata. Horum Gindanorum oram in mare porrectam incolunt Lotophagi, qui è ſolo loti fructu victitant: qui fructus eſt inſtar fructus lentiſci, ſuavitate aſſimilis fructui palmarum. Ex hoc
CLXXVIII fructu Lotophagi vinum conficiunt. Lotophagis ſecundum mare vicini ſunt Machlyes, loto & ipſi veſcentes, ſed minus quàm ſuperiores. Pertingunt autem uſque ad ingentem amnem nomine Tritonem, qui in grandem paludem Tritonidem influit, in qua eſt inſula quæ dicitur Phla. 1 Hanc inſulam aiunt di-
CLXXIX ci à Lacedæmoniis habitari debere. Aiunt autem & hæc: Iaſonem, poſteaquam ſub Pelio, Argo exædificavit, impoſitis in ea 2 cum aliis ſolennibus hoſtiis, tum vero tripode æreo, circuiſſe Peloponneſum, animo Delphos eundi: eumque, quum teneret curſum circa Maleam, abreptum à vento aquilone, & abductum in Libyam, & priuſquam tellurem cerneret, in 3 aſpretis paludis Tritonidis aſtitiſſe: eique hæſitanti de egreſſu apparuiſſe Tritonem, ac juſſiſſe dari ſibi tripodem, quod diceret oſtenſurum ſe illis exitum, atque incolumes remiſſurum. Aſſentiente Jaſone, ita demum Tritonem oſtendiſſe qua ratione è brevibus enavigarent, & tripodem in ſuo templo poſuiſſe, in eoque tripode oraculum reddidiſſe, & iis qui cum Jaſone erant, omnem rationem indicaſſe. Fore enim ut quum quis tripodem accepiſſet 4 ex omnibus qui in Argo navigarent, neceſſario centum Græcæ civitates accolerent paludem Tritonidem. hæc quum audiſſent Libyes qui montem Gratiarum
CLXXX colunt, tripodem occultaſſe. Juxta hos Machlyes habitant AUſes: & circum paludem Tritonidem utrique habitant, ita ut medio Tritone dirimantur. Quorum Machlyes quidem occiput crinitum geſtant, AUſes vero ſinciput. Horum virgines anniverſario Minervæ feſto, in honorem ipſius deæ inter ſe biſariam diviſæ, prœliantur lapidibus fuſtibuſque, dicentes ſe 5 morem patrium ſervare ei quam Minervam no-

τῶν αἱ γυναῖκες θεισφύελα δερμάτων πολλὰ ἐκφέρει φορέει χ᾽ τοιόνδε τι, ὡς λέγεται· κατ᾽ ἄνδρα ἕκαστον μιχθέντα θεισφύελον θεισδέεται· ἡ δ᾽ ἂν πλείστα ἔχῃ, αὕτη ἀείσῃ δέδοκται εἶ), ὡς ὑπὸ πλείστων ἀνδρῶν φιληθεῖσα. Ἀκτὴν δ᾽ προέχουσαν ἐς τὸν Πόντον τόνδε τῶν Γινδάνων νέμονται Λωτοφάγοι· οἱ τὸν καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι. ὁ δ᾽ τοῦ λωτοῦ καρπὸς, ἔστι μέγαθος ὅσον τε ἡ σχίνου· γλυκύτητα δ᾽, τοῦ φοινίκου τῷ καρπῷ προσεικελος. πιεῖται δ᾽ ὀκ τοῦ καρποῦ τούτου οἱ Λωτοφάγοι οἶνον. Λωτοφάγων δ᾽ τὸ πρὸς θάλασσαν ἔχοντας Μάχλυες, λωτῷ μὲν κ᾽ οὗτοι χρεώμενοι, ἀτὰρ ἥσσονι γε τοῦ πρότερον λεχθέντων. κατήκουσι δὲ ὀλίγον ποταμὸν μέγαν, τῷ οὔνομα Τρίτων ἐστί· ἐκδιδοῖ δ᾽ οὗτος ἐς λίμνην μεγάλην Τριτωνίδα. ἐν δ᾽ αὐτῇ νῆσος ἔνι τῇ οὔνομα Φλά. ταύτην δὲ τὴν νῆσον Λακεδαιμονίοισι φασὶ λόγιον εἶ κλίσαι. Ἔστι δ᾽ κ᾽ ὅδε λόγος λεγόμενος· Ἰήσονα, ἐπεί τε οἱ ἐξειργάσθη ὑπὸ τῆς Πηλίης ἡ Ἀργώ, ἐσθέμενον ἐς αὐτὴν ἄλλην τε ἑκατόμβην, κ᾽ δὴ κ᾽ τρίποδα χάλκεον, θεσπρωίων Πελοποννήσιον, βουλόμενον ἐς Δελφοὺς ἀπικέσθαι. καί μιν ὡς πλέοντα ῥιπίδες χ᾽ Μαλέην, ὑπολαβεῖν ἄνεμος βορέης, κ᾽ ἀποφέρειν πρὸς τὴν Λιβύην. περὶ δ᾽ καταδέδας γῆν, ἐν τοῖσι βραχέσι ῥιπίδες λίμνης τῆς Τριτωνίδος. καὶ οἱ ἀπορέοντι τὴν ἐξαγωγὴν λόγος ἔστι φανῆναι Τρίτωνα, κ᾽ κελεύειν τὸν Ἰήσονα ἑωυτῷ δοῦναι τὸν τρίποδα· φάμενόν σφι κ᾽ τὸν πόρον δείξειν, κ᾽ ἀπήμονας ἀποσελέειν· πειθομένου δ᾽ τοῦ Ἰήσονος, ὥτω δὴ τόν τε διέκπλοον τῶν βραχέων δεῖξαι τὸν Τρίτωνά σφι, κ᾽ τὸν τρίποδα θεῖναι ἐν τῷ ἑωυτοῦ ἱρῷ· ὅπιθεν δὲ ἐπισπασθέντα τε τῷ τρίποδι, καὶ τοῖσι σὺν Ἰήσονι σημῆναι τὸν πάντα λόγον, ὡς ἐπεὰν ὁ τρίποδα κομίσηται ὁ ἐκγόνων τις τῶν ἐν τῇ Ἀργοῖ συμπλεόντων, τότε ἑκατὸν πόλιας οἰκήσαι περὶ τὴν Τριτωνίδα λίμνην Ἑλληνίδας, πᾶσαν εἶ) ἀνάγκην. ταῦτα ἀκέσαντας τοὺς ὑπηκόους τῶν Λιβύων, κρύψαι τὸν τρίποδα. Τούτων δὲ ἐχρῆτο τῶν Μαχλύων Αὐσῆς· ὥστε δὲ κ᾽ οἱ Μάχλυες περὶξ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέουσι. τὸ μέσον δέ σφι ῥέζει ὁ Τρίτων. κ᾽ οἱ μὲν Μάχλυες τὰ ὀπίσω κομέουσι τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ Αὐσῆς, τὰ ἔμπροσθεν. ὁρτὴ δὲ σφίσι ἐστὶ Ἀθηναίης· αἱ παρθένοι αὐτῶν δίχα διαστᾶσαι μάχην πρὸς ἀλλήλας λίθοισί τε καὶ ξύλοισι, τῇ αὐθιγμέῃ θεῷ λέγουσαι τὰ πάτρια ἀποπλέειν τὴν Ἀθηναίην κα- 177

1 Aiunt autem editum eſſe Lacedæmoniis oraculum de deducenda in hanc inſulam colonia. 2 Cum reliqua hecatombe, tum, &c. 3 *Statim poſt eandem vocem vertit* brevia. *Lego autem* Σράχεσι & βραχέων *cum vet.cod.* 4 Ex poſteris eorum qui &c. *Fortaſſe Valla ſcripſerat* ex nepotibus. 5 Ritus patrios ei peragere.

λέγυσι. τὰς ὃ ἀπεθνηκυίας παρθένους ὑπ τῶν τρωϋμάτων, ταύτας παρθένους καλέουσι. πρὶν δ' ἀνεῖναι ἀυτὰς μάχεσθαι, τάδε ποιεῦσι. κοινῇ παρθένον τὴν καλλιστεύσαν ἑκάστοτε κοσμήσαντες κατῇ τε Κορινθίῃ καὶ πανοπλίῃ Ἑλληνικῇ, καὶ ἐπ' ἅρμα ἀναβιβάσαντες, περιάγυσι τὴν λίμνην κύκλῳ. ὁτέοισι δὲ τοπάλαι ἐκόσμεον τὰς παρθένους πρὶν ἢ σφι Ἕλληνας παροικιδίῃσι, ἐκ ἔχω εἰπεῖν· δοκέω δ' ὦν Λιγυπτίοισι ὅπλοισι κοσμέεσθαι ἀυτάς· ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ κράνεον φημὶ ἀπῖχθαι ἐς τοὺς Ἕλληνας. τὴν δ' Ἀθηναίην φασὶ Ποσειδέωνι θυγατέρα καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης· καί μιν μεμφθεῖσάν τι τῷ πατρὶ, δοῦναι ἑωυτὴν τῷ Διΐ. τὸν δὲ Δία ἑωυτῆς μιν ποιήσασθαι θυγατέρα. ταῦτα μὲν λέγυσι. μίσγειν δὲ ἐπιχώριον τοῖσι γυναικῶν πυιέονται, ἅτε συνοικέοντες, κλινηδὸν τε μισγόμενοι. ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἀδρὸν γένηται, συμφοιτέουσι ἐς ταὐτὸ οἱ ἄνδρες τρίτῳ μηνὶ, καὶ τὸν ἂν δόκῃ τοῖσι ἀνδράσι τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται. Οὗτοι μὲν οἱ πρόσχωροι τοῖσι Νομάδαι Λιβύων εἰρέαται. ὑπὲρ δὲ τούτων ἐς μεσόγαιαν ἡ θηριώδης ἐστὶ Λιβύη. ὑπὲρ δὲ τῆς θηριώδεος, ὀφρύη φαίνεται κατήκει, ἣ καλατείνουσα ἀπὸ Θηβέων τοῖσι Αἰγυπτίων ἐπὶ Ἡρακλήιας σήλας. ἐν δὲ τῇ ὀφρύῃ ταύτῃ μάλιστα ἁλὶ δέκα ἡμερέων ὁδῷ, ἅλός ἐστι τρύφεα καὶ χόνδρους μεγάλους ἐν κολωνοῖσι, καὶ ἐν κορυφῇσι ἁκρέων τοῖσι κολωνῶν ἀνακοντίζει ἐκ μέσου τοῦ ἅλὸς ὕδωρ ψυχρὸν καὶ γλυκύ. περὶ δὲ αὐτὸ ἄνθρωποι οἰκέουσι ἔσχατοι πρὸς τῆς ἐρήμου, καὶ ὑπὲρ τῆς θηριώδεος, πρῶτοι μὲν ἀπὸ Θηβέων ἁλὶ δέκα ἡμερέων ὁδῷ Ἀμμώνιοι, ἔχοντες τὸ ἱρὸν ἀπὸ τοῦ Θηβαιέος Διός. καὶ γὰρ τὸ ἐν Θήβῃσι (ὡς καὶ πρότερον εἴρηταί μοι) κριοπρόσωπον τοῦ Διός τὤγαλμά ἐστι· τυγχάνει δὲ καὶ ἄλλο σφι ὕδωρ κρηναῖον ἐόν· τό τε πρὶ μὲν ὄρθρου γίνεται χλιαρὸν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης ψυχρότερον. μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γίνεται ψυχρόν. τηνικαῦτα δὲ ἄρδουσι τοὺς κήπους. ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρης ὑπίεται τοῦ ψυχροῦ, ἐς ὃ δύεταί τε ὁ ἥλιος, καὶ τὸ ὕδωρ γίνεται χλιαρόν. ἔστι δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμὸν ἐς μέσας νύκτας πελαγίζει. τηνικαῦτα ὃ ζέει ἀμβολάδην. παρέρχονταί τε μέσαι νύκτες καὶ ψύχεται μέχρι ἐς ἠῶ. ἔστι δὲ τηνικαῦτα ὃ αὖτη ἡ κρήνη καλέεται ἡλίου.

minavimus: & quæ virgines è vulneribus decedunt, eas falsas virgines appellant. Sed priusquam à pugnando desistant, hoc faciunt: Quæ virgo in pugnam optimam operam navavit, eam semper communi consensu cæteræ virgines exornant cum cætera armatura Græca, tum cristà Corinthia, & currui impositam circa paludem circumferunt. Quibus autem rebus ornarentur olim hæ virgines antequam accolerent Græci, non habeo dicere. arbitror autem ornari suetas armis Ægyptiis. nam ab Ægypto affirmarim & scutum & galeam Græcis esse tradita. Aiunt autem Minervam Neptuni esse filiam ac paludis Tritonidis, eamque [1] nescio quid à patre reprehensam donasse seipsam Jovi, & Jovem, sibi illam asciviisse filiam. Hæc illi aiunt. Iidem promiscue cum mulieribus, non una habitantes, sed pecudum more concumbunt. Ubi apud mulierem puer robustus est factus, apud quem virum habitare sustinet, (nam tertio quoque mense viri conveniunt) ejus filius censetur. Isti quidem maritimi Libyum Nomadum dicti sunt. Supra hos autem ad partem mediterraneam Libya est theriodes dicta, *id est*, *feris abundans*. Supra hanc therioden supercilium soli fabulosum est, porrectum à Thebis Ægyptiis ad columnas Herculis. In hoc supercilio fere decem dierum itinere [2] sunt grumi grandes salis jucundi in collibus, & singulorum collium vertices è medio sale ejaculantur aquam dulcem pariter & gelidam. Circa quam homines habitant ultimi, solitudinem versus, & supra *plagam* therioden *dictam*, à Thebis itinere dierum decem, primi Ammonii, habentes templum ad Thebani Jovis effigiem. etenim Thebis (quemadmodum à me memoratum est) aspectu arietino Jovis simulacrum est. Apud hos est alia quoque aqua fontana, quæ sub matutinum quidem tepet, sub horam autem qua forum frequentissimum est, frigescit: sub meridiem multo frigidior est. eaque hora hortos irrigant. Declinato jam die remittitur frigus, donec sol occidit: tunc tepescit, magis ac magis calescens, ad mediam usque noctem, quo tempore fervens exæstuat: præterita nocte media, ad auroram usque refrigescit. cognominatur autem fons iste, Solis.

CLXXXII

1 Nescio quid de parte conquestam 2 Sunt frusta salis veluti grumi magni in tumulis: & in singulorum tumulorum verticibus è medio sale aqua frigida & dulcis erumpit.

Post

CLXXXII Post Ammonios autem per supercilium sabuli, decem rursus dierum itinere est collis salis, & aqua illi Ammoniæ par, hominibus circum habitantibus: cui loco nomen est Ægila, ad quem locum Nasamones veniunt palmulas decerptum.

CLXXXIII Rursus decem dierum spatio ab Ægilæis alius 1 collis est salis, & aqua, & palmularum fructiferarum magna vis, quemadmodum apud alios: incolentibus illic hominibus quibus nomen est Garamantibus, natione sane magna, qui inducta super salem humo, ita serunt. Ab his ad Lotophagos brevissimum iter. A quibus triginta dierum spatium est ad eos apud quos gignuntur boves præpostere pascentes. Ideo autem præpostere pascuntur quod cornua inflexa anterius habent, & ob id cessim euntes pascuntur. nam offensantibus in terra cornibus, progrediendo pasci nequeunt: alioqui nihil differentes à cæteris bobus, præter crassitudinem pellis atque duritiem. Garamantes hi Troglodytas Æthiopes quadrigis venantur. nam Troglodytæ Æthiopes, omnium quos fando cognovimus, pernicissimis pedibus sunt, serpentibus, lacertisque & aliis id genus reptilibus vescentes, lingua nulli alteri simili utentes, sed vespertilionum more stridentes. A Garamantibus decem quoque dierum itinere alius collis est salis, & aqua: accolentibus hominibus quibus nomen est Atlantibus, solis omnium hominum, quos ipsi novimus, innominatis. 2 nam sales quidem apud eos vacantur Atlantes, singulis autem eorum nullum nomen imponitur. Hi solem transcendentem execrantur, eique præterea omnia convitia ingerunt, quod torridus & ipsos & regionem perdat. Post totidem dierum iter alius tumulus salis est, cum aqua, & hominibus accolentibus. Cui confinis est mons nomine Atlas, angustus, & undique teres: & (ut fertur) adeo celsus ut ejus cacumen nequeat cerni, quod à nubibus nunquam relinquatur, neque hyeme neque æstate: quem esse columnam cœli indigenæ aiunt. Ab hoc monte cognominantur hi homines: nam Atlantes vocantur. dicunturque nec ulla animante vesci, nec ulla somnia cernere. Ad hos usque Atlantes possum recensere nomina eorum qui in supercilio *Libyæ* habitant, post hos non amplius. Porrigitur

CLXXXIV

CLXXXV

Μετὰ δ' Ἀμμωνίους, διὰ τ' ὀφρύης τ' ψάμμου δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων ὁδὸν, κόλωνός τε ἄλος ἔξι ὁμοίου. τῷ Ἀμμωνίῳ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι ἀμφὶ αὐτὸν οἰκέουσι· τῷ δ' χώρῳ τούτῳ ὄνομα * Αἴγιλά ἔξι. ἐς τοῦτον τ' χῶρον οἱ Νασάμωνες ὀπωριεῦντες τὰς φοινίκας φοιτέουσι. Ἀπὸ δ' Αἰγίλων, διὰ δέκα ἡμερέων ἀλλέων ὁδὸν, ἕτερος ἄλος κολωνὸς, καὶ ὕδωρ, καὶ φοίνικες καρποφόροι πολλοὶ, καλάπερ καὶ ἐν τοῖσι ἑτέροισι· καὶ ἄνθρωποι οἰκέουσιν αὐτῷ τοῖσι ὄνομα Γαραμάντες ἔξι, ἔθνος μέγα ἰσχυρόν· οἳ βάλλουσι τ' ἄλα γῆν ὑποφορέοντες, ὕστω σπείρουσι. συντομώτατον δ' ἔξι ἐς τοὺς Λωτοφάγους· ἀπὸ τῶν τριήκοντα ἡμερέων ἐς αὐτοὺς ὁδός ἔξι. ἐν τοῖσι καὶ οἱ ὀπισθονόμοι βόες γίνονται. ὀπισθονόμοι δ' διὰ τόδε εἰσί· τὰ κέρεα ἔχουσι κεκυφότα ἐς τὸ ἔμπροσθεν. διὰ τοῦτο ὀπίσω ἀναχωρέοντες νέμονται ἐς γὰρ τὸ ἔμπροσθεν οὐκ οἷοί τε εἰσὶ, προεμβαλλόντων ἐς τ' γῆν τ' κερέων. ἄλλο δ' οὐδὲν διαφέρουσι τ' ἄλλων βοῶν ὅτι μὴ τοῦτο, καὶ τὸ δέρμα ἐς παχύτητά τε καὶ τρίψιν. οἱ Γαραμάντες δ' ὅτοι τοὺς Τρωγλοδύτας Αἰθίοπας θηρεύουσι τοῖσι τεθρήπποισι. οἱ γὰρ Τρωγλοδύται Αἰθίοπες πόδας τάχιστοι ἀνθρώπων πάντων εἰσὶ, τῶν ἡμεῖς περὶ λόγους ἀποφερομένους ἀκούομεν. σιτέονται δ' οἱ Τρωγλοδύται ὄφις καὶ σαύρας, καὶ τὰ τοιαῦτα τ' ἑρπετῶν. γλῶσσαν δ' ἐοικυῖαν ἄλλῃ παρομοίην νενομίκασι, ἀλλὰ τετρύσασι, καλάπερ αἱ νυκτερίδες. Ἀπὸ δ' Γαραμάντων δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων ὁδὸν, ἄλλος ἄλος τε κολωνὸς, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι ἀμφὶ αὐτὸν οἰκέουσι, τοῖσι ὄνομά ἔξι † Ἀτλαντες· οἱ ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. καλέσι μὲν γὰρ σφι ἔξι Ἄτλαντες ὄνομα, ἑνὶ δ' ἑκάστῳ αὐτέων ὄνομα οὐδὲν κέεται. ὅτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρῶνται, καὶ πρὸς τούτοισι πάντα τὰ αἰσχρὰ λοιδορέονται, ὅτι σφέας καίων διατελέει, αὐτούς τε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τ' χώρην αὐτέων. μετὰ δὲ, δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων ὁδὸν, ἄλλος κολωνὸς ἄλος, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι ἀμφὶ αὐτὸν οἰκέουσι. ἔχεται δὲ τοῦ ἄλος τούτου ὄρος τῷ ὄνομα Ἄτλας· ἔστι δὲ στεινὸν καὶ νυκλοτερὲς πάντη. ὑψηλὸν δ' ὕτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι. ἐπλέουσι γὰρ αὐτὰς ἀπολείπει νέφεα ὄτε θέρεος ὄτε χειμῶνος. τοῦτο κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι εἶναι. ἐκ τούτου τοῦ ὄρεος οἱ ἄνθρωποι ὅτοι ἐπώνυμοι ἐκλήθοντο· καλέονται γὰρ δὴ Ἄτλαντες. λέγονται δὲ οὔτε ἔμψυχον ἐδὲν σιτέεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾶν. Μέχρι μὲν δὴ τῶν Ἀτλάντων τούτων, ἔχω τὰ ὀνόματα λέγειν ἐν τῇ ὀφρύῃ κατικνεομένοισι καταλέξαι· τὸ δ' ἀπὸ τούτου, οὐκέτι. ὑπὲρ

1 Agger. *Paulo post ipse* tumulum *vertit.* 2 Nam omnibus quidem simul nomen est Atlantes. *Id est, commune quidem universæ genti nomen est Atl.* * Perperam pro Αὔγιλα. & fortasse an etiam Αὔγυλα. circa locum hunc incolentes sunt *Augylæ, Græcis* Αὐγύλαι. *Cl. Salmasius.* † Nominari debent Ἀτλαντες. hi sunt qui Ἀτάραντες aliis dicuntur. *Salmas.*

δ' ὧν ἡ ὀφρὺη μέχρι Ἡρακληίων στηλέων, καὶ τὸ ἔξω τούτων. ἔστι δὲ ἁλός τε μέταλλον ἐν αὐτῇ ἀφα' δέκα ἡμερέων ὁδῷ, καὶ ἄνθρωποι οἰκέοντες· τὰ δὲ οἰκία τούτοισι πᾶσι ἐκ τῶν ἁλίνων χόνδρων οἰκοδομέαται. ταῦτα γὰρ ἤδη τῆς Λιβύης ἄνομβρά ἐστι. ὑπὸ γὰρ ἂν ὑσαίατο μοῦνον οἱ τοῖχοι ἐόντες ἅλινοι, εἰ ὗε. ὁ δὲ ἅλς αὐτόθι καὶ λευκὸς καὶ πορφύρεος. τὸ εἶδος ὀρύσσεται. ὑπὸ δὲ τῆς ὀφρύης ταύτης, τὸ πρὸς νότον καὶ μεσόγαιαν τῆς Λιβύης, ἔρημος καὶ ἄνυδρος καὶ ἄθηρος καὶ ἄνομβρος καὶ ἄξυλος ἐστὶ ἡ χώρη καὶ ἰκμάδος ἐστὶ ἐν αὐτῇ οὐδέν. Οὕτω μὲν μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἀπὸ Αἰγύπτου νομάδες εἰσὶ κρεοφάγοι τε καὶ γαλακτοπόται Λίβυες· καὶ ἐλεφάντων τε βοῶν οὐκ ἔστι ἔστι γὰρ ἀμήχανον, διότιπερ οὐδὲ Αἰγύπτιοι, καὶ οὐς ἡ τρέφουσες. βοῶν μὲν νυν ἐλεφάντων οὐδ' αἱ Κυρηναίων γυναῖκες δικαιεῦσι παντάπασι, ἀφα τιμὼ ἐν Αἰγύπτῳ Ἶσιν, ἀλλὰ καὶ νηστείας αὐτῇ καὶ ὁρτὰς ὀκταπλέουσι· αἱ δὲ τῶν Βαρκαίων γυναῖκες οὐδὲ ὑῶν πρὸς τῆσι βυσὶ γούνηται. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω ἔχει. Τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἐκέτι νομάδες εἰσὶ Λίβυες, οὐδὲ νόμοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρεώμενοι, οὐδὲ κατὰ παιδία ποιεῦντες οἷόν τι καὶ οἱ νομάδες εἰώθασι ποιέειν. οἱ γὰρ δὴ πρὸς Λιβύων νομάδες, εἰ μὴ πάντες, ἐκ ἔγωγε ἀτρεκέως τοῦτο εἶπαι· ποιεῦσι δὲ αὐτῶν συχνοὶ τοιάδε. πρὸς παιδίων πρὸς σφετέρων, ἐπεὰν τετρακτύα γένηται, οἰσύπῃ πρόβατον καίουσι πὰς ἐν τῇσι κορυφῇσι φλέβας· μετεξέτεροι δὲ αὐτέων, πὰς ἐν τοῖσι κροτάφοισι, τοῦδε εἵνεκα, ὡς μὴ σφέας ἐς τὸν πάντα χρόνον καταῤῥέον φλέγμα ἐκ τῆς κεφαλῆς δηλῆται. καὶ ἀφα τοῦτό σφεας λέγουσι εἶναι ὑγιηροτάτους. (εἰσὶ γὰρ ὡς ἀληθέως οἱ Λίβυες ἀνθρώπων πάντων ὑγιηρόταλοι, τὰ ἡμεῖς ἴδμεν· εἰ μὲν ἀφα τοῦτο, ἐκ ἔγωγε ἀτρεκέως εἶπαι, ὑγιηρόταλοι δ' ὧν εἰσί) νῦν δὲ καίουσι πὰ παιδία σωσμὸς ὀκταμήνῳ, ἐξούρηταί σφι ἀκμή· τράγου γὰρ ἔρον ὠσάμενοι ῥοῦνται σφέας. λέγω δὲ τὰ λέγουσι αὐτοὶ Λίβυες. Θυσίαι δὲ τοῖσι νομάσι εἰσὶ ὧδε. ἐπεὰν τοῦ ὠτὸς ἀπάρξωνται τοῦ κτίνεος, ῥιπτέουσι ὑπὲρ τὸν δόμον. τοῦτο δὲ ποιήσαντες, ἀποστρέφουσι τὸν αὐχένα αὐτοῦ. θύουσι δὲ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ μούνοισι. τούτοισι μὲν νυν πάντες Λίβυες θύουσι· ἀτὰρ οἱ περὶ τὴν Τριτωνίδα λίμνην νέμοντες, τῇ Ἀθηναίῃ μάλιστα. μετὰ δέ, τῇ Τρίτωνι καὶ τῷ Ποσειδέωνι.

πρὸς νότον καὶ μεσόγαιαν

ἔστι

autem id ſupercilium ad columnas uſque Herculeas, atque ulterius. Intra quod eſt ſalis metallum, *id eſt*, 1 *effoſſio*, decem dierum itinere, & homines incolentes, qui domicilia ſua faciunt ex 2 micis ſalis. iſti enim jam tractus Libyæ vacant imbribus. nam ſi plueret illic, non poſſent manere parietes 3 ſalis. Supra autem hoc ſupercilium, auſtrum verſus ac mediterranea Libyæ, deſerta jam plaga eſt, & ſine aqua feriſque, ſine pluvia ac lignis, omni prorſus humore vacans. Ita ab Ægypto ad Tritonidem paludem, 4 paſtoritii Libyes ſunt carne victitantes ac lacte, nihil vaccinum guſtantes, quia nec Ægyptii guſtant ſuem, nec alentes quidem vaccam. Sed nec Cyrenææ fœminæ 5 ferire ſibi fas putant, ob Iſidem quæ eſt in Ægypto, cui etiam jejunia & dies feſtos ſtudioſe agunt. At mulieres Barcææ non modo guſtu vaccinæ carnis, ſed etiam ſuillæ abſtinent. Atque hæc quidem ita habent. Ad occaſum vero Tritonidis paludis jam non ſunt 6 paſcuales Libyes, neque eiſdem moribus utentes, neque idem circa infantes quod paſcuales ſolent, factitantes. Nam Libyum qui paſtorales ſunt plerique hoc faciunt, an omnes, non queo pro certo dicere. Ubi filii ipſorum quadrimi effecti ſunt, venas verticis illorum lana ſuccida inurunt, nonnulli venas temporum: eam videlicet ob cauſam ne ullo unquam tempore phlegma, *id eſt*, *pituita*, defluens è capite, officiat. eaque de re ſe aiunt eſſe optima valetudine. Et ſunt revera Libyes inter omnes quos nos novimus homines ſaluberrimo corpore: incertum mihi an ob hanc cauſam, certe optima valetudine ſunt. Quod ſi pueris inurendis ſpaſmus exiſtat, inventa eſt ab eis medicina. urina enim hirci aſperſa eos liberant. Ea autem refero quæ ipſi Libyes narrant. Porro ſacrificia apud 7 paſtoritios Libyes talia ſunt: Ubi pro primitiis aurem pecudis præciderunt, eam ſupra domum abjiciunt: hoc acto, cervicem ejus avertunt. Solis autem omnium deorum immolant Soli & Lunæ. & his quidem univerſi Libyes ſacrificant: at qui circa Tritonidem paludem incolunt, etiam Minervæ Tritonique ac Neptuno: ſed Minervæ præcipue.

CLXXXVI

CLXXXVII

CLXXXVIII

1 Fodina. 2 Grumis 3 *Poſt* Salis, *adde*, Ibi autem & albus & purpureus ſal effoditur. 4 Nomades Libyes ſunt, qui carne & lacte veſcuntur, ſed ab eſu vaccarum abſtinent ſicut & Ægyptii, ſuesque non alunt. 5 *Suſpecta eſt hîc vox Græca.* 6 Nomades Libyes, 7 Nomades. *Sic & in ſequent. pro* paſtorales.

A qui-

CLXXXIX A quibus Libybus Græci veſtem & ægidas ſimulacrorum Minervæ mutuati ſunt, præterquam quod ægides apud Libyes, & pendentes ex eis fimbriæ non ſunt ſerpentes, ſed è loris factæ: cætera vero omnia ad idem exemplar efficta ſunt: nomine quoque ipſo teſtificante veniſſe ex Libya 1 Palladiorum ſtolam. Quippe Libyſſæ mulieres ſuper veſtem amiciuntur nudis ægeis, *id eſt, caprinis pellibus non villoſis*, fimbriatis, ac rubrica delibutis, à quibus ægeis, *id eſt, caprinis pellibus*, ægidas denominavere Græci. Quinetiam hinc primum mihi videtur ejulatus in templis extitiſſe, quod eo Libyſſæ mulieres vehementer utuntur ac belle. Et à Libybus quadrijugos
CXC equos jungere Græci didicere. Sepeliunt autem paſtorales Libyes defunctos ut Græci, præter Naſamones, qui illos ſedentes ſepeliunt, obſervantes ut dum quis cœpit agere animam, eum ſedentem conſtituant, ne ſupinus expiret: Domicilia eorum ſunt virgultis compacta ſuſpenſis circa lentiſcos, & ea quoquoverſus verſatilia. Et iſti qui-
CXCI dem talibus utuntur moribus. Contingunt autem hos ab 2 orientali parte Tritonis fluminis ii Auſes qui ſunt aratores: 3 qui vero Libyes domos poſſidere conſueverunt, iis nomen impoſitum eſt Maxyes, qui dextram capitis partem comatam geſtant, ſiniſtram radunt, corpus minio tingunt, aſſerentes ſe à Trojanis eſſe oriundos. Regio autem hæc & reliqua ad occidentem vergens, multo frequentior eſt feris ſylviſque quàm regio paſtoralium. Nam quæ ad auroram reſpicit, quam paſtorales incolunt, Tritone flumine tenus & depreſſa eſt & arenoſa: hinc deinceps quæ aratorum eſt, veſperam ſpectans, montana valde eſt ac nemoroſa, ferisque frequens. Siquidem apud hos & ſerpentes ſunt ſupramodum grandes ac leones, elephantes quoque & urſi, & aſpides, & aſini cornibus præditi. Et 4 cynocephali, *id eſt, capita canina habentes*, & acephali, *id eſt, non habentes capita*, qui in pectoribus oculos habent, ut Libyes memorant: necnon viri fœminæque agreſtes, & aliæ permultæ feræ haud ementitæ.
CXCII Quorum nihil apud paſtorales eſt, ſed alia, veluti pygargi, & capreæ, & bubali, & aſini, non illi quidem cornua habentes, ſed alii impoti: nunquam

Τῶν δὲ ἄλλα ἐσθῆτα καὶ τὰς αἰγίδας τῶν ἀγαλμάτων τῆς Ἀθηναίης ἐκ τῶν Λιβυστέων ἐποιήσαντο οἱ Ἕλληνες. πλὴν γὰρ ὅτι σκυτίνη ἡ ἐσθὴς τῶν Λιβυστέων ἐστί, καὶ οἱ θύσανοι οἱ ἐκ τῶν αἰγίδων ἀντῆσι, οὐκ ὄφιές εἰσι, ἀλλὰ ἱμάντινοι· τὰ δὲ ἄλλα πάντα κατ' τωὐτὸ ἔσταλται. καὶ δὴ καὶ τέκμωρ κατηγορέει ὅτι ἐκ Λιβύης ἦκει ἡ στολὴ τῶν Παλλαδίων. αἰγίδας γὰρ ωερι- ωερι
βάλλονται φλαὰς ωερὶ τὴν ἐσθῆτα θυσανωτὰς αἱ Λίβυσσαι, κεχειμμένας ἐρυθρῷ δέρματι. ἐκ δὲ τῶν αἰγέων τουτέων αἰγίδας οἱ Ἕλληνες μετωνόμασαν. δοκέει δ' ἔμοιγε καὶ ὀλολυγὴ ἐν ἱρηῖσι ἐνθαῦτα ωρῶτον γενέσθαι. κάρτα γὰρ ταύτῃ χρέωνται καλῶς αἱ Λίβυσσαι. καὶ τέτρατος ἵππος ζευγνύναι ωρὸς Λιβύων οἱ Ἕλληνες μεμαθήκασι. Θάπτουσι δὲ τοὺς ἀποθνήσκοντας οἱ Νομάδες, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, πλὴν Νασαμώνων. ἔστι δ' οἳ κατημένους θάπτουσι, φυλάσσοντες, ἐπεὰν ἀνὴρ τὸν ψυχὸν, ὅκως μὴ κατίσωσι, μηδὲ ὕπτιος ἀποθανέεται. οἰκήματα δ' σύμπηκτα ἐξ ἀνθερίκων περιμήκεα ωερὶ χοίνικα ἔστι, καὶ ταῦτα ωεριφορητά. νόμιοι μὲν τοιούτοισι ἔστι χρέωνται. Τὸ δὲ ωρὸς ἑσπέρην τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ, Αὐσέων ἔχονται ἀροτῆρες ἤδη Λίβυες, καὶ οἰκίας νομίζοντες ἐκτῆσθαι, τοῖσι οὔνομα κέεται Μάξυες· οἱ τὰ δεξιὰ τῶν κεφαλέων κομόωσι, τὰ δ' ἐπαριστερὰ κείρουσι· τὸ δὲ σῶμα μίλτῳ χρίονται. φασὶ δὲ ἔστι εἶναι τῶν ἀπ' Ἰλίου ἀνδρῶν. ἡ δὲ χώρη αὕτη τε καὶ ἡ λοιπὴ τῆς Λιβύης ἡ ωρὸς ἑσπέρην, ωολλῷ θηριωδεστέρη τε καὶ δασυτέρη ἐστὶ τῆς τῶν Νομάδων χώρης. ἡ μὲν γὰρ δὴ ωρὸς τὸν ἠῶ τῆς Λιβύης, τὴν οἱ Νομάδες νέμονται, ἐστὶ ταωεινή τε καὶ ψαμμώδης, μέχρι τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ. ἡ δὲ ἀπὸ τούτου τὸ ωρὸς ἑσπέρην, ἡ τῶν ἀροτήρων, ὀρεινή τε κάρτα καὶ δασέα καὶ θηριώδης. καὶ γὰρ οἱ ὄφιες οἱ ἀσπιδομεγάθεες, καὶ οἱ λέοντες κατὰ τοῦτον εἰσὶ, καὶ οἱ ἐλέφαντές τε καὶ ἄρκτοι, καὶ ἀσπίδες τε καὶ ὄνοι οἱ τὰ κέρεα ἔχοντες· καὶ οἱ κυνοκέφαλοι, οἱ ἐν τοῖσι στήθεσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες (ὡς δὴ λέγεταί γε ὑπὸ Λιβύων) καὶ ἄγριοι ἄνδρες, καὶ γυναῖκες ἄγριαι, καὶ ἄλλα πλήθεϊ πολλὰ θηρία ἀκατάψυχα. Κατὰ τοὺς Νομάδας δὲ ἔστι τοιέων ἐόντων, ἄλλ' ἄλλα πάρεστι, πύγαργοι, καὶ ζορκάδες, καὶ βουβάλιες, καὶ ὄνοι οὐκ οἱ τὰ κέρεα ἔχοντες, ἀλλὰ ἄλλοι ἄποτοι· (ἐπεὶ

1 *Id eſt, ſimulacrorum Minervæ. dicit enim Herodotus* παλλαδίων *quod dixerat* τῶν ἀγαλμάτων τῆς Ἀθηναίης. 2 Occidentali 3 *Lectionem ſequutus videtur diverſam ab ea quæ eſt in vulg. edit.* 4 *In vulg. Gr. edit. Cynocephalorum tantum fit mentio, ſed quidam vet. codices pro* κυνοκέφαλοι *habent* ἀκέφαλοι, *hoc modo,* καὶ οἱ ἀκέφαλοι οἱ ἐν τοῖζι στήθεζι *&c.*

γὰρ δὴ πίνυσι) καὶ ὄρυες, (τῶν καὶ κέρεα τοῖσι Φοίνιξι οἱ πήχεες ποιεῦνται· μέγαθος δὲ τὸ θηρίον τοῦτο καὶ βοὸς ὄρεϊ) καὶ βασσάρεα, καὶ ὕαιναι, καὶ ὕστριχες, καὶ κριοὶ ἄγριοι, καὶ δίκτυες, καὶ θῶες, καὶ πάνθηρες, καὶ βόρυες, καὶ κροκόδειλοι ὅσον τε τετράπηχεες χερσαῖοι, τῇσι σαύρῃσι ἐμφερέστατοι· καὶ τρυθοὶ καταίγαιοι, καὶ ὄφιες μικροί, κέρας ἕν ἕκαστος ἔχοντες. ταῦτά τε δὴ αὐτόθι ὄρεα, καὶ ἅπερ τῇ ἄλλῃ, πλὴν ἐλάφου τε καὶ ὑὸς ἀγρίου. ἔλαφος καὶ ὗς ἄγριος ἐν Λιβύῃ πάμπαν οὐκ ἔστι. μυῶν δὲ γλίρεα τρία αὐτόθι ἐστί· οἱ μὲν, δίποδες καλέονται· οἱ δὲ, ζεγέριες· (τὸ δὲ οὔνομα τοῦτο ἔστι μὲν Λιβυκὸν, δῶρα δὲ καὶ Ἑλλάδα γλῶσσαν, βασιλῆος) οἱ δὲ ἐχῖνες. εἰσὶ δὲ καὶ γαλαῖ ἐν τῷ Σιλφίῳ γινόμεναι, τῇσι Ταρτησσίῃσι ὁμοιόταται. τοσαῦτα μὲν ἴσμεν θηρία ἡ τῶν Νομάδων Λιβύων γῆ ἔχει, ὅσον ἡμεῖς ἱστορέοντες, ὅτι μακρόταλον οἷοί τε ἐγενόμεθα ἐξικέσθαι. Μαξύων δὲ Λιβύων Ζαύηκες ἔχονται, τοῖσι αἱ γυναῖκες ἡνιοχεῦσι τὰ ἅρματα ἐς τὸν πόλεμον. Τέτων δὲ Ζύγανες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται, πολλῷ δ' ἔτι πλέον λέγεται δημιουργὲς ἄνδρας ποιέειν. μιλτοῦνται δ' ὦν πάντες ἔτι, καὶ σπανιοφαγέουσι. οἱ δὲ σφι ἄφθονοι, ὅσοι ἐν τοῖσι ἕρεσι γίνονται. Κατὰ τούτους δὲ λέγουσι Καρχηδόνιοι κέρδος νῆσον τὴν ἔνοπα εἶναι Κύρανιν. μῆκος μὲν, διηκοσίων σταδίων, πλάτος δὲ, στεινὴ, διαβατὸν ἐκ τῆς ἠπείρου· ἐλαιέων τε μεστὴ καὶ ἀμπέλων. λίμνην δὲ ἐν αὐτῇ εἶναι, ἐκ τῆς αἱ παρθένοι τῶν ἐπιχωρίων, πτερῶσι ὀρνίθων κεχρισμένοισι πίσσῃ, ἐκ τῆς ἰλύος ψῆγμα ἀναφέρουσι χρυσοῦ. ταῦτα εἰ μὴ ἔστι ἀληθέως, ἐκ οἶδα, τὰ δὲ λέγεται γράφω. εἴη δ' ἂν πᾶν, ὅκου καὶ ἐν Ζακύνθῳ ἐκ λίμνης καὶ ὕδατος πίσσαν ἀναφερομένην αὐτὸς ἐγὼ ὥρεον. εἰσὶ μὲν καὶ πλεύνες αἱ λίμναι αὐτόθι· ἡ δ' ὦν μεγίστη αὐτέων, ἑβδομήκοντα ποδῶν πάντη, βάθος δὲ, διόργυιός ἐστι· ἐς ταύτην κοντοὺς κατιεῖσι, ἐπ' ἄκρῳ μυρσίνην περιδήσαντες, καὶ ἔπειτα ἀναφέρουσι τῇ μυρσίνῃ πίσσαν, ὀδμὴν μὲν ἔχουσαν ἀσφάλτου, τὰ δ' ἄλλα, τῆς Περσικῆς πίσσης ἀμείνω. ἐκχέουσι δὲ ἐς λάκκον ὀρωρυγμένον ἀγχοῦ τῆς λίμνης. ἐπεὰν δὲ ἀθροίσωσι συχνὴν, ὕστω ἐς τοὺς ἀμφορέας ἐκ τοῦ λάκκου καταχέουσι. ὃ, τι δ' ἂν ἐσπέσῃ ἐς τὴν λίμνην, ὑπὸ γῆν ἰὸν, ἀναφαίνεται ἐν τῇ θαλάσσῃ. ἡ δὲ ἀπέχει ὡς πεντεκαίδεκα σταδίους ἀπὸ τῆς λίμνης. ὕστω ὦν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς νήσου

enim bibunt. & oryes, 1 quibus ulnales palmæ pro cornibus fiunt. (hujus feræ magnitudo est ad æquiparationem bovis) & bassaria, & hyænæ, & hystriches, & arietes agrestes, & dictyes, & thoes, *id est, ex hyæna & lupo geniti*, & pantheræ, & boryes, & corcodili tricubitali ad summum magnitudine, terrestres, lacertis assimiles, & struthi subterranei, & serpentes pusilli cum singulis cornibus. Hæ sunt illic feræ, & item cæteræ quæ alibi, præter cervum & aprum. cervus enim & aper prorsus in Libya nullus est. Sunt ibidem quoque tria murium genera, quorum alii bipedes vocantur, alii zegeries, Libyca lingua (quod in Græca pollet idem quod βασιλοὶ, *id est, colles*) alii, echines. Sunt præterea mustelæ quæ in Silphio nascuntur, 2 murænis similli-mæ. Tot habet feras Libyum pastoralium regio, quantum nos maxime scrutando longissime investigare potuimus. Maxyum autem Libyum confines sunt CXCIII 3 Zabeces, ubi fœminæ aurigantur currus in bellum. His finitimi sunt Zygan- CXCIV tes, ubi magnam vim mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices viri facere dicuntur. omnes autem minio inficiuntur, ac simiis vescuntur, quarum affatim gignitur iis qui in montibus degunt. Juxta hos aiunt Carthaginenses sitam es- CXCV se insulam nomine Cyranin, ducentorum stadiorum longitudine, arctam latitudine, in quam transiri è continente potest, oleis refertam ac vitibus. Et in ea esse lacum unde virgines indigenarum pennis volucrum pice illitis ramenta auri referunt è limo. Hæc an vera sint haud equidem scio, sed quæ narrantur scribo. 4 Fuerit autem totum, ut ipse ego in Zacyntho vidi picem è lacu referri. Sunt eo loci complures lacus, quorum qui maximus, septuaginta quoquoversus pedum est, altitudinis duûm passuum. in hunc *virgines* contum, cujus in summitate myrtus alligata est, demittunt, deinde referunt myrto picem, odorem quidem asphalti habentem, sed cætera præstantiorem pice Pieria: eamque in scrobem quam juxta lacum foderunt, effundunt, & ubi multum illius aggesserunt, ita è scrobe in amphoras transfundunt. Quicquid autem in lacum decidit, id sub terram means 5 redditur in mari quod à lacu quatuor stadiis abest. Ita quæ de insula

τῷ Λιβυστικὸν,

1 Ad quarum cornua Phœnices cubitos *mensuras faciunt*. *Id est, Phœnices suas mensuras dictas Cubitos illarum, cornibus magnitudine faciunt pares. Fortasse tamen & alius sit sensus.* 2 Tartessiacis similes. 3 Zauæces, 4 Fieri autem possit ut id omnino ita se habeat, quum ipse viderim *&c.* 5 Conspicitur. *Vil, apparet.*

adja-

adjacenti Libyæ dicuntur, consentanea
CXCVI sunt veritati. Aiunt præterea Carthaginenses, locum esse Libyæ extra columnas Herculis habitatum hominibus: eo quoties ipsi applicuere, se merces è navibus exponere, easque in crepidine terræ deinceps collocare: tum conscensis navibus fumum excitare: fumo autem conspecto, indigenas ad mare contendere: dehinc auro pro mercibus depositio, 1 rursus illinc abscedere, sed non extra conspectum: tum se illinc è navibus egressos *pretium* considerare, & si dignum mercibus 2 videatur, eo sumpto abire: sinminus, conscensis iterum navibus considere. illos vero accedentes, plus auri ad id quod deposuerunt addere, donec 3 persuadeant. Neutros autem alteris injuriam inferre: 4 neque aut se contingere merces priusquam ip-
CXCVII si sumpserint aurum. Atque hi sunt Libyum quos nominare possum. quorum plerique neque tunc de rege Medorum curabant quicquam, neque nunc curant. De qua regione eatenus queo dicere, à quatuor eam nationibus (quantum nos scimus) & non à pluribus incoli: quarum duæ sunt indigenæ, totidem non indigenæ. Indigenæ quidem, Libyes atque Æthiopes: quorum alteri ad aquilonem Libyæ, alteri ad austrum incolunt: advenæ vero, Phœnices & Græ-
CXCVIII ci. Neque vero videtur mihi bonitas Libycæ terræ cum bonitate Asiæ atque Europæ comparanda, præter unam Cinypem, quæ tellus fluvio cognominis est. Hæc autem optimæ cuique telluri par est proventu fructus cerealis 5 omnino cæteræ Libyæ. Est enim pulla & uda fontibus, ac secura siccitatis aeris: ac ne imbre quidem, qui sit vehementior, læditur. nam in eo tractu Libyæ pluit. Ex proventibus autem fructuum terræ, totidem mensuræ illic quot è Babylonica tellure percipiuntur. Bonum solum & illud est quod EVesperitæ colunt. nam quoties id eximie seipsum ubertate superat, centuplum reddit: at illud Cinypum, circi-
CXCIX ter trecenta. Porro Cyrenaica regio quæ hujus Libyæ editissima est, quam pastorales incolunt, tres in se 6 plagas continet admiratione dignas. Primam, quæ maritima est, quod in ea jam fructus maturi metuntur vindemianturque: his compositis, in plaga quæ supra mari-

τῆς δὴ Λιβύη κειμένης εἰκότα ἔχει ἀληθείη. Λέγουσι δ' οὖν τάδε Καρχηδόνιοι, ἔστι τῆς Λιβύης χῶρόν τε καὶ ἀνθρώπους ἔξω Ἡρακλείων στηλέων καὶ οἰκημένους, ἐς τὲς ἐπεὰν ἀπίκωνται καὶ ἐξέλωνται τὰ φορτία, θέντες αὐτὰ ἐφεξῆς παρὰ τὴν κυματώγην, ἐσβάντες ἐς τὰ πλοῖα, τύφειν καπνόν· τὲς δ' ἐπιχωρίους, ἰδομένους τὸν καπνόν, ἰέναι δὴ τὴν θάλασσαν· καὶ ἔπειτα ἀντὶ τῶν φορτίων χρυσὸν τιθέναι, καὶ ἐξαναχωρέειν πέρσω ἀπὸ τῶν φορτίων. τὲς δὲ Καρχηδονίους ἐκβάντας, σκέψασθαι· καὶ ἢν μὲν φαίνηταί σφι ἄξιον ὁ χρυσὸς τῶν φορτίων, ἀνελόμενοι ἀπαλλάσσονται· ἢν δὲ μὴ ἄξιον, ἐσβάντες ὀπίσω ἐς τὰ πλοῖα κατέαται· οἱ δέ, προσελθόντες, ἄλλον πρὸς ὃν ἔθηκαν χρυσὸν, ἐς ὃ ἂν πείθωσι. ἀδικέειν δὲ οὐδετέρους· ἔστε γὰρ αὐτὲς τοῦ χρυσοῦ ἅψεσθαι πρὶν ἂν σφι ἀποσωθείη τῇ ἀξίῃ τῶν φορτίων, αὖτ' ἐκείνους τῶν φορτίων ἅψεσθαι πρότερον ἢ αὐτοὶ τὸ χρυσίον λάβωσι. Οὗτοι μὲν εἰσι τὲς ἡμεῖς ἔχομεν Λιβύων ὀνομάσαι· καὶ τετέων οἱ πολλοὶ βασιλῆος τοῦ Μήδων οὐτέ τι νῦν οὔτε τότε ἐφρόντιζον οὐδέν. τοσοῦτον δὲ ἔτι ἔχω εἰπεῖν περὶ τῆς χώρης ταύτης, ὅτι τέσσερα ἔθνεα νέμεται αὐτῶν, καὶ ἐκ πλέω τούτων, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν· καὶ τῶν μὲν δύο, αὐτόχθονα τῶν ἐθνέων, τῶν δὲ δύο, οὔ. Λίβυες μὲν καὶ Αἰθίοπες, αὐτόχθονες· οἱ μὲν, τὰ πρὸς βορέω, οἱ δὲ, τὰ πρὸς νότου τῆς Λιβύης οἰκέοντες· Φοίνικες δὲ καὶ Ἕλληνες, ἐπίλυδες. Δοκέει δέ μοι ἐὸν ἀρετῶν εἶναί τις ἡ Λιβύη σπανιαίη, ὥστε ἡ Ἀσίη ἢ Εὐρώπη παραβληθῆναι, πλὴν Κίνυπος μένης. τὸ γὰρ δὴ αὐτὸ ἔνομα ἡ γῆ τῷ ποταμῷ ἔχει. αὕτη δὲ ὁρμίη τῇ ἀείσῃ γαιῶν, Δήμητρος καρπὸν ἀφέρειν· ἐοῦσα οἷα καὶ ἡ ἄλλη Λιβύη. μελάγγαιός τε γάρ ἐστι, καὶ ἔπυδρος πίδαξι. καὶ ἔστε ὀγμῷ φερόντιζουσα ἐοῦσα, ἔστε ὄμβρον πλέω ποιεῦσα, δεδήληται. ὕεται γὰρ δὴ ταῦτα τῆς Λιβύης. τῶν δὲ ἀφορείων τοῦ καρποῦ ταυτὰ μέτρα τῇ Βαβυλωνίῳ γῇ κατίσασι. ἀγαθὴ δὲ γῆ καὶ τῶν Εὐεσπερίται νέμονται· ἐπ' ἑκατοσὰ γὰρ, ἐπεὰν αὐτὴ ἑωυτῆς ἀρίσα ὀπώρη, ἀφέρει· ἡ δὲ ἐν τῇ Κίνυπι, δὴ τεσσηκόσια. Ἔχει δὲ καὶ ἡ Κυρηναίη χώρη, ἥτις ὑψηλοτάτη ταύτης τῆς Λιβύης τῶν οἳ Νομάδες νέμονται, τρεῖς χώρας ἐν ἑωυτῇ, ἀξίας θωυμάσιον· πρῶτα μὲν γὰρ τὰ παραθαλάσια τῶν καρπῶν ὀργὰ ἀμάσθαί τε καὶ τρυγᾶσθαι. τελέων τε δὴ συγκεκομισμένων, τὰ ὑπὲρ τῶν θαλασσι-

Βαβυλωνίη

τῶν ὑπερθαλασσίων

1 Procul à mercibus retrocedere. *Hic autem interpres aliter legisse videtur. sed hanc lectionem καὶ ἐξαναχωρέειν πρόσω ἀπὸ τῶν φορτίων sequentia confirmant.* 2 Videatur aurum, 3 Faciant illos acquiescere. 4 Neque enim illos aurum attingere priusquam mercium pretio id æquaverint; *id est, priusquam tantum exhibuerint quantum mercium pretio respondeat,* neque illos merces attingere, *vel, contingere* priusquam *&c.* 5 Nec quicquam omnino similis est reliquæ Libyæ. 6 *Sunt qui in Græco contextum pro χώρας legendum censeant ὥρας. quam lectionem sequendo, aliter fuerit interpretandus hic locus.*

δίων

δίων χώρων τὰ μέσα ὀργᾷ συγκομίζεσι, τὰ βύνες καλέουσι. συγκεκόμισαί τε οὕτω ὁ μέσος καρπὸς, καὶ ὁ ἐν τῇ κατυπερτάτῃ τῆς γῆς πεπαίνεταί τε καὶ ὀργᾷ. ὥστε ἐκπέποταί τε καὶ καταβέβρωται ὁ πρῶτος καρπὸς, καὶ ὁ τελευταῖος συμφορὴ γίνεται. ἕως ἐπ' ὀκτὼ μῆνας Κυρηναίους ὀπώρη ἐπέχει. ταῦτα μὲν νυν δὴ τοσοῦτον εἰρήσθω. Οἱ δὲ Φερετίμης πυθόμενοι Πέρσαι, ἐπεί τε ἐκ τῆς Αἰγύπτου καλέοντες ὑπὸ Ἀρυάνδεω, ἀπικοῦτο ἐς τὴν Βάρκην, ἐπολιόρκεον τὴν πόλιν, ἐπαγγελλόμενοι ἐκδιδόναι τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου τοῦ Ἀρκεσίλεω. τῶν δ', (πᾶν γὰρ μὴ τὸ πλῆθος μεταίτιον) οὐκ ἐδέκοντο τοὺς λόγους. ἐνταῦτα δὴ ἐπολιόρκεον τὴν Βάρκην δὴ μῆνας ἐννέα, ὀρύσσοντές τε ὀρύγματα ὑπόγαια, φέροντά ἐς τὸ τεῖχος, καὶ προσβολὰς καρτερὰς ποιεύμενοι. τὰ μὲν νυν ὀρύγματα ἀνὴρ χαλκεὺς ἀνεῦρε, βυκτήριον ἀσπίδι, ὧδε ἐπιφερόμενος· περιφερὲς ἀυτὸ ἐντὸς τοῦ τείχεος, προσίσχε πρὸς τὸ διάπεδον τῆς πόλιος. τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἔσκε κωφὰ πρὸς ἃ προσίσχε, κατὰ δὲ τὰ ὀρυσσόμενα ἤχεσκε ὁ χαλκὸς τῇ ἀσπίδι. ἀντορύσσοντες δ' ἂν ταύτῃ οἱ Βαρκαῖοι ἔκλεινον τοὺς Περσέων τοὺς φωρυχέοντας. τοῦτο μὲν δὴ ὕτω ἐξευρέθη· τὰς δὲ προσβολὰς ἀπεκρέουτο οἱ Βαρκαῖοι. Χρόνων δὲ δὴ πολλῶν τελεομένων, καὶ πιπτόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, καὶ οὐκ ἧσσον τῶν Περσέων, Ἄμασις, ὁ στρατηγὸς τοῦ πεζοῦ, μηχανᾶται τοιάδε· μαθὼν τοὺς Βαρκαίους, ὡς τὸ μὲν ἰσχυρὸν οὐκ αἱρετοὶ εἶεν, δόλῳ δὲ αἱρετοί, ποιέει τάδε· νυκτὸς παφλέον ὀρύξας διαμπερὲς, ἐπέτεινε ξύλα ἀδρηνέα ὑπὲρ αὐτοῦ· κατύπερθε δὲ ὕπαπολῆς τῶν ξύλων χοῦν γῆς ἐπιφορήσας, ποιέων τῇ ἄλλῃ γῇ ἰσόπεδον. ἅμα ἡμέρῃ δὲ ἐς λόγους προεκαλέετο τοὺς Βαρκαίους· οἱ δὲ ἀσπασίως ὑπήκουσαν, ἐς ὃ σφι ἔαδε ὁμολογίῃ χρήσασθαι. τῇ δὲ ὁμολογίῃ ἐποιεῦντο τοιῇδέ τινα. ὅπῃ τῆς κρυπτῆς τάφρου πάμποντες ὅρκια, ἔστ' ἂν ἡ γῆ αὕτη ὕτω ἔχῃ, μένειν τὸ ὅρκιον χώρῃ· καὶ Βαρκαίους τε ὑποτελέειν φόρου ἀξίῃ βασιλέϊ, καὶ Πέρσας μηδὲν ἄλλο νεοχμοῦν ἐπὶ Βαρκαίων. μετὰ δὲ τὸ ὅρκιον, Βαρκαῖοι μὲν πιστώσαντες τοῖσι, αὐτοί τε ἐξῆσαν ἐκ τῆς ἀσφοδίου, καὶ τῶν πολεμίων ἐόντων παρεῖναι ἐς τὸ τεῖχος τὸν βουλόμενον, τὰς πύλας πάσας ἀνοίξαντες. οἱ δὲ Πέρσαι καταῤῥήξαντες τῇ κρυπτῇ γέφυραν, ἔδιωκον ἔσω ἐς τὸ τεῖχος· κατέῤῥηξαν δὲ τοῦδε εἵνεκα τῇ ἐποίησαν γέφυραν, ἵνα ἐμπεδορκέοιεν, παμβύντες τοῖσι Βαρκαίοισι χρόνον μένειν αἰεὶ τὸ ὅρκιον ὅσον ἂν ἡ γῆ μένῃ

timam eſt, medios fructus legunt, quos bunos appellant: dum hi fructus adornantur, ii qui ſunt in editiſſima plaga, coquuntur atque matureſcunt. Itaque dum primi fructus bibuntur atque eduntur, ultimi adventant. Atque hunc in modum ad octo menſes perceptio fructuum Cyrenæos occupat. Hæc hactenus de his dicta ſint. ¶ Perſæ autem ad ulciſcendam Pheretimam ab Aryande miſſi, ex Ægypto Barcen pervenerunt, oppidum obſederunt, miſſis illico qui denunciarent dedi autores necis Arceſilai. 1 Eos oppidani, ut qui cædis omnes participes eſſent, in colloquium non admiſerunt. Ita octo menſes Barcen quum obſediſſent Perſæ, nono menſe cuniculos ſuffoderunt ad murum ferentes, & valida tormenta admoverunt. ſed cuniculos quidem faber quidam ærarius deprehendit æreo ſcuto, hunc in modum: Circumferens illud intra murum, admovebat pavimento urbis: quod ubicunque admovebatur alibi, illinc è ſolo nihil ſoni reddebatur: ad locum autem qui ſuffodiebatur, æs clypei reſonabat. ubi è diverſo fodientes Barcæi, Perſas ſuffoſſores interemerunt. Tormenta autem Barcæi ipſi repulſabant. Verum quum multum temporis contriviſſent, & multi utrinque caderent, nec pauciores ex Perſis, Amaſis, dux peditatus, talem rem commentus eſt: Animadvertens Barcæos vi non poſſe ſuperari, ſed dolo, latam foſſam per noctem depreſſit, eique fragilia ſuperſtravit ligna, & ſuper ea humum induxit, reddens ſolum cætero æquabile. ſimulatque illuxit, Barcæos in colloquium evocat. Illi libenter obtemperavere, quod eis cordi erat ad pactionem devenire. Pactionem autem in hanc formulam inierunt, ferientes fœdus ſuper illam occultam foſſam: ut quoad humus ea ita ſe haberet, tamdiu fœdus in ea regione ratum foret, Barcæis, quod æquum foret ſe penſuros regi, & Perſis, ſe nihil rerum novarum adverſus Barcæos eſſe molituros, promittentibus. Barcæi dehinc fœderibus freti, & ipſi ex urbe prodibant, & ex hoſtibus cuicunque libebat intrandi urbem faciebant poteſtatem, patefactis omnibus portis. At Perſæ reſciſſo ponte occulto in urbem proruperunt: ideo autem pontem quem fecerant reſciderunt, ut fœdus ſolverent quod cum Barcæis perſuſſerant, tamdiu ratum fore fœdus quamdiu maneret terra

προεκαλέετο

1 Eorum oppidani, ut qui &c. orationem non admiſerunt. *id eſt, eorum petitioni non acquieverunt, vel aſſenſi non ſunt.*

ut tunc

tunc manebat: refracto enim ponte, non manere fœdus in ea regione amplius.
CCII Pheretima traditos sibi à Persis Barcæos qui faciendæ cædis principes fuerant, sudibus suffixit per ambitum murorum. Fœminarum quoque decisas mamillas circa muros appendit. Cæteros Barcæos Persis ut diriperent imperavit, præter Battiadas, & qui cædis affines non extiterant.
CCIII His urbem permisit: reliquis in servitutem abreptis Persæ redierunt. qui quum ad urbem Cyrenen rediissent, Cyrenæi eos oraculi cujusdam servandi gratia, per urbem deduxerunt. sed inter transeundum præfectus navalis exercitus Bares illis præcepit ut urbem diriperent: recusante Amasi peditum duce. se enim adversus unam Barcen Græcam civitatem esse missos. Verum postquam transierunt, & ad ripam Lycæi Jovis subsederunt, pœnitentia eos subiit quod Cyrenen non occupassent: eamque iterum adoriri conati sunt, Cyrenæis non permittentibus. Et licet nemo contra ferret arma, tamen incessit eis metus: illincque cursu se proripientes, sexaginta circiter stadia consederunt. ubi stativa habentibus, ab Aryande nuncius advenit ad eos revocandos. Quum igitur à Cyrenæis commeatum sibi præberi precati essent, & eum accepissent, in Ægyptum revertebantur. Quos deinde Libyes excipientes, vestitus atque utensilium gratia, ut quisque relinquebatur trahebaturque, interficiebant, donec in Ægyptum perventum est.
CCIV Hic Persarum exercitus in Libyam longissime ad Hesperidas processit. Quos autem Barcæorum cepere, 1 quosque ex Ægypto ejecere ad regem, iis Darius rex ad incolendum dedit vicum Bactrianæ regionis, (cui vico nomen imposuere Barcæ) ad meam usque memoriam etiam incolis
CCV frequentem. Verum ne ipsa quidem Pheretima 2 probe vita excessit. nam posteaquam ulta Barcæos celerrime in Ægyptum rediit, male periit. 3 ut enim existunt acres admodum & invidiosæ ultiones deorum in homines, vivens vermibus computruit. Talis ac tanta Pheretimæ Batti filiæ in Barcæos vindicta extitit.

κτὶ τὰ τότε εἶχε· καταρρήξασι δ', ἐκ ἔτι ἔμιμνε τὸ ὅρκιον κτὶ χώρλω. Τὲς μὲν νυν αἰτιωτάτυς τῶν Βαρκαίων ἡ Φερετίμη, ἐπεί τε οἱ ἐκ τῶν Περσέων παρεδόθησαν, ἀνεσκολόπισε κύκλῳ τὸ τεῖχος. τῶν δὲ σφι γυναικῶν τὲς μαζὲς ἀπέταμοσα, ὡς ἐδέησε κὴ τούτοισι τὸ τεῖχος. τὲς δ' λοιπὲς τῶν Βαρκαίων, πλὴν ὅσοι αὐτέων ἦσαν Βατταιάδαι τε κὴ τῶ φόνυ ὐ μεταίτιοι· τούτοισι δ' τὴν πόλιν ἐπέτραψε ἡ Φερετίμη. Τὲς δὴ λοιπὲς τῶν Βαρκαίων οἱ Πέρσαι ἐξανδραποδισάμενοι ἀπήγεσαν ὀπίσω· κὴ ἐπεί τε ἐπὶ τὴ Κυρηναίων πόλι ἐπέβησαν, οἱ Κυρηναῖοι λόγιόν τι ἀπορεισάμενοι διεξῆκαν αὐτὲς ἀμφὶ τὸ ἄστεος. διεξιόσης δ' τ ςρατιῆς, Βάρης μὲν ὁ τῦ ναυτικῦ ςρατῦ ςρατηγὸς ἐκέλευε αἱρέειν τὴν πόλιν, Ἄμασις δ' ὁ τῦ πεζῦ, ἐκ ἔα. ἐπὶ Βάρκλω γὰρ ἀπορταλῆναι μόνλω Ἑλληνίδα πόλιν. ἐς ὃ διεξελθόσι, κὴ ἐζομψιόισι ἐπὶ Διὸς Λυκαίυ ὄχθην, μετεμελησέ σφι ὁ χῦσι τὴ Κυρλύην, κὴ ἐπειρῶντο τοῦ δεύτερον παιελέναι ἐς αὐτλω. οἱ δ' Κυρλωαῖοι ὐ προϊέμενον. τοῖσι δ' Πέρσῃσι, ὠδενὸς μαχομψίυ, φόβος ἐνέπεσε· ἀπαραμόντες δ' ὅσον ἑξήκοντα ςάδια, ἵζοντο. ἱδρυθέντι δ' τῇ ςρατοπέδῳ ταύτῃ ἦλθε πρὸς Ἀρυάνδεω ἄγγελος, ἀποκαλέων αὐτές. οἱ δ' Πέρσαι, Κυρλωαίων δεηθέντες ἐπίδια σφι δῦναι, ἔτυχον· λαβόντες δ' ταῦτα, ἀπαλλάσσοντο ἐς τ Αἴγυπτον. πρὸς λαβόντες δ' τὲν ἐπὶ τῦτον αὐτές Λίβυες, τ τε ἐσθῆτος εἵνεκα κὴ τ σκυθῆς, τὲς ὑπολειπομψίυς αὐτέων κὴ ἐπελκομψίυς ἐφόνευον, ἐς ὃ ἐς τ Αἴγυπτον ἀπικέατο. Οὗτος ὁ Περσέων ςρατὸς τ Λιβύης ἐκασάτω ἐς Εὐεσπερίδας ἦλθε. τὲς δ' λωδραποδίσαντο τῶν Βαρκαίων, τούτυς δ' ἐκ τ Αἰγύπτυ " ἀνασάτυς ἐποίησαν πρὸς βασιλῆα. βασιλεὺς δὲ σφι Δαρεῖος ἔδωκε τ Βακτρίης χώρης κώμλω ἑξκατοικῆσαι. οἱ δ' τῇ κώμῃ ταύτῃ ὄνομα ἔθετο Βάρκλω, ἥπερ ἔτι ἐς ἐμὲ λω οἰκεομένη ἐν τῇ γῇ τῇ Βακτρίῃ. Οὐ μὲν ὐδὲ ἡ Φερετίμη δι' τ ζόλω κατέπλεξε. ὡς γὰρ δὴ τάχιςα ἐκ τ Λιβύης ποιαμένη τὲς Βαρκαίυς ἀπενόσησε ἐς τ Αἴγυπτον, ἀπέθανε κακῶς. ζῶσα γὰρ δυλέων " ἐζέζεσε. ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίλω ἰχυραὶ τιμωρίαι θεῶν ὀπιφθονοι γίνονται. ἡ μὲν δὴ Φερετίμης τ Βάτλεω τοιαύτη τε κὴ τοσαύτη τιμωρίη ἐγένετο ἐς Βαρκαίυς.

ἀνασάσας

ἐζέζεσε

1 Hos ex Ægypto ad regem transportarunt: rex autem Darius iis ad incol. *Legendo ἀναστάσας pro ἀνασάτυς.* 2 Feliciter vitam finivit. quumprimum enim ulta Barc. in Ægypt. rediit, misere periit. 3 Ut enim diis odiosæ sunt nimium acres hóminum ultiones. *Perinde acsi dicat, deos illi tam miserabilem vitæ exitum immisisse, odio prosequentes eam qua usa fuerat in ultione sumenda crudelitatem, ut & alias adeo atroces ultiones odio prosequi solent. Valla autem sensum invertit.*

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΕΜΠΤΗ, ἐπιγεγραμμένη ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM Liber quintus, qui inscribitur TERPSICHORE.

Οἱ ὧν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τῶν Περσέων καταλειφθέντες ὑπὸ Δαρείου, τὸν ὁ Μεγάβαζος ἦρχε, πρώτους μὲν Περινθίους Ἑλλησποντίων, ἐθελομένους ἐπὶ Δαρείου, κατεστρέψαντο, προσεφθέντας πρότερον καὶ ὑπὸ Παιόνων τρηχέως. οἱ γὰρ ὦν ἀπὸ Στρυμόνος Παίονες, χρησαμένου τοῦ θείου τεράτων τάδε Περινθίοις, καὶ ἅμα μὲν ἀντικατιζόμενοι ἐκκαλέσωνται σφέας οἱ Περίνθιοι, ὀνομαστὶ βώσαντες, τοὺς δὲ ἐκχειρέειν· ἢν δὲ μὴ ἐκβώσωνται, μὴ ἐκχειρέειν· ἐποίεον οἱ Παίονες ταῦτα. ἀντιζομένων δὲ τῶν Περινθίων ἐν τῷ περασείῳ, ἐνθαῦτα μονομαχίη τριφασίη ἐκ προκλήσιος σφι ἐγένετο· καὶ γὰρ ἄνδρα ἀνδρὶ καὶ ἵππον ἵππῳ συνέβαλλον, καὶ κύνα κυνί. νικώντων δὲ τὰ δύο τῶν Περινθίων, ὡς ἐπαιώνιζον μεγαρηκότες, συνεβάλλοντο οἱ Παίονες τὸ χρηστήριον αὐτὸ τοῦτο εἶναι· καὶ "εἶπάν κου καὶ πρὸς σφίσι αὐτοῖσι, Νῦν ἂν "εἴη ὁ χρησμὸς ἐκτετελεσμένος ἡμῖν, νῦν "ἡμέτερον τὸ ἔργον. ὕστερον τοῖσι Περινθίοισι παιωνίσασι ἐκχειρέουσι οἱ Παίονες, καὶ πολλόν τε ἐκράτησαν, καὶ ἔλιπον σφέων ὀλίγους. Τὰ μὲν δὴ ἀπὸ Παιόνων πρότερον γενόμενα, ὧδε ἐγένετο. τότε δὲ ἀνδρῶν ἀγαθῶν ὄντων τῶν ἐλευθερίης γενομένων τῶν Περινθίων, οἱ Πέρσαι τε καὶ ὁ Μεγάβαζος ἐπεκράτησαν πλήθεϊ. ὡς δὲ ἐχειρώθη ἡ Περινθος, ἤλασε τὸν στρατὸν ὁ Μεγάβαζος διὰ τῆς Θρηϊκης, πᾶσαν πόλιν καὶ πᾶν ἔθνος τὸν ταύτῃ οἰκημένων ἡμερέοντα βασιλεῖ Δαρείῳ. ταῦτα γὰρ οἱ ἐνετέταλτο ἐκ Δαρείου, Θρηϊκίην καταστρέφεσθαι. Θρηϊκῶν δὲ ἔθνος μέγιστόν ἐστι, μετὰ γε Ἰνδούς, πάντων ἀνθρώπων· εἰ δὲ ὑπ' ἑνὸς ἄρχοιτο, ἢ φρονέοιτο κατὰ τωὐτό, ἄμαχόν τ' ἂν εἴη, καὶ

1 Τ Persæ qui in Europa sub 1 Megabyzo relicti à Dario erant, primos ex Hellespontiis Perinthios, Dario subesse recusantes, subegerunt, antea quoque à Pæonibus male affectos. Siquidem Pæones qui sunt à Strymone, admoniti divino responso ut bellum Perinthiis inferrent: & si quidem à Perinthiis ex adverso confidentibus provocarentur, nominatim compellantibus, eos invaderent: sinminus, ab invadendo abstinerent: ita fecerunt. Enimvero confidentibus Perinthiis eregione Pæonum in suburbanis, ibi singulare certamen triplex ex provocatione commissum est, viri cum viro, equi cum equo, canis cum cane. Et quum victores duobus certaminibus Perinthii præ gaudio carmen Pæana cantarent, tunc Pæones hoc ipsum esse responsum dei conjectantes, inter se dixere, Nunc oraculum dei perfectum est, nunc nostrum est opus. Atque ita in Perinthios canentes impetum fecerunt, egregieque vincentes ex illis paucos reliquere. 2 Quæ quondam à Pæonibus gesta fuerant, hunc in modum gesta sunt. Tunc autem Perinthii pro libertate strenue pugnantes, tamen multitudine à Megabyzo superati sunt. Perintho capta, Megabyzus per Thraciam arma circumferens, omnes ejus urbes atque omnes nationes pacatas regi reddebat. Hoc enim illi à Dario fuerat imperatum, ut omnem Thraciam subigeret, ¶ Gens Thracum, secundum Indos, omnium maxima est: quæ si aut unius imperio regeretur, aut idem sentiret, ut mea fert opinio, inexpugnabilis foret, &

1 *Vel*, Megabazo, *si nostra exempl. sequaris : itidemque in sequentibus*, Megabazo, *&* Megabazus. *Verum & apud alios illud nomen non hoc sed illo scriptum modo invenitur.* 2 Quæ quondam à Pæonibus acciderant *Perinthiis*, ita se habuerant. *Vel*, Talem quidem olim cladem *Perinthii* à Pæonibus acceperant. Tunc tamen pro libertate stren.

omnium

omninm gentium multo validiſſima: ſed quia id nimis arduum illis eſt, & nulla ratione contingere poteſt, ideo imbecilles ſunt. Habent autem multa nomina ſingularum regionum ſinguli. Moribus tamen ac opinionibus conſimilibus imbuti ſunt, præter Getas & Trauſos, 1 & qui ſupra Creſtonæos in-
IV colunt. Ex quibus quæ à Getis fiant qui 2 ſe pro immortalibus gerunt, à me commemoratum eſt. Trauſi vero in cæteris quidem omnibus idem quod Thraces, verum circa natalia ſuorum atque obitus hoc factitant: Edito puero, propinqui eum circumſidentes cum ploratione proſequuntur, ob ea mala quæ neceſſe eſt illi, quod vitam ingreſſus ſit, perpeti: humanas omnes calamitates recenſentes. Hominem autem fato functum, per luſum atque lætitiam terræ demandant, referentes quod malis liberatus in omni ſit felicitate.
V At qui ſupra Creſtonæos incolunt, iſta aguut: Singuli plures uxores habent: quorum ubi quis deceſſit, diſceptatio magna fit inter uxores, acri amicorum circa hanc rem ſtudio, quænam dilecta fuerit à marito præcipue. Quæ talis judicata eſt & hunc honorem adepta, ea à viris ac mulieribus exornata, ad tumulum à ſuo propinquiſſimo mactatur, unaque cum viro humatur, cæteris uxoribus id ſibi pro ingenti calamitate ducentibus. nam id eis
VI ſummo dedecori datur. Reliquis Thracibus hic mos eſt: Liberos in mercato venundant. Virgines autem non aſſervant, ſed quibus libuerit cum viris concumbere ſinunt. at uxores aſſervant vehementer, eaſque magno ære à parentibus coemunt. Punctas 3 notis eſſe frontes, nobile judicatur: non eſſe notatas punctis, ignobile. Otioſum eſſe, pro honeſtiſſimo habetur: agricolatorem vero, pro contemptiſſimo. E bello atque rapto vivere, pulcherrimum. Atque hi quidem ſunt eorum inſigniſſimi mores.
VII Deos autem hos ſolos colunt, Martem, Liberum, Dianam: ſed reges, præter populares, etiam Mercurium, eumque è diis præcipue: per quem ſolum jurant, à quo progenitos quoque ſe aiunt.
VIII Optimatibus eorum tales ſunt ſepulturæ: Prolato triduum cadavere, mactatiſque omnifariis hoſtiis, convivantur. illudque defletum prius, deinde combuſtum ſepeliunt, aut aliter humo contegunt. Aggeſtoque deſuper tumulo, certamina ponunt gymnici omnium maxime.

reverſus excogitabat quo pacto Adraſtus ipſe demigraret. Quod ubi excogitaſſe ſibi viſus eſt, miſit ad Bœotias Thebas nunciatum, velle ſe 1 afferre Sicyonem Melanippum Aſtaci filium. Eumque tribuentibus Thebanis, in urbem intulit: atque ei fanum in ipſa curia deſignatum exædificavit munitiſſimo in loco, in quem intulit Melanippum. 2 Quod factum deberet exiſtimari inimiciſſimum Adraſto, quod & Meciſtem fratrem ejus & Tydeum generum Melanippus interfeciſſet. Cliſthenes ubi fanum extruxit, hoſtias & dies feſtos Melanippo dedit ab Adraſto ereptos, quibus illum Sicyonii magno cum honore proſequi conſueverant. Etenim regio Polybi fuerat, qui, quum ſine liberis decederet, imperium Adraſto legavit nepoti ſuo ex filia. eum igitur Sicyonii cum aliis honoribus proſequebantur, tum vero 3 tragicis choris, ita ut non Dionyſum, ſed Adraſtum venerarentur. at Cliſthenes choros quidem Libero, cæteras vero ceremonias Melanippo dicavit. Hæc ille in Adraſtum
LXVIII egit. Tribus autem Dorienſium ne forent eædem Sicyonis quæ Argivis, in alia nomina commutavit: ex quibus Sicyonios plurimum ridiculos reddidit. quippe hyos & on-, *id eſt, ſuis & aſini*, 4 ultima nomina pro priſtinis impoſuit, præterquam tribui ſuæ, cui à ſua arche, *id eſt, à ſuo imperio*, nomen indidit. itaque hi tribules Archelai vocabantur: cæterorum autem alii, Hyatæ, *id eſt ſuales*: alii, Oneatæ, *id eſt aſinales*: alii, Choireatæ, *id eſt porcales*. His tribuum nominibus Sicyonii, & Cliſthene imperante, & eo defuncto, ad ſexaginta annos uſi ſunt, quæ poſtea 5 inter ſe reputantes, in alia tranſtulerunt, Hylleas, Paphylos, Dymanates: quartæ tribui quam adjecerunt, impoſito cognomine Ægiales,
LXIX ab Ægialo Adraſti filio. Hæc Sicyonius Cliſthenes: 6 & ipſe (ut mihi videtur) præ contemptu Ionum, ne forent eædem ipſis & Ionibus tribus, Cliſthenem ſibi cognominem imitatus eſt. Quum enim populus Athenienſis fuiſſet antea exagitatus, poſteaquam omnium autoritatem ad ſuam unius redegit, tum tribuum nomina cenſuit immutanda, & plures ex paucioribus faciendas, decem pro quatuor, & totidem phylarchos, *id eſt tribuum præfectos*. Ita populo in tribus diſtributo atque compoſito, erat

ἀπελθὼν ὀπίσω, ἐβουλεύετο μηχανὴν τὴν ἐφορώτατα
ἀυτὸς ὁ Ἄδρηστος ἀπαλλάξεται. ὡς δὲ οἱ ἐξ
δυρῶδες ἐδόκεε, πέμψας ἐς Θήβας τὰς Βοιωτίας, ἔφη θέλειν ἐπαγαγέσθαι Μελάνιππον τὸν
Ἀστακοῦ· οἱ δὲ Θηβαῖοι ἔδοσαν. ἐπαγαγόμενος δὲ ὁ Κλεισθένης τὸν Μελάνιππον, τέμενός
οἱ ἀπέδεξε ἐν αὐτῷ τῷ πρυτανηίῳ, καί
μιν ἵδρυσε ἐνθαῦτα ἐν τῷ ἰσχυροτάτῳ. ἐπηγάγετο δὲ τὸν Μελάνιππον ὁ Κλεισθένης (καὶ
γὰρ τοῦτο δεῖ ἀπηγήσασθαι) ὡς ἐχθίστον ἐόντα
Ἄδρήστῳ· ὃς τόν τε ἀδελφεὸν οἱ Μηκιστέα
ἀπεκτόνεε, καὶ τὸν γαμβρὸν Τυδέα. ἐπεὶ τε
δὲ οἱ τὸ τέμενος ἀπέδεξε, θυσίας τε καὶ ὁρτὰς
Ἄδρήστου ἀπελόμενος, ἔδωκε τῷ Μελανίππῳ. οἱ δὲ Σικυώνιοι ἐώθασι μεγάλως κῆρτα τιμᾶν τὸν Ἄδρηστον. ἦν γὰρ χώρη ἐοῦσα αὕτη
Πολύβου· ὁ δὲ Ἄδρηστος ἦν Πολύβου θυγατριδέος· ἅπασι δὲ Πόλυβος τελευτῶν διδοῖ Ἀδρήστῳ τὴν ἀρχήν. τά τε δὴ ἄλλα οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον, καὶ δὴ καὶ πρὸς, τὰ
πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χορηΐοισι ἐγέραιρον·
τὸν μὲν Διόνυσον οὐ τιμέοντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον. Κλεισθένης δὲ χορὸς μὲν τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε, τὴν δὲ ἄλλην θυσίην τῷ Μελανίππῳ. ταῦτα μὲν ἐς Ἄδρηστον οἱ ἐπεποίητο·
Φυλὰς δὲ τὰς Δωριέων, ἵνα δὴ μὴ αἱ αὐταὶ
ἔωσι τοῖσι Σικυωνίοισι καὶ τοῖσι Ἀργείοισι, 197
μετέβαλε ἐς ἄλλα ἐνόματα. ἔνθα καὶ πλεῖστον κατεγέλασε τοὺς Σικυωνίους. ὕσ γὰρ υἱός
τε καὶ ὄνυς τὰς ἐπωνυμίας μεταθεὶς, αὐτὰ
τὰ τελευταῖα ἐπέθηκε, πλὴν τῆς ἑωυτοῦ φυλῆς. ταύτην δὲ τὸ ἔνομα ἀπὸ τῆς ἑωυτοῦ ἀρχῆς
ἔθετο. ἔτοι μὲν δὴ Ἀρχέλαοι ὀνομάζοντο· ἕτεροι δὲ, Ὑᾶται· ἄλλοι δὲ, Ὀνεᾶται· ἕτεροι δὲ,
Χοιρεᾶται. τούτοισι τοῖσι ἐνόμασι τοὺς φυλέων
ἐχρεώνλο οἱ Σικυώνιοι, καὶ ὅτι Κλεισθένεος ἄρχοντος, καὶ ἐκείνου τεθνεῶτος, ἔτι ἐπ' ἔτεα
ἑξήκοντα. μετέπεσε δὲ μθύτοι λόγον σφίσι δόντες, μετέβαλον ἐς τοὺς Ὑλλέας καὶ Παμφύλους
καὶ Δυμανάτας. τεταρτους δὲ αὐτοῖσι προσέθεντο ὅτι τοῦ Ἄδρήστου παῖδος Αἰγιαλέος,
τὸν ἐπωνυμίην ποιεύμενοι κεκλῆσθαι Αἰγιαλέας. Ταῦτα μὲν νυν ὁ Σικυώνιος Κλεισθένης
ἐπεποιήκεε. ὁ δὲ Ἀθηναῖος Κλεισθένης, ἐὼν
τῶν Σικυωνίου τούτου θυγατριδέος, καὶ τὸ ἔνομα
ὅτι τούτου ἔχων, δικάζειν ἐμοὶ, καὶ ἐόντας νεοπολίτων
Ἴωνας, ἵνα μὴ σφίσι αἱ αὐταὶ ἔωσι φυλαὶ καὶ
Ἴωσι, τὸν ὁμώνυμον Κλεισθένεα ἐμιμήσατο.
ὡς γὰρ δὴ τὸν Ἀθηναίων δῆμον πρότερον
ἀπωσμένον, τότε πάντων πρὸς τοὺς ἑωυτῷ μοίρην προσθήκατο, τὰς φυλὰς μετωνόμασε, καὶ ἐποίησε πλεῦνας ἐξ ἐλασσόνων. δέκα τε δὴ φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε, δέκα δὲ καὶ τοὺς δήμους κατένεμε ἐς τὰς φυλάς. ἦν τε τὸν δῆμον προσθήμενος

1 Reducere. *Sic in ſeq.* 2 Reduxit autem Melanippum Cliſthenes (hoc enim narrandum eſt) ut Adraſto inimiciſſimum, quod & Meciſt. 3 Ejus infortunia choris tragicis decorabant, 4 Cognomina enim eorum mutans in alia quibus *ὑὸς & ὄνυς*, *id eſt, ſuis, & aſini*, appellationes præfixæ eſſent, ultimas ſyllabas addebat. 5 Quum apud ſe expendiſſent, 6 *Poſt* Cliſthenes *adde*, fecerat. Athenienſis autem Cliſthenes, quum hujus Sicyonii eſſet ex filia nepos, & ab eo nomen haberet, *&c.*

πολλῷ κατύπερθε τῆσ ἀντισασιωτέων. Ἐν τῷ μέρει δὲ ἑωυτέμψ. ὁ Ἰσαγόρης ἀντιτεχνᾶται τάδε· ὑπεκαλέετο Κλεομένεα τὸν Λακεδαιμόνιον, ξεῖνον ἀπὸ τῆς Πεισιστρατιδέων πολιορκίης. τὸν δὴ Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾶν ὡδὶ τῇ Ἰσαγόρεω τῷ γυναῖκα. τὸ μὲν δὴ πρῶτα πέμπων ὁ Κλεομένης ἐς τὰς Ἀθήνας κήρυκα, ἐξέβαλε Κλεισθένεα, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους πολλοὺς Ἀθηναίων, τοὺς ἐναγέας ὑπελέγων. ταῦτα δὲ πέμπων, ἔλεγε ἐκ διδαχῆς τοῦ Ἰσαγόρεω. οἱ μὲν γὰρ Ἀλκμαιωνίδαι καὶ οἱ συσσιῶται αὐτῶν εἶχον αἰτίην τῷ φόνῳ τούτῳ· αὐτὸς δὲ ὑμετέρχε, ἐὼν οἱ φίλος αὐτοῦ. Οἱ δ' ἐναγέες Ἀθηναίων ὧδε ὠνομάδησαν· ἦν Κύλων τὴν Ἀθηναίων ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης· οὗτος δὴ τυραννίδι ἐπιθυμήσας πεσσοῖσι μεγάλοισι ἑωυτοῦ ἑταιρηίλῃ τῆς ἡλικιωτέων, καὶ ἅλαλε ἐπὶ τῷ ἀκροπόλιν ἐπειρήθη· οὐ δυνάμενος δὲ ἑωυτοῦ κρατῆσαι, ἱκέτης ἵζετο πρὸς τὸ ἄγαλμα. τούτους ἀνίστασι μὲν οἱ πρυτάνιες τῶν Ναυκραρέων, οἵπερ ἔνεμον ἐμοὶ τότε τὰς Ἀθήνας ἐπαγλύες, πλὴν θανάτου. φονεῦσαι δὲ αὐτοὺς αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας. ταῦτα μὲν τῆς Πεισιστράτου ἡλικίης ἐγένετο. Κλεομένης δὲ ὡς πέμπων ἐξέβαλε Κλεισθένεα καὶ τοὺς ἄλλους, Κλεισθένης μὲν αὐτὸς ἐπεξῆλθε μετὰ δέ, οὐδὲν ἧσσον παρῆν ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Κλεομένης, οὐ σὺν μεγάλῃ χειρί. ἀπικόμενος δὲ ἀγνλατέει ἑπτακόσια ἴππια Ἀθηναίων, τὰ οἱ ἐπέταξε ὁ Ἰσαγόρης. ταῦτα δὲ ποιήσας, δεύτερα τῷ βουλῷ καταλύειν ἐπειρᾶτο. τριηκοσίοισι δὲ τοῖσι Ἰσαγόρεω φασιώτῃσι τὰς ἀρχὰς ἐνεχείριζε. ἀντιστάντος δὲ τῆς βουλῆς, καὶ οὐ βουλομένης πείθεσθαι, ὅ, τε Κλεομένης καὶ ὁ Ἰσαγόρης καὶ οἱ φασιῶται αὐτοῦ κατελάμβανον τὴν ἀκρόπολιν· Ἀθηναίων δὲ οἱ λοιποὶ τὰ αὐτὰ φρονήσαντες, ἐπολιόρκεον αὐτοὺς ἡμέρας δύο. τῇ δὲ τρίτῃ ὑποσπόνδους ἐξέρχονται ἐκ τῆς χώρης ὅσοι ἦσαν αὐτέων Λακεδαιμόνιοι. ἐπετελέετο δὲ τῷ Κλεομένεϊ ἡ φήμη. ὡς γὰρ ἀνέβη ἐς τὴν ἀκρόπολιν, μέλλων δὴ αὐτὴν κατασχήσειν, ἦιε ἐς τὸ ἄδυτον τῆς θεοῦ, τῆς ὡς προσερέων. ἡ δὲ ἱρείη ἐξαναστᾶσα ἐκ τοῦ θρόνου, πρὶν ἢ τὰς θύρας αὐτὸν ἀμεῖψαι, εἶπε, Ὦ ξεῖνε Λακεδαιμόνιε, πάλιν χώρει, μηδ' ἐσέλθῃς ἐσελθε ἐς τὸ ἱρόν. οὐ γὰρ θέμιτόν ἐστι Δωριεῦσι παρεῖναι ἐνθαυτά. ὁ δὲ εἶπε, Ὦ γύναι, ἀλλ' οὐ Δωριεύς εἰμι, ἀλλ' Ἀχαιός. ὁ μὲν δὴ τῇ κλεηδόνι οὐδὲν χρεώμενος,

multo ſuperior iis qui erant contrariæ factionis. 1 Superatus in partibus Iſagoras, hoc invicem excogitavit, ut Cleomenem Lacedæmonium advocaret, jam inde ab obſidione Piſiſtratidarum ſibi hoſpitem factum: qui quidem culpabatur quod ad uxorem Iſagoræ ventitaret. is miſſo primum Athenas caduceatore, Cliſthenem ejecit, & cum eo alios complures Athenienſes, eos enageas vocans, *q. d. piaculares*, videlicet admonitu Iſagoræ hæc dicens. nam Iſagoras atque amici ejus non erant affines cædis cujus inſimulabantur 2 Alcmæonidæ, & qui Athenienſium erant enagees, ita nominabantur, *qui piaculo obſtricti erant*. Cylon quidam Athenienſis vir olympionices, affectatæ tyrannidis compertus eſt. Simulato nanque æqualium ſodalitio arcem occupare conatus eſt. Id quum efficere non potuiſſet, aſſedit ſimulacro dei ſupplex, ipſe ac ſocii. hos illinc ſubmoverunt quidem magiſtratus Naucratiorum, qui tunc Athenas incolebant, date fide puniendi eos citra mortem: ſed culpa horum mox interfectorum fuit penes Alcmæonidas. Hæc ante Piſiſtrati ætatem geſta ſunt. Ubi autem Cleomenes per nuncium ejecit Cliſthenem atque piaculares, quamvis Cliſthenes ipſe profugiſſet, nihilo ſecius Athenas venit, non magna cum manu, atque illinc ſeptingentas familias *militares* Athenienſium, tanquam piaculo contaminatas, relegavit, quas ei ſuggerebat Iſagoras. Hoc acto conabatur ſecundo loco ſenatum diſſolvere, & magiſtratus trecentis Iſagoræ militibus mandare: verum reluctante ſenatu, atque obtemperare nolente, Cleomenes Iſagoraſque cum ſuæ factionis hominibus arcem occuparunt. quos cæteri Athenienſes cum ſenatu ſentientes, biduo obſederunt: tertio die quicunque Lacedæmoni ibi erant accepta fide, regione diſceſſerunt, 3 rato effecto quod Cleomeni dictum eſt. nam ei ad occupandam arcem aſcendenti, & ad dei penetrale conſulendi gratia eunti, exurgens è ſella ſacerdos, antequam ille valvas reſeraret, Lacedæmonie, inquit, hoſpes, retro redeas, neve templum introeas. non enim Doribus huc introire fas eſt. Cui Cleomenes, Ego, inquit, mulier, Dores non ſum, ſed Achæus. Itaque admonitu uti nolens,

ἔνεμον: LXX
τῆς: LXXI
τῇ: LXXII

1 Superatus autem viciſſim Iſagoras, hoc contra excogit. 2 Alcmæonidæ enim & qui earundem partium erant, cædis hujus invidiam ſuſtinebant, at ipſe *Iſagoræ* nequaquam, nec ejus amici. Enagees autem inter Athenienſes ita nominati fuerunt. 3 Omine Cleomeni rato effecto. *Id eſt, Rato effecto eo quod omine portendebatur Cleomeni. vel Exitu omen approbante Cleomeni. Quod autem hic φήμην, ſtatim poſt, κληδόνα vocat, quod Valla interpret.* admonitum.

atque

atque in cōnatu pergens, tunc quoque iterum à proposito cum Lacedæmoniis decidit. Cæteros autem ad necem vinxere Athenienses, & in iis Timesitheum fratrem ejus, cujus manualia opera atque strenuitatem maximam referre possem. Atque hi quidem in vincula conjecti mortem oppetiere. LXXIII Athenienses autem post hæc revocatis cum Clisthene septingentis *militum* familiis, quas Cleomenes exegerat, Sardis mittunt ad contrahendam cum Persis societatem. Intelligebant enim sibi cum Cleomene atque Lacedæmoniis esse bellandum. Ut Sardis venere nuncii, mandataque exposuere, percontatus est eos Artaphernes Hystaspis filius, Sardium prætor, quinam homines essent Athenienses, & ubi terram incolentes, qui socii Persarum fieri orarent. Ubi id ex nunciis audivit, ita eis ingenue respondit, Si regi Dario terram darent & aquam, se contracturum cum eis societatem: sinminus, illos abscedere præcepit. Nuncii inter se colloquuti, quod societatem facere cuperent, daturos se esse dixerunt. quo nomine, ubi reversi sunt domum, vehe- LXXIV menter accusati sunt. Cleomenes, intelligens ab Athenensibus se & verbis & factis lædi, ex omni Peloponneso copias coegit, dissimulans quem ad finem, quum haberet in animo tum populum Athenensem ulcisci, tum Isagoram constituere tyrannum, qui una cum eo ex arce decesserat. Comparato exercitu ingenti, ipse Eleusina invasit, & ex compositio Bœotii OEnoem occuparunt & Hysias, ultimos Atticæ populos: & ab altera parte Chalcidenses oræ Atticæ loca populabantur. Athenienses etsi ancipiti bello districti, Bœotiorum & Chalcidensium ultione dilata, arma contra Peloponnenses in Eleusine agentes ferunt. LXXV Dumque ambo exercitus conserturi prœlium essent, Corinthii, primi omnium secum reputantes injuste à se agi, [1] averterunt se, atque abscesserunt. Secundum hos idem fecit Demaratus Aristonis filius, qui & ipse erat rex Spartiatarum, & è Lacedæmone copias contraxerat, nec à Cleomene superiori tempore dissenserat. Ob quam regum dissensionem lex apud Spartam lata est, non licere utriquo regi cum exercitu prodire. (nam prius prodibant) & his sejunctis, alterum quoque è Tyndaridis relinqui: qui & isti antehac ab eis evocati, exercitum ambo comitabantur. Porro tunc

ἐπεχείρησέ τε, καὶ τότε πάλιν ἐξέπιπτε μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων. τοὺς δὲ ἄλλους Ἀθηναῖοι κατέδησαν τῷ δεσμῷ θανάτου ὀφλόντας· ἐν δὲ αὐτοῖσι, καὶ Τιμησίθεον τὸν ἀδελφεόν, τὸ ἔργα χειρῶν τε καὶ λήμματος ἔχειν μεγίστα καταλέξαι. ὅτι μοὶ νῦν δεδεμένοι ἐτελεύτησαν. Ἀθηναῖοι δὲ μετὰ ταῦτα Κλειστένεα καὶ τοὺς ἑπτακόσια ὄπισθε τοὺς διωχθέντας ὑπὸ Κλεομένεος μεταπεμψάμενοι, πέμπουσι ἀγγέλους ἐς Σάρδις, συμμαχίην βουλόμενοι ποιήσασθαι πρὸς Πέρσας. ἐπύθετο γὰρ σφι πρὸς Λακεδαιμονίους τε καὶ Κλεομένεα ἐκπεπολεμῶσθαι. ἀπικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων ἐς τοὺς Σάρδις, καὶ λεγόντων τὰ ἐντεταλμένα, Ἀρταφέρνης ὁ Ὑστάσπεος, Σαρδίων ὕπαρχος, ἐπειρώτα τίνες ἐόντες ἄνθρωποι, καὶ ποῦ γῆς οἰκέοντες, δέοιατο Περσέων σύμμαχοι γενέσθαι. πυθόμενος δὲ πρὸς ταῦτα τῶν ἀγγέλων, ἀπεκρίνατο σφι τάδε· εἰ μὲν διδοῦσι βασιλεῖ Δαρείῳ Ἀθηναῖοι γῆν τε καὶ ὕδωρ, ὁ δὲ συμμαχίην σφι ποιέεται· εἰ δὲ μὴ διδοῦσι, ἀπαλλάσσεσθαι αὐτοὺς ἐκέλευε. οἱ δὲ ἄγγελοι δόντες σφέων αὐτέων βαλλόμενοι, διδόναι ἔφασαν, βουλόμενοι τῷ συμμαχίῃ ποιήσασθαι. ὅτι μὲν δὴ ἀπελθόντες ἐς τοὺς ἑωυτῶν, αἰτίας μεγάλας ἔσχον. Κλεομένης δὲ ὑποπαφόμενος ἐλευθερίῃσι καὶ ἔργοισι τοῖσι Ἀθηναίων, συνέλεγε ἐκ πάσης Πελοποννήσου στρατόν, οὐ φράζων ἐς τὸ συλλέγει· πασάμενός τε ἐθέλων τὴν δῆμον τῶν Ἀθηναίων καὶ Ἰσαγόρεα βουλόμενος τύραννον καταστῆσαι. συνεξῆλθε γὰρ οἱ οὗτος ἐκ τῆς ἀκροπόλιος. Κλεομένης τε δὴ σὺν μεγάλῳ ἐσέβαλε ἐς τοὺς Ἐλευσῖνα, καὶ οἱ Βοιωτοὶ ἀπὸ συμβήματος Οἰνόην αἱρέσει, καὶ Ὑσίας, δήμους τοὺς ἐσχάτους τῆς Ἀττικῆς. Χαλκιδέες τε δὴ τὰ ἕτερα ἐπόνεον, δηΐοντες χώρους τῆς Ἀττικῆς. Ἀθηναῖοι δέ, καίπερ ἀμφιβολίην ἔχοντες, Βοιωτῶν μὲν καὶ Χαλκιδέων ἐπύστερον ἔμελλον μνήμην ποιήσασθαι, Πελοποννησίοισι δὲ ἐστὶ ἐν Ἐλευσῖνι ἀντία ἐτάξατο τὰ ὅπλα. Μέλλοντων δὲ συνάψειν τὰ στρατόπεδα ἐς μάχην, Κορίνθιοι μὲν πρῶτά σφι αὐτοῖσι δόντες λόγον ὡς οὐ ποιοῖεν τὰ δίκαια, μετέβαλλόν τε καὶ ἀπαλλάσσοντο· μετὰ δὲ, Δημάρητος ὁ Ἀρίστωνος, ἐὼν καὶ οὗτος βασιλεὺς Σπαρτιητέων, καὶ συνεξαναγαγών τε τὸν στρατὸν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ οὐκ ἐὼν διάφορος ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ Κλεομένεϊ. ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς διαστάσιος, ἐτέθη νόμος ἐν Σπάρτῃ, μὴ ἐξεῖναι ἕπεσθαι ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας, ἐξιούσης τῆς στρατιῆς. τέως γὰρ ἀμφότεροι εἵποντο. παραλυομένου δὲ τινὸς τῶν ἑτέρου, κατελείπετο καὶ τῶν Τυνδαριδέων τὸν ἕτερον. τὸ μὲν γὰρ δὴ καὶ ὅτι ἀμφότεροι, ὑπίκλητοί σφι ἐόντες, εἵποντο. τότε δὴ

198

οἰκημένοι,

Ἰσαγόρην

[1] Sententiam mutaverunt,

ἐν τῇ Ἐλευσῖνι ὁρέωντες οἱ λοιποὶ τῶ στρατοῦ συμμάχων τὸν τε βασιλέα τῶ Λακεδαιμονίων οὐκ ὁμολογέοντα, καὶ Κορινθίους ἐκλιπόντας τὠυτὸ τάξιν, οἴχοντο καὶ αὐτοὶ ἀπαλλαξόμενοι. Τέταρτον δὴ τοῦτο ἐπὶ τὠυτὸ Ἀττικὸν ἀπικόμενοι Δωριέες, δὶς μὲν ἐπὶ πολέμῳ ἐσβαλόντες, καὶ δὶς ἐς ἀγαθῷ τῷ πλήθεος τῶν Ἀθηναίων. πρῶτον μέν, ὅτε καὶ Μέγαρα κατοίκισαν, ὅτε ὁ στόλος ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος Ἀθηναίων, ὀρθῶς ἂν καλέοιτο· δεύτερον δὲ καὶ τρίτον, ὅτε ἐπὶ Πεισιστρατιδέων ἐξέλασιν ὁρμηθέντες, οὐ Σπάρτης ἀπικόμενοι· τέταρτον δὲ τότε, ὅτε ἐς Ἐλευσῖνα Κλεομένης ἄγων Πελοποννησίους ἐσέβαλε. ὕστερον τέταρτον τότε Δωριέες ἐσέβαλον ἐς Ἀττικάς. Διαλυθέντος δὲ τοῦ στόλου τούτου ἀκλεῶς, οὐθαυτὰ Ἀθηναῖοι πίννυσθαι βουλόμενοι, πρῶτα στρατηΐλου ποιεῦνται ἐπὶ Χαλκιδέας. Βοιωτοὶ δὲ τοῖσι Χαλκιδεῦσι βοηθέουσι ἐπὶ τὸν Εὔριπον. Ἀθηναίοισι δὲ ἰδόσι τὰς Βοιωτούς, ἔδοξε πρότερον τοῖσι Βοιωτοῖσι ἢ τοῖσι Χαλκιδεῦσι ἐπιχειρέειν. συμβάλλουσί τε δὴ τοῖσι Βοιωτοῖσι οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ πολλῷ ἐκράτησαν· κάρτα δὲ πολλοὺς φονεύσαντες, ἑπακοσίους αὐτέων ἐζώγρησαν. τῆς δὲ αὐτῆς ταύτης ἡμέρης οἱ Ἀθηναῖοι διαβάντες ἐς τὴν Εὔβοιαν, συμβάλλουσι καὶ τοῖσι Χαλκιδεῦσι. νικήσαντες δὲ καὶ τούτους, τεταρακοσίους καὶ χιλίους κληρούχους ἐπὶ τῶν ἱπποβατέων τῇ χώρῃ λείπουσι· οἱ δὲ ἱππόβοται ἐκαλέοντο οἱ πολῖται τῶν Χαλκιδέων. ὅσους δὲ καὶ τούτων ἐζώγρησαν, ἅμα τοῖσι Βοιωτοῖσι ἐζωγρημένοισι εἶχον ἐν φυλακῇ, ἐς πέδας δήσαντες. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔλυσάν σφεας δι μνέως ἀποτιμησάμενοι. τὰς δὲ πέδας αὐτέων, ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἀνεκρέμασαν ἐς τὸν ἀκρόπολιν, ἅπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν πρόσκειμεναι, κρεμάμεναι ἐκ τοίχων προπεφλυσμένων περὶ τὸ Μηδικὸν ἀντίον δὲ τοῦ μεγάρου τοῦ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένου, καὶ τῶν λύτρων τὸν δεκάτην ἀνέθηκαν, ποιησάμενοι τέθριππον χάλκεον· τὸ δέ, ἀριστερῆς χειρὸς ἔσπιπτε πρῶτα ἐσιόντι ἐς τὰ προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι. ἐπιγράψαντες δέ οἱ παῖδε,

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
Παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐν πολέμου,
Δεσμὰ τάδ' ἐν ἀχλυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν·
Τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' ἔθεσαν.

Ἀθηναῖοι μὲν νυν ηὐξήθησαν. δηλοῖ δὲ κατ' ἓν μοῦνον, ἀλλὰ πανταχῇ ἡ ἰσηγορίη ὡς ἔστι χρῆμα ὠφελιμον, ἐπεὶ καὶ Ἀθηναῖοι τυραννευόμενοι μὲν, οὐδαμῶν τῶν σφέας περιοικεόντων ἦσαν τὰ πολέμια ἀμείνους,

cæteri ſocii qui erant in Eleuſine, cernentes non convenire inter reges, & Corinthios aciem deſeruiſſe, & ipſi dilapſi abierunt. Quarto tunc Dores in Atticam profecti ſunt, bis ad bellandum ingreſſi, bis ob Athenienſium multitudinis commodum. Primo, quum Megaram coloniam deduxerunt, hæc expeditio recte vocetur, ſub Codro Athenienſium rege: iterum ac tertio, quum ad expellendos Piſiſtratidas ex Sparta ventum eſt: quarto, quum Cleomenes Peloponnenſes ducens, Eleuſinen invaſit. Ita quarto tunc Dores adverſus Athenas expeditionem ſumpſerunt. Dilapſo igitur indecore hoc exercitu, ibi Athenienſes volentes ultum ire injurias, primam expeditionem fecerunt adverſus Chalcidenſes: quibus Bœotii ad Euripum iere ſuppetias. His conſpectis Athenienſes putarunt ſibi cum eis prius quam cum Chalcidenſibus pugnam conſerendam. itaque congreſſi cum illis egregie ſuperarunt, permultiſque eorum cæſis, ſeptingentos capiunt. Eodem die tranſgreſſi Euboeam, cum Chalcidenſibus conflixere: quibus etiam victis, quatuor millia colonorum in prædiis hippobatarum, *q. d. equitum*, reliquerunt. hippobatæ autem apud Chalcidenſes vocabantur locupletes. Horum quoſcunque ceperunt, una cum Bœotiorum captivis vinctos in carcerem conjecerunt: quos aliquanto poſt binis mulctatos minis ſolverunt: eorumque vincula quibus alligati fuerant, in arce ſuſpenderunt: quæ ad meam uſque memoriam extabant, pendentia è muris à Medo ambuſtis, eregione cœnaculi ad occaſum ſpectantis. Decimam quoque 1 redemptionis conſecrarunt, facta ærea quadriga, quæ ad ſiniſtram manum intrantium ſtatim in propylæa arcis ſtabat, cum hac inſcriptione,

Attica perdomitis acri ſub marte juventus
Bœotûm populis Chalcidicaque manu,
Damna rependerunt vinclis & carcere cæco,
Quorum hæ de decima ſtant tibi Pallas equæ.

Ea Athenienſes quidem augeſcebant. Juris autem æquabilitatem eſſe rem bonam, non ex uno tantum, ſed undique datur intelligi: ſi Athenienſes etiam quamdiu tyrannis ſubjecti fuerunt, nullis finitimorum in bello præſtantiores erant:

1 Pecuniarum à ſingulis in pretium redemptionis perſolutarum

liberati

liberati vero tyrannis, multo omnium primi extitere. Unde liquet, eos, dum tyrannis parebant, 1 de industria peccasse, tanquam domino laborantes: at libertate parta, sibiipsi quisque rem gerere properabat. 2 Athenienses ita age-
LXXIX bant. ¶ Thebani autem post hæc ulciscendi illos cupidi, sciscitatum ad deum miserunt. Quibus respondens Pythia, negabat per sese eos posse illos ulcisci, jubebatque ut 3 ad famæ celebritatem referentes rogarent sibi proximos. 4 Reversis qui missi ad oraculum erant, ac responsum exponentibus, Thebani illud nihili facientes quod referebatur, ut rogarent proximos, dicebant, Nunquid non proxime nos incolunt Tanagræi Coronæique & Thespienses, qui nostri assidue commilitones, alacri atque concordi in partes animo bella nobiscum tolerant? quid hos rogari oportet? 5 nunquid potius hoc non habendum pro ora-
LXXX culo? Hæc illis ratiocinantibus, quidam re audita, inquit, Ego quid nobis significare velit oraculum videor mihi intelligere. Asopi duæ filiæ fuisse traduntur, Thebe & Ægina, quæ quoniam sorores sunt, opinor deum respondere nobis ut Æginetas rogemus vicem nostram ulciscí. Thebani, quoniam nulla quam hæc visa est dici potior sententia, protinus misere ad Æginetas orandos auxilia, tanquam proximos, ex dei oraculo. Illi petentibus his auxilia dixe-
LXXXI re se mittere cum eis Æacidas. Societate Æacidarum freti Thebani, quum lacessissent Athenienses, accepta offensione adversæ pugnæ, iterum auxilia virorum remissis Æacidis oraverunt, Quorum prece moti Æginetæ, tum magnitudine opum inflati, tum pristinæ inimicitiæ quam gessere cum Athenensibus memores, bellum illis haud indictum intulerunt. Nam quum Athenienses 6 Bœotiis incumberent, ipsi longis navibus in Atticam trajicientes, cum alios multos populos in cætera ora maritima, tum Phalerum diripuerunt, magnam ex hac re calamitatem Athe-
LXXXII nienses afferentes. Inimicitia autem quam Æginetæ adversus Athenienses habebant, ex hoc initio extitit: Epidaurii, quum sua ipsis terra nihil redderet, de hac calamitate Delphicum consuluere oraculum. Quibus Pythia jussit ut Damiæ & Auxesiæ simulacra erige-

ἀπαλλαχθέντες δὲ τυραννων, μακρῷ πρῶτοι ἐξένοντο. δηλοῖ ὧν ταῦτα ὅτι καὶ ἐχόμενοι μὲν, ἐθελοκάκεον, ὡς δεσπότῃ ἐρξαζόμενοι· ἐλευθερωθέντων δὲ, αὐτὸς ἕκαστος ἑωυτῷ προύθυμέετο κατεργάζεσθαι. ὅτοι μέν νυν ταῦτα ἐπρησσον. Θηβαῖοι δὲ μετὰ ταῦτα ἐς Δελφοὺς ἔπεμπον, βουλόμενοι τίσασθαι Ἀθηναίους. ἡ δὲ Πυθίη ἀπὸ σφέων μὲν αὐτέων ἐκ ἔφη αὐτοῖσι εἶναι τίσιν, ἐς Πολύφημον δὲ ἐξενείκασα, ἐκέλευε τῷ ἄγχιστα δέεσθαι. ἀπελθόντων ὧν τῶν θεοπρόπων, ἐξέφερον τὸ χρηστήριον, ἀλλίλοισι ποιεύμενοι. ὡς ἐπωδάνοντο δὲ λεγόντων αὐτέων τῷ ἄγχιστα δέεσθαι, εἶπαν οἱ Θηβαῖοι ἀκούσαντες τάδε· Οὐκ ὧν ἄγχιστα ἡμέων οἰκέουσι Τανάγραιοί τε καὶ Κορωναῖοι καὶ Θεσπιέες, καὶ ἕτοί γε ἅμα ἡμῖν αἰεὶ μαχόμενοι, προθύμως συνδιαφέρουσι τὸν πόλεμον; τί δεῖ τούτων γε δέεσθαι; ἀλλὰ μᾶλλον μὴ ὑπὸ τοῦτο ἢ τὸ χρηστήριον. Τοιαῦτα δὴ ὑπολεγομένων, εἶπε δή τις μαθών τις, Ἐγὼ μοι δοκέω συνιέναι τὸ ἐνθέλει λέγειν ἡμῖν τὸ χρηστήριον· Ἀσωπὸς λέγονται γεγενέες δυο σατέρες Θήβη τε καὶ Αἴγινα· τιμέων ἀδελφεῶν ἐουσέων, δοκέω ἡμῖν Αἰγινητέων δέεσθαι τὸν θεὸν χρῆσαι τιμωρητήρων γενέσθαι. καὶ, ὑπὸ γὰρ τις γνώμη ταύτης ἀμείνων ἐδόκεε φαίνεσθαι, αὐτίκα πέμψαντες ἐδέοντο Αἰγινητέων, ὑπικαλεόμενοι καὶ τὸ χρηστήριον σφι βοηθέειν, ὡς ἐόντων ἀγχιστέων. οἱ δὲ σφι αἰτέουσι ὑπικυρίλλω τὰς Αἰακίδας συμπέμπειν ἔφασαν. Περιπαμπόντων δὲ τῶν Θηβαίων καὶ τὴν συμμαχίην τὴν Αἰακιδέων, καὶ τρηχέως διεφθαρμένων ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, αὖθις οἱ Θηβαῖοι πέμψαντες, τὰς μὲν Αἰακίδας σφι ἀπεδίδοσαν, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἐδέοντο. Αἰγινῆται δὲ, δυσδαιμονίῃ τε μεγάλῃ ἐπαρθέντες, καὶ ἔχθρης παλαιῆς ἀναμνησθέντες ἐπὶ Ἀθηναίους, τότε Θηβαίων δεηθέντων, πόλεμον ἀκήρυκτον Ἀθηναίοισι ἐπέφερον. ὑπακουόντων δὲ αὐτέων Βοιωτοῖσι, ὑπλώσαντες μακρῇσι νηυσὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ μὲν ἔσπεσον Φάληρον, καὶ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλὸν δήμους. ποιεῦντες δὲ ταῦτα, μεγάλως Ἀθηναίους ἐσινέοντο. Ἡ δὲ ἔχθρη ἡ προοφειλομένη ἐς Ἀθηναίους ἐκ τῶν Αἰγινητέων, ἐκτύετο ἐξ ἀρχῆς τοιῆσδε· Ἐπιδαυρίοισι ἡ γῆ καρπὸν οὐδένα ἀπεδίδου· περὶ ταύτης ὧν τῆς συμφορῆς οἱ Ἐπιδαύριοι ἐχρέωντο ἐν Δελφοῖσι. ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευε Δαμίης τε καὶ Αὐξησίης ἀγάλματα ἱδρύ-

---

1 Remisse agere voluisse. *Vel. Operam sedulo non navasse.* 2 Horum igitur res ita se habebant. *Vel, Hic igitur erat rerum Athenienſium ſtatus.* 3 Ad Polyphemum, 4 Reversi consultores oraculi, quod ab eo responsum erat exposuerunt, convocata concione. Thebani, quum audirent quod illi dicebant, *nimirum* ut proximos rogarent, Nonne, inquiunt, proxime nos habitant Tanagr. 5 Imo *videndum* ne aliud potius sibi velit oraculum. 6 Bœotos bello premerent,

σιάδας· καὶ σφι ἱδρυσαμβύοισι, ἄμεινον σωοίσεσθαι ἐπηρώτεον ὧν οἱ Ἐπιδαύριοι κότερα χαλκῷ πιέονται τὰ ἀγάλματα, ἢ λίθῳ. ἢ ὃ Πυθίη ὑδέτερα τέτμεν ἔα, ἀλλὰ ξύλου ἡμέρης ἐλαίης. ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων ἐλαίῃ σφι δοῦναι τεμένεα, ἱρωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι· (λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἔσαν ἄλλοθι γῆς ὑπαμοῦ καὶ ὀκεῖνον τὸν χρόνον, ἢ Ἀθήνῃσι) οἱ δὲ ὅτι τοῖσδε δώσειν ἔφασαν, ἐπ' ᾧ ἀπαξιοῖ ἐπιθ. ἑκάστῃ τῇ Ἀθηναίῃ τε τῇ πολιάδι ἱερὰ, καὶ τῷ Ἐρεχθέι. καταινέσαντες δ' ὦν τούτοισι οἱ Ἐπιδαύριοι, τῆς τε ἐδέοντο ἔτυχον, καὶ ἀγάλματα ἐκ τῶν ἐλαιέων τουτέων ποιησάμενοι, ἱδρύσαντο. καὶ ἥ τε γῆ σφι ἔφερε καρπὸν, καὶ Ἀθηναίοισι ἐπετέλεον τὰ συνέθεντο. Τοῦτον δέ τι τὸν χρόνον, καὶ τὸν περὶ τοῦτον, Αἰγινῆται Ἐπιδαυρίων ἦρχον, τά τε ἄλλα, καὶ δίκας, βαβαίνοντες ἐς Ἐπίδαυρον, ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων οἱ Αἰγινῆται. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, νηῶν τε πεξάμενοι, καὶ ἀγνωμοσύνῃ χρησάμενοι, ἀπέστησαν ἀπὸ τῆς Ἐπιδαυρίων· ἅτε δὴ ἐόντες διάφοροι, ἐδηλέοντο αὐτούς. ὥστε δὴ θαλασσοκράτορες ἐόντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα ταῦτα τά τε Δαμίης καὶ τῆς Αὐξησίης ἐξαιρέονται αὐτέων. καί σφεα κομίσαντό τε καὶ ἱδρύσαντο τῆς σφετέρης χώρης ἐς τιὴ μεσόγαιαν, τῇ Οἴη μὴ δῆθεν ἔνοικα, σάδια δὲ μάλιστά κη ἀπὸ τῆς πόλιος ἐς εἴκοσι ἀπέχει. ἱδρυσάμβυοι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ, θυσίησί τε σφεα καὶ χορῖσι γυναικηίοισι κερτόμοισι ἱλάσκοντο, χορηγῶν ἀπὸ εἰκοσμβύων ἑκατέρη τῆς δαμόνων δέκα ἀνδρῶν. κακῶς δὲ ἠγόρδουν οἱ χορεὶ ἄνδρεα μὲν ἐόντα, τὰς δὲ ὀπηδοὺς γυναῖκας. ἔσαν δὲ καὶ τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι αἱ τοιαῦται ἱρουργίαι· εἰσὶ δέ σφι καὶ ἄρρητοι ἱρουργίαι. Κλεφθέντων δὲ τῆσδε τῆς ἀγαλμάτων, οἱ Ἐπιδαύριοι τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰ ξυνέθεντο, οὐκ ἐπετέλεον. πέμψαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἐμιώυουν τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι. οἱ δὲ ἀπέφαινον λόγῳ ὡς οὐκ ἀδικοῖεν. ὅσον μὲν γὰρ χρόνον εἶχον τὰ ἀγάλματα ἐν τῇ χώρῃ, ὁκότελέειν τὰ συνέθεντο. ἐπεὶ δὲ ἐσερπύσης αὐτέων, δίκαιον εἶναι ἀποφέρειν ἔτι, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας αὐτὰ Αἰγινήτας πρήσσεσθαι ἐκέλευον. πρὸς ταῦτα Ἀθηναῖοι, ἐς Αἴγιναν πέμψαντες, ἀπαιτέον τὰ ἀγάλματα· οἱ δὲ Αἰγινῆται ἔφασαν σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι εἶναι οὐδὲν πρῆγμα. Ἀθηναῖοι μὲν νεῶ λέγουσι, μετὰ τὴν ἀπαίτησιν ἀποσαλεύσαι τριήρεϊ μιῇ τῶν ἀστῶν τοὺς ἀποπεμφθέντας ἀπὸ τῆς χοινῆς, καὶ ἀποκόμβυους ἐς Αἴγιναν, τὰ ἀγάλματα ταῦτα, ὡς σφετέρων ξύλων ἐόντα, ἐπειρῶντο ἐκ τῶν βάθρων ἐξανασπᾶν, ἵνα σφεα ἀναχωμίσωνται.

rent: & poſtquam erexiſſent, melius ſecum actum iri. Sciſcitantibuſque Epidauriis utrum ex ære facerent illa an ex lapide, reſpondit ſe è neutro fieri ſinere, ſed è ligno oleagino, oleæ tamen, non oleaſtri. Rogabant igitur Epidaurii Athenienſes ut ſibi permitterent oleam incidere, qui ſcilicet oleas illas ſacratiſſimas eſſe exiſtimarent. (fertur etiam nuſquam gentium niſi Athenis illa tempeſtate oleas fuiſſe.) Athenienſes ſe vero dixerunt conceſſuros, hac tamen lege, ſi quotannis illi ſacra Minervæ urbanæ & Erechtheo afferrent. Accepta condicione Epidaurii quæ rogabant impetraverunt, & ſimulacra ex his oleis fabricata ſtatuerunt: terraque ſua fructum eis ferente, quod convenerat Athenienſibus proſolvebant. Eo tempore atque ſuperiori Æginetæ Epidauriis parebant tum in aliis tum vero in litibus, quas Æginetæ inter ſe vel actores, vel rei, illuc ſe conferentes agebant: verum ex eo tempore fabricatis navibus, nullo conſilio uſi, ab Epidauriis deſciverunt. Factique hoſtes, ac mari potiti, cum alias clades inferebant, tum ſimulacra Damiæ & Auxeſiæ ſurripuerunt: eaque aſportata, in regionis ſuæ mediterraneo loco ſtatuerunt, cui nomen eſt OEæ, viginti ferme procul ab urbe ſtadiis. Hoc in loco illis erectis, ſupplicabant ſacrificiis atque jocabundis choris mulierum, denis viris utrique dæmonum aſſignatis, qui choris præeſſent. Chori autem neminem virum [1] nuncupabant, ſed indigenas fœminas: quæ ceremoniæ apud ipſos quoque Epidaurios fuerant. Surreptis ſtatuis Epidaurii quod fuerant pacti Athenienſibus non ſolvebant: cujus rei quum à nunciis Athenienſium admonerentur, reddere rationem cur injurii non eſſent: ſe enim quamdiu apud ſe ſtatuas habuiſſent, quod conventum erat exolviſſe, eiſdem jam viduatos, non debere exolvere, ſed Æginetas, qui illas haberent: à quibus id exigi jubebant. Ad eas repetendas Æginam Athenienſes miſere. Æginetæ negare quicquam negocii eſſe ſibi cum Athenienſibus. Athenienſes autem aiunt, poſt repetita ſimulacra, triremem miſſam publice cum civibus quibuſdam: qui Æginam quum venerunt, ſimulacra, tanquam è ſuis lignis facta, conati ſint ſuis ſedibus emoliri ut aſportarent:

Lxxxiii

Lxxxiv

Lxxxv

ἐκόμισάν τε

χερσὶ μισι

αὗται αἱ

1 Probris inſectabantur,

quumque

quumque eo pacto auferre nequirent, circumdatis funibus trahere tentasse. Sed dum trahunt, tonitrum & cum tonitruo terræmotum extitisse: eaque de re illos remiges qui trahebant simulacra, ab his in amentiam esse conversos: & ex hoc morbo sese tanquam hostes mutuo trucidasse, donec unus ex omnibus relictus est, qui ad Phalerum se recepit. LXXXVI Athenienses quidem ita rem gestam esse memorant. Æginetæ vero negant illos una cum navi veniisse, (facile enim se unam navim, atque adeo compluscula, etiamsi sibi nullæ fuissent naves, fuisse propulsaturos) sed cum compluribus in ipsorum terram invasisse, se vero cessisse, nec pugna navali contendere voluisse. Qui tamen planum facere nequeunt, an quia impares se esse ad pugnandum agnoscerent, cesserint: an volentes permiserint illos facere quod fecerunt. Athenienses certe, quod nulli propugnatores obstarent, egressos è navibus ad simulacra se convertisse: & quum ea è suis vestigiis amoliri nequirent, circumdatis restibus trahere ita conatos, donec illic ambo simulacra, dum traherentur, fecere rem apud me fide carentem, alicui alteri credibilem. aiunt enim illa procubuisse sibi in genua, atque ex eo tempore semper genu nixa permansisse. Et hæc quidem Athenienses fecisse: Se vero, quod audirent sibi bellum ab Athenientibus illatum iri, præparasse Argivos ut sibi adversus Athenienses in Æginam descendentes adessent auxilio. Eosque, quum latuissent hostem in trajiciendo ex Epidauro in insulam, in Athenienses, qui nihil præsciissent, à navibus discluso irruisse: & interea tonitrum ipsis LXXXVII terræmotumque extitisse. Hæc ab Argivis Æginetisque commemorantur. Athenienses quoque confitentur unum omnino è suis incolumem in Atticam revertisse, quem tamen Argivi aiunt superstitem fuisse ex Attico exercitu quem ipsi profligassent. Eundem Athenienses, dæmonio incolumem, nihilo secius periisse referunt, hunc in modum: Quum Athenas se recepisset, clademque renunciasset, uxores eorum qui adversus Æginam profecti fuerant, indigne ferentes unum ex omnibus esse reducem, circumfusas hominem prehendisse, ac fibulis vestimentorum pupugisse, percontantes singulas ubi suus vir esset, atque hoc modo hunc fuisse

οὐ δυναμένους δὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ αὐτέων κρατῆσαι, ἐκβαλόντας χοινικα ἕλκειν τὰ ἀγάλματα. καὶ σφι ἕλκουσι, βροντὴν τε, καὶ ἅμα τῇ βροντῇ σεισμὸν ἐπιγενέσθαι· τοὺς δὲ τελευταίους τοὺς ἕλκοντας, τοῦτο τοιτέων ἀλλοφρονῆσαι· παραφρονήσαι δὲ τοῦτο, κλείειν ἀλλήλους ἅτε πολεμίους· ἐς ὃ ὀκτὼ πάντων ἕνα λειφθέντα, ἀπαγομένων αὐτὸν ἐς Φάληρον. Ἀθηναῖοι μὲν νυν οὕτω λέγουσι γενέσθαι· Αἰγινῆται δὲ, οὐ νηὶ μιῇ ἀπικέσθαι Ἀθηναίους, (μίαν μὲν γὰρ, καὶ ὀλίγας πλεύνας μιῆς, καὶ εἰ σφι μὴ ἔτυχον ἐοῦσαι νέες, ἀπαμυνέεσθαι ἂν οὐκ ἐπετέως) ἀλλὰ πολλῇσι νηυσὶ ἐπιπλέειν σφι ἐπὶ τὴν χώρην· αὐτοὺς δέ σφι εἴξαι, καὶ οὐ ναυμαχῆσαι. ἐκ ἔχουσι δὲ τοῦτο ἀφασμένως λέγειν, ἔτε εἰ ἐόντες συγγινωσκόμενοι εἰ τῇ ναυμαχίῃ, καὶ τοῦτο εἶξαν, ἔτε εἰ βουλόμενοι πιῆσαι οἷόντι καὶ ἐπιπεσεῖν. Ἀθηναίους μὲν νυν, ἐπεί τε σφι ἐδόκεε ἐς μάχην καταστατο, ἀποβάντας ἀπὸ τῶν νεῶν, τραπέσθαι πρὸς τὰ ἀγάλματα. οὐ δυναμένους δὲ ἀνασπάσαι ἐκ τῆς βάθρων αὐτά, ἕνα δὴ τρόπον βαλλομένους χοινικα, ἕλκειν, ἐς ὃ ἑλκόμενα τὰ ἀγάλματα ἀμφότερα πρηνέα τὸ ποιῆσαι· ἐμοὶ μὲν οὐ πάντα λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ. ἐς γόνατα γάρ σφι αὐτὰ πεσέειν, καὶ τὸν ἀπὸ τότε χρόνον διατελέειν ἕνα ἔχοντα. Ἀθηναίους μὲν δὴ ταῦτα ποιέειν. σφέας δὲ Αἰγινῆται λέγουσι πυθομένους τοὺς Ἀθηναίους, ὡς μέλλοιεν ἐπὶ σφέας στρατεύεσθαι, ἑτοίμους Ἀργείους ποιέεσθαι. τοὺς 201
τε δὴ Ἀθηναίους ἀποβεβάναι ἐς τὴν Αἰγινήτην, καὶ παρεῖναι βοηθέοντάς σφι τοὺς Ἀργείους, καὶ λαθεῖν τε ἐξ Ἐπιδαύρου διαβάντας ἐς τὴν νῆσον, καὶ οὐ προακηκοσι τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπιπεσεῖν καταταμομένους τὸ ἀπὸ τῶν νεῶν. ἅμα τε ἐν τούτῳ τὴν βροντὴν τε γενέσθαι καὶ τὸν σεισμὸν αὐτοῖσι. Λέγεται μὲν νυν ὑπ' Ἀργείων τε καὶ Αἰγινητέων τάδε· ὁμολογέεται δὲ καὶ ὑπ' Ἀθηναίων ἕνα μοῦνον τὸν ἀποσωθέντα αὐτέων ἐς τὴν Ἀττικὴν γενέσθαι. πλὴν Ἀργεῖοι μὲν λέγουσι, αὐτέων τὸ Ἀττικὸν στρατόπεδον διαφθαρέντων, τὸν ἕνα τουτέων φυγεῖν· Ἀθηναῖοι δὲ, τῇ δαιμονίῃ. φυγεῖν μέντοι οὐδὲ τοῦτον τὸν ἕνα, ἀλλ' ἀπολέσθαι τρόπῳ τοιῷδε. κομισθεὶς γὰρ ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀπήγγειλε τὸ πάθος. πυθομένας δὲ τὰς γυναῖκας τὰς ἑωυτῶν Αἰγιναν στρατευσαμένων ἀνδρῶν, δεινόν τι ποιησαμένας, κεῖνον μοῦνον ἐξ ἁπάντων σωθῆναι, περιιέναι τὸν ἄνδρα τοῦτον λαβέσθαι, καὶ κεντεῦσαι τῇσι περονησι τῶν ἱματίων, εἰρωτᾶν ἐκάστην αὐτέων ὅκου εἴη ὁ ἑωυτῆς ἀνήρ. καὶ τοῦτον μὲν οὕτω διαφθαρῆναι.

φθαρλῶαι. Ἀθηναίοισι δ' ἔτι τοῦ πάντος δεινότερόν τι δόξαι ἦ τὸ τὰς γυναικῶν ἔργον· ἄλλῳ μὲν δὴ ἐκ ἔχειν ὅτεῳ ζημιώσεσι τὰς γυναῖκας, τῷδε δὲ ἐσθῆτα μετέβαλον αὐτέων ἐς τὠυτὸ Ἰάδα. ἐφόρεον γὰρ δὴ πρότερον αἱ τῶν Ἀθηναίων γυναῖκες ἐσθῆτα Δωρίδα, τὴν [τὴν Κορινθίην] Κορινθίων φᾶρος πλησιωτάτην· μετέβαλον ὦν ἐς τὸν λίνεον χιτῶνα, ἵνα δὴ περόωνται μὴ χρεώμεναι. Ἔστι δέ, ἀληθέϊ λόγῳ χρεωμένοισι, ἐκ Ἰάδος αὕτη ἡ ἐσθὴς τοπαλαιόν, ἀλλὰ Κάειρα. ἐπεὶ ἦγε Ἑλληνικὴ ἐσθὴς πᾶσα ἡ ἀρχαίη τῷ γυναικῶν, ἡ αὐτὴ ἣν, τῇ νῦν Δωρίδα καλέομεν. τοῖσι δὲ Ἀργείοισι καὶ τοῖσι Αἰγινήτῃσι, καὶ πρὸς ταῦτα ἔτι τόδε ποιήσαι· νόμον ἔθεσι σφι ἑκατέρῃσι τὰς περόνας ἡμιολίας πιέεσθαι τοῦ τότε κατεστεῶτος μέτρου, καὶ ἐς τὸ ἱρὸν τῶν ἀπεόντων τυτθὸν πρόνας μάλιστα ἀναθήσεσθαι τὰς γυναῖκας. Ἀττικὸν δὲ μήτε τι ἄλλο προσφέρειν πρὸς τὸ ἱρὸν, μήτε κέραμον, ἀλλ' ἐκ χοῦ δίδασι ἐπιχωρίων νόμον τοιοῦτον αὐτόθι ἔθεν πίνειν. Ἀργείων μὲν νυν καὶ Αἰγινητέων αἱ γυναῖκες ἐκ τε τόσου κατ' ἔθεν τῶν Ἀθηναίων περόνας ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐφόρεον μέζονας ἢ πρότερον. Τῆς δὲ ἔχθρης τῆς πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοισι γενομένης ἀρχὴ καὶ τοῦ ἔρξαι ἐγένετο· τότε δὴ Θηβαίων δεκαλεομένων προθύμως τὸν θεὸν τὰ ἀγάλματα γενομένων, ἀναμιμνησκόμενοι οἱ Αἰγινῆται ἐβούλοντο τοῖσι Βοιωτοῖσι. Αἰγινῆται δὲ ἐδήωσαν τῆς Ἀττικῆς τὸ θαλάσσια καὶ Ἀθηναίοισι ὁρμωμένοισι ἐπ' Αἰγινήτας στρατιὴ ἦλθε μαντήιον ἐκ Δελφῶν, ἑκατόντας ἀπὸ τῶν Αἰγινητέων αἰτίης τριήκοντα ἔτεα, τῷ ἑνὶ καὶ τριηκοστῷ, Αἰακῷ τίμωρον ἀποδέξαντας, ἄρχεσθαι τοῦ πρὸς Αἰγινήτας πολέμου· καὶ σφι χρήσειν τὰ βέλτιστα. ἣν δὲ αὐτίκα ἑκατονταετηρίδας, πολλὰ μέν σφεας ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ χρόνου πείσεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ποιήσειν· τέλος μέντοι κατασταφήσεσθαι. ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἄκουσαν οἱ Ἀθηναῖοι. τῷ μὲν Αἰακῷ τέμενος [τὸ ἀπέδεξαν] ἀπεδέξαντο τοῦτο τὸ νῦν ἔτι τῆς ἀγορῆς ἱδρυται· τριήκοντα δὲ ἔτεα ἐκ ἀνέσχοντο, ἀκέοντες ὅκως χρεὼν εἴη ἑκατὸν ἔχειν πεπονθότας ὑπ' Αἰγινητέων ἀνάρσια. Ἐς τιμωρίην δὲ τοῖσι ἀδικεομένοισι αὐτοῖσι, ἐκ Λακεδαιμονίων πρῆγμα [τὸ γενόμενον] ἐγειρόμενον, ἐμπόδιον ἐγένετο. πυθόμενοι γὰρ Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐκ τῶν Ἀλκμαιωνιδέων ἐς τὸν Πυθίην μεμηχανημένα, καὶ τὰ ἐκ τοῦ Πυθίης

confectum. Idque factum mulierum visum esse Athenienſibus ipſa clade triſtius. in quas quum alia ratione animadvertere non poſſent, veſtem illarum in ladem mutaverunt. nam antea Doridem veſtem gerebant Atticæ fœminæ, ſimillimam Corinthiæ. eam itaque mutaverunt in lineam, ne fibulis uterentur. 1 Quanquam revera ſi ratione utamur, non Ias olim veſtis fuit, ſed Caira. quoniam omnis priſca veſtis fœminarum Græcarum eadem erat quæ nunc, quam Doridem appellamus. Præterea Argivi & Æginetæ idem adhuc factitant. apud quorum utroſque mos eſt fibulas faciendi ſeſcuplas menſura quàm tunc conſueverat: quas præcipuæ fœminæ eorum templis deorum conſecrare ſolent, neque aliud quicquam Atticum illic offerre, ne urceum quidem, ſed ex ollis gentilibus in poſterum ibidem potare. Eoque contentionis proceſſere Argivæ atque Æginæ mulieres cum Atticis, ut ad meam uſque ætatem fibulas geſtaverint quam antea grandiores. Odiorum principium Æginetarum in Athenienſes hoc, quemadmodum commemoratum eſt, extitit. Cujus rei circa ſtatuas geſtæ memoriam retinentes, libenter Thebanorum rogatu auxilium tulere Bœotiis Æginetæ. Qui quum maritima Atticæ vaſtarent, Athenienſeſque adverſus Æginam expeditionem inirent, advenit è Delphis oraculum, ut ab Æginetis lædendis triginta annos abſtinerent, triceſimo anno, quum ſanum Æaco dicaſſent, bellum cum Æginetis inchoarent, ad votum eis re ſucceſſura. Sin bellum continuo inferrent, fore ut interea multa detrimenta acciperent & inferrent, ſed ad extremum illos 2 ſubigerent. Hoc oraculum ad ſe Athenienſes allatum ubi audiere, eatenus ei obtemperandum cenſuerunt ut Æaco fanum dicarent, quod nunc in foro extructum viſitur: 3 ſed triginta annis non eſſe abſtinendum, quod videlicet audiſſent eſſe fatale, multa ſe paſſuros indigna ab Æginetis, ſi bello abſtinerent. His tamen ad ulciſcendum ſe parantibus, Lacedæmonium factum extitit impedimento. Siquidem Lacedæmonii, audito commento Alcmæonidarum erga Pythiam, & quæ egiſſet Pythia

LXXXVIII

LXXXIX

XC

1 Ut tamen verum fateamur, non Ionica eſt hæc veſtis ab antiqua origine, ſed Caira. omnis enim priſca veſtis Græcarum mulierum eadem erat cum illa quam nunc Doricam appellamus. At vero Argivis & Æginetis hac de cauſa conſuetudinem iſtam invaluiſſe *aiunt*, ut fibulæ fiant menſuræ ſeſcupſo majoris quam quæ tum recepta erat. quin etiam mulieres apud eos templo deorum fibulas præcipue conſecrare, *vel, fibulas pro donariis offerre*: Atticum vero, nihil, ac ne laterem quidem, templo offerre: atque adeo ut ibi ex urceis ſuæ patriæ potarent, more poſtea receptum fuiſſe. *Animadvertendum eſt autem, in Græco textu interpunctionem quæ eſt poſt ποιῆσαι, inde tranſlatam ponendam eſſe poſt εἶναι, ut ſit,* "τι τόδε ποιήσαι νόμον εἶναι. 2 *Vel potius.* Ipſi ſubigerentur. 3 Sed annos triginta non abſtinuerunt, *vel, ſuperſederunt*, quum audiſſent ſibi eſſe abſtinendum, paſſis hoſtilia ab Æginetis. His tamen ad ulc.

in ipſos

in ipſos atque Piſiſtratidas, duplicem ſe jacturam feciſſe animadvertebant: quod & ſuos hoſpites è patria ejeciſſent, & nulla ſibi ex hoc facto gratia ab Athenienſibus haberetur. Præterea oraculis urgebantur, denunciantibus multa ipſis & 1 indigna ex Athenienſibus futura, quorum antehac ſecuri fuiſſent, præſertim ex eo quod à Cleomene Spartam reverſo didicerant. Etenim Cleomenes potitus eſt ex arce Athenienſium oraculis quæ à Piſiſtratidis prius poſſeſſa, quum illi expellerentur, 2 relicta fuerant in templo. Ea Lacedæmonii ubi per Cleomenem accepere, & animadvertebant Athenienſes augeſcentes, nec ad ipſis obtemperandum ullo modo eſſe animatos: præterea genus Atticum quod ſub tyrannis fuiſſet infirmum, & ad parendum promptum, nunc parta libertate ipſis par exiſtere: hæc omnia conſiderantes, accerſierunt Hippiam Piſiſtrati à Sigeo Helleſponti, quo Piſiſtratidæ confugerant. Poſtquam Hippias accerſitus adfuit, accitis etiam aliorum ſociorum nunciis, ita Spartiatæ apud eos verba fecere, 3 Agnoſcimus viri ſocii, nos haud recte egiſſe, qui ementitis oraculis inducti, viros qui erant noſtri in primis hoſpites, 4 quique in animum inducebant præbere nobis Athenas obnoxias, è patria ejecimus. & quum hæc fecerimus, tamen ingrato populo urbem tradidimus: qui poſteaquam per nos 5 liberatus, deſpexit nos, pariter ac regem noſtrum per dedecus detrimentumque ejecit: inflatuſque ſuperbe, famam auget, præcipue quidem Bœotos ſuos finitimos atque Chalcidenſes didiciſſe qui ipſi ſint: ſed fore fortaſſis ut alius quis, ſi peccaverit, idem diſcat. Quare, quoniam in illis agendis peccavimus, nunc demus operam ut illuc una vobiſcum euntes, ſupplicium de illis ſumamus. Hac enim de cauſa Hippiam & vos è ſua quoſque urbe accerſivimus, ut publico conſenſu & communi exercitu reducentes hunc Athenas, reddamus ei
XCII quæ abſtulimus. Hæc Spartiatæ. Quæ quum alii ſocii non probarent, quumque

ἐπὶ σφέας τε καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας, συμφορὴν ἐποιεῦντο διπλῆν, ὅτι τε ἄνδρας ξείνους σφι ἐόντας ἐξελελάκεσαν ἐκ τῆς ἑωυτῶν, καὶ ὅτι ταῦτα ποιήσασι χάρις οὐδεμία ἐφαίνετο πρὸς τῶν Ἀθηναίων. ἔτι τε πρὸς τούτοισι ἐκῆνον σφέας οἱ χρησμοί, λέγοντες πολλά τε καὶ ἀνάρσια ἔσεσθαι αὐτοῖσι ἐξ Ἀθηναίων, τῷ πρότερον μὲν ἦσαν ἀδαέες, τότε δέ, Κλεομένεος κομισαμένου ἐς Σπάρτην, ἐξέμαθον. ἐκτήσατο δὲ ὁ Κλεομένης ἐκ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλιος τοὺς χρησμούς, τοὺς ἐκέετο πρότερον μὲν οἱ Πεισιστρατίδαι, ἐξελαυνόμενοι δὲ ἔλιπον ἐν τῷ ἱρῷ· καταλειφθέντας δὲ ὁ Κλεομένης ἀνέλαβε. Τότε δὴ ὡς ἀνέλαβον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς χρησμούς, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐώρων αὐξομένους, καὶ ἐδαμῶς ἑτοίμους ἐόντας πειθαρχέειν σφι, νόῳ λαβόντες ὡς ἐλεύθερον μὲν ἐὸν τὸ πλῆθος τὸ Ἀττικὸν, ἰσόρροπον τῷ ἑωυτῶν ἂν γένοιτο, κατεχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος, ἀδρανές, καὶ πειθαρχέεσθαι ἑτοῖμον· μανθάνοντες ταῦτεόν ἔκαζε, μετεπέμποντο Ἱππίην τὸν Πεισιστράτου ἀπὸ Σιγείου τοῦ ἐν Ἑλλησπόντῳ, ἐς ὃ καταφύγοισι οἱ Πεισιστρατίδαι. ἐπεί τε δὲ σφι Ἱππίης καλεόμενος ἦκε, μεταπεμψάμενοι καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων ἀγγέλους, ἔλεγον σφι Σπαρτιῆται τάδε, Ἄνδρες σύμμαχοι, συγγινώσκομέν τε αὐτοῖσι ἡμῖν καὶ πιήσασι ὀρθῶς. ἐπαρθέντες γὰρ κιβδήλοισι μαντηίοισι, ἄνδρας ξείνους ἐόντας ἡμῖν παμφλίσα, καὶ ἀναδεκομένους ὑποχειρίας παρέξειν τοὺς Ἀθήνας, τούτους ἐκ τῆς πατρίδος ἐξηλάσαμεν, καὶ ἔπειτα ποιήσαντες ταῦτα, δήμῳ ἀχαρίστῳ παρεδώκαμεν τὴν πόλιν· ὃς ἐπεί τε δὴ ἡμέας ἐλευθερωθέντας ἀνέκτησε, ἡμέας μὲν καὶ τὸν βασιλέα ἡμέων ὠνείδεισας ἐξέβαλε, δόξαν δὲ φύσας αὐξάνεται ὥστε ἐκμεμαθήκασι μάλιστα μὲν οἱ περίοικοι αὐτέων Βοιωτοὶ καὶ Χαλκιδέες, τάχα δέ τις καὶ ἄλλος ἐκμαθήσεται ἁμαρτών. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνα ποιήσαντες ἡμάρτομεν, νῦν πειρησόμεθά σφεας ἅμα ὑμῖν ἀπικόμενοι τίσασθαι. αὐτός" δὴ δὴ τοῦδε εἵνεκα τόνδέ τε Ἱππίην μετεπεμψάμεθα καὶ ὑμέας ἀπὸ τῶν πολίων, ἵνα κοινῷ τε λόγῳ καὶ κοινῷ σόλῳ ἐσαγαγόντες αὐτὸν ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀποδῶμεν τὰ ἀπελόμεθα. Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον· τῶν δὲ συμμάχων τὸ πλῆθος οὐκ ἐνεδέκετο τοὺς λόγους· οἱ μὲν νυν ἄλλοι

202

τοῦτο εἶνεκεν γὰρ

1 Hoſtilia, *vel*, *atrocia*, ab Athen. fut. quorum *oraculorum* antea quidem ignari fuerant, tum vero cognita habuerant, quum Cleomenes ea Spartam attuliſſet. iis enim potitus eſt ex Athenienſium arce oraculis quæ &c. *ut τῶν πρότερον referat χρησμῶν.* 2 In templo reliquerant: relicta autem Piſiſtratus acceperat. Lacedæmonii igitur, quum hæc oracula in eorum manus perveniſſent, Athenienſium potentiam creſcere & ad parendum ipſorum imperio nullo modo animatos eſſe videntes, quum apud ſe conſideraſſent, gentem Atticam tantiſper dum libertate potiretur, *vel ſui juris eſſet*, viribus parem ſuæ eſſe futuram, at ſi tyrannide coerceretur, infirmam & ad imperata faciendum fore promptam: hæc, *inquam*, omnia quum animadvertiſſent, accerſiverunt Hipp. 3 Conſcii nobis ſumus nos haud rect. 4 Quique ſe Athenas in poteſtatem noſtram redacturos receperant. 5 Liberatus, animo erigi cœpit, nos regemque noſtrum per contumeliam ejecit: atque adeo ſuperbe inflatus, ſuam potentiam auget: ut & jam didicerunt potiſſimum quidem finitimi eorum Bœoti & Chalcid, diſcet vero fortaſſe & alius quem peccare contigerit. *i. non cauti ſe erga illos gerere. Quod tamen poteſt aliter etiam exponi, ſicut & illud δόξαν φύσας.*

ἡσυχίλου

Σωκλέης Ἠσυχίῳ ἦεν· Κορίνθιοι δ' " Σωσικλέης
" ἔλεξε τάδε, Ἢ δὴ ὅτε ὁ ἠέρνος ἔσαι ἔνερ-
" θε τῆς γῆς, καὶ ἡ γῆ μετέωρος ὑπὸ τοῦ
" ἠέρος, καὶ οἱ ἄνθρωποι νομὸν ἐν θαλάσσῃ
" ἕξουσι, καὶ οἱ ἰχθύες τὸν πρότερον ἄνθρω-
" ποι, ὅτε ὑμεῖς ὦ Λακεδαιμόνιοι ἰσονομίας
" καταλύοντες, τυραννίδας ἐς τὰς
" πόλιας καταγειν φράσσεσθε. τοῦ
" ὅτε ἀδικώτερον οὐδὲν ἔστι κατ' ἀνθρώπους,
" ὅτε μαφορώτερον. εἰ γὰρ δὴ τοῦτό γε δε-
" κέοι ὑμῖν εἶναι χρηστὸν, ὥστε τυραννεύεσθαι
" τὰς πόλιας, αὐτοὶ πρῶτοι τύραννον κα-
" τασησάμενοι φράσσεσθε αὐτοῖσι, ὕτω καὶ
" τοῖσι ἄλλοισι δίζεσθε κατιστάναι· νῦν δὲ,
" αὐτοὶ ἄπειροι ἐόντες τυράννων, καὶ φυλά-
" σσοντες δεινότατα τοῦτο ἐν τῇ Σπάρτῃ
" μὴ γένηται, φράσσεσθε ἐς τοὺς Συμμάχους.
" εἰ δὲ αὖτε ἔμπειροι ἔατε κατάπερ ἡμεῖς,
" εἴχετε ἂν φρὶ αὖτε γνώμας ἀμείνονας
" συμβάλλεσθαι ἢ περ νῦν. Κορινθίοισι γὰρ
" ἓν πόλιος κατάστασις τοιήδε. ἓν ὀλιγαρ-
" χίη, καὶ ἔτι Βακχιάδαι καλεόμενοι ἔνε-
" μον τὴν πόλιν· ἐδίδοσαν δὲ καὶ ἤγοντο ἐξ
" ἀλλήλων. Ἀμφίονι δὲ ἐόντι τυτέων τῷ
" ἀνδρῶν, γίνεται θυγάτηρ χωλή· ἔνομα δέ
" οἱ ἓν Λάβδα. ταύτην (Βακχιαδέων γὰρ
" ἐόντες ἤθελε γῆμαι) ἴσχει Ἠετίων ὁ Ἐχε-
" κράτεος· δήμου μὲν ἐὼν Πέτρης ἐών, ἀταρ
" τὰ ἀνέκαθεν Λαπίθης τε καὶ Καινίδης. ἐκ
" δὲ οἱ ταύτης γυναικὸς, ἐὸν ἐξ ἄλλης,
" παῖδες ἐγίνοντο· ἐσάλην ὧν ἐς Δελφοὺς
" φρὶ χόνυ. ἐσιόντα δὲ αὐτὸν, ἰθέως ἡ Πυ-
" θίη προσαγορεύει τοῖσιδε τοῖσι ἔπεσι,
" Ἠετίων, ἔτις σε τίει πολύπιτνα ἑόντα.
" Λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοίτροχον ἐν δ'
" πεσεῖται
" Ἀνδράσι μυναρχοισι, δικαιώσει δὲ Κό-
" ρινθον.
" ταῦτα χρηθέντα τῷ Ἠετίωνι, ἐξαγγέλ-
" λεται κως τοῖσι Βακχιάδῃσι, τοῖσι τὸ μὲν
" πρότερον ἠνόμωνον χρηστήριον ἐς Κόρι-
" νθον ἓν ἄσημον, φέρον τε ἐς ὠυτοὺς καὶ τὸ τοῦ
" Ἠετίωνος, καὶ λέγον ὧδε,
" Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει. τέξει δὲ λέοντα
203 " Καρτερὸν, ὠμηστήν· πολλῶν δ' ὑπὸ
" γούνατα λύσει.
" Ταῦτά νυν εὖ φράζεσθε Κορίνθιοι, οἱ περὶ καλλιὼ
" Πειρήνην οἰκεῖτε καὶ ὀφρυόεντα Κόρινθον.

silentium tenerent, Corinthius Soſicles ita loquutus eſt, 1 Eo tempore cœlum ſub terra, ac terra ſuperior cœlo erit, hominesque domicilium in mari habebunt, quo tempore vos Lacedæmonii rebus publicis everſis, tyrannides in urbes introducere conabimini. quibus nihil eſt in rebus humanis neque injuſtius, neque magis mortiferum. Quod ſi bonum vobis videtur civitates ſubeſſe tyrannidi, ipſi vobis primi tyrannum conſtituite, atque ita ut aliis conſtituatis operam date. At nunc ipſi tyrannorum expertes, & ne id in Sparta contingat vehementiſſime caventes, hoc in ſocios ſtudetis efficere: qui ſi eſſetis, ut nos ſumus, experti, meliorem quam nunc facitis, de hac re 2 ſententiam diceretis. Nam iſta res apud Corinthios civitatis perturbatio fuit. quum eſſet apud eos paucorum regimen: & ii qui Bacchiadæ vocabantur, urbem incolerent, ultro citroque inter eos matrimonia contrahebantur. Horum uni nomine Amphioni nata eſt filia clauda, cui nomen erat Labda: quam quoniam nemo Bacchiadarum ducere volebat, duxit Eetion Echecratis filius, è Petra quidem tribu, ſed oriundus à Lapithe ac Cæneo. Qui quum neque ex hac muliere, neque ex alia tolleret liberos, miſſus eſt Delphos ad conſulendum de prole. eum introeuntem ſtatim Pythia his verſibus compellavit,

Eetion, te nemo (licet ſis tantus) honorat.
Conceptum pariet ſaxum grave Labda, monarchos
3 *Qui cadet in cives, emendabitque Corinthum.*

4 Hoc oraculum quod Eetioni redditum eſt, eôdem tendebat quo alterum antea Bacchiadis redditum, haud prius intellectum quam hoc renunciatum eſt in hæc verba,

Concipit in petris aquila, enixura leonem
Robuſtum, ſævum, genua & qui multa reſolvet.
Hæc bene nunc animis verſate Corinthia proles,
Qui colitis pulchram 5 *Pallenem, altamque Corinthum.*

1 Nunc profecto cœlum ſub terra erit, terraque cœlo ſupereminebit, homines mare incolent, piſces domicilium prius hominum accipient, quum vos Laced. reb. pub. everſ. t. in urbes reducere conemini. quibus nihil in reb. hum. nec magis injuſtum eſt, nec magis ſanguinarium. *Perinde acſi diceret cum poeta, Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt, Parſque ſuum mundi nulla tenebit iter. Omnia jam fient fieri quæ poſſe negabam: quum vos Laced. adeo mutati ſitis ut &c. Sed legendum* ἢ δὴ ὅ, τε ἠρανὸς &c. 2 Sententiam proponeretis. Talis erat Corinthiis urbis ſtatus, ut penes paucos imperium eſſet. Quum igitur ii qui Bacchiadæ cognominabantur, civitatis gubernacula tenerent, & ultro citroque matrimonia inter ſe contraherent, contigit ut uni ex his, qui Amphion vocabatur, filia naſceretur quæ clauda eſſet, nomine Labda. Eam quod nullus Bacchiadarum ducere vellet, duxit Eetion &c. 3 Quod cadet. *neque enim videtur poſſe alio referri* πεσεῖται quam ad ὀλοίτροχον. 4 Hæc oraculum Eetioni reſpondiſſe, Bacchiadis renunciatur, qui quod prius editum de Corintho fuerat oraculum non intelligebant, quum eôdem quo & illud Eetioni redditum, pertineret. 5 Pirenem,

1 Id ora-

3 1 Id oraculum quum ad eam diem fuisset indeprehensum, simulatque ex hoc Eetionis patuit eodem utrumque pertinere, silentio suppressere, animo futurum Eetionis filium extinguendi. Et ut primum mulier enixa est, miserunt è suo numero decem viros ad tribum in qua habitabat Eetion, qui puerum extinguerent. Illi, postquam ad Petram pervenere, & ad Eetionis atrium accessere, puerum petunt. Labda cur venissent ignara, 2 paternæque benevolentiæ causa venisse eos rata, affert filium, & in unius eorum manum porrigit. erat autem inter viam constitutum, ut qui primus eorum puerum cepisset, is humi illum allideret. Verum divina quadam fortuna puer ei viro cui à Labda traditus erat, arrisit. quam rem illi consideranti miserato subiit pueri occidendi. Sic misertus alteri tradidit, & ille tertio, atque ita deinceps per manus traditus infans, per omnes decem transiit: ac nemine interimere volente, rursus matri est redditus. Illi egressi atque ante januam stantes, alius alium incusabant castigabantque, sed primum præcipue, qui ex convento non fecisset: donec interjecto temporis spatio placitum est ut rursus introgressi omnes
4 fierent participes cædis. Sed necesse erat ex Eetionis stirpe germinari Corintho perniciem. nam Labda stans pro foribus, hæc omnia exaudiebat: eoque metuens ne illi immutata voluntate acceptum rursus puerum interimerent, asportavit, & in mensura frumentaria occuluit: qui locus visus est minime investigabilis, quum sciret, illos, si redirent ad investigandum puerum, omnia scrutaturos: ut & contigit. nam introgressis & scrutantibus ubi non apparuit, visum est eis abeundum, atque iis à quibus missi essent, dicendum se cuncta quæ illi mandassent perpetrasse: atque
5 ita reversi dixerunt. Post hæc Eetionis filio crescenti impositum est nomen Cypselo, ob periculum hoc quod devitaverat in cypsela, *id est*, *mensura frumentaria*. Ubi autem in virilem adolevit ætatem, consulenti oraculum Delphis, anceps est redditum, quo fretus Corinthum aggressus occupavit. oraculum autem hoc erat,

Vir locuples nostras hic qui descendit ad ædes

τῦτο μὲ δὴ τοῖσι Βακχιάδῃσι πρότερον
ἠμόμυον, ἰὼ ἀτέκμαρτον· τότε ὦ τῷ
Ἠετίωνι ἠμόμυον ὡς ἐπυθόντο, αὐτίκα
κὴ τοπρότερον σωπῆσαν, ἐὸν συνῳδὸν τῷ
Ἠετίωνος. συνέντες ὦ κὴ τῦτο, εἶχον ἐν ἡ-
συχίῃ, ἐβούλοντες τ' μέλλοντα Ἠετίωνι γε-
νέσθαι γόνον ἀμαφθεῖραι. ὡς δ' ἔτεκε ἡ γυνὴ,
τάχιστα πέμπυσι σφέων αὐτέων δέκα ἐς
τὸν δῆμον ἐν τῷ καλοίκυτο Ἠετίων, ἀπο-
10 κλησόμενοι τὸ παιδίον. ἀπικόμυοι ὦ ἔτυχε
ἐς τὠυτὸ πέτρῳ, κὴ παρελθόντες ἐς τὠυτὸ
αὐλείῳ τῦ Ἠετίωνος, αἴτεον τὸ παιδίον·
ἡ ὦ Λάβδα, εἰδυῖά τε οὐδὲν τῷ εἵνεκα ἐκεῖ-
νοι ἀπικοίατο, κὴ δοκέουσά σφεας φιλοφρο-
σύμης τῦ πατρὸς εἵνεκα αἰτέειν, φέρυσα
ἐνεχείρισε αὐτέων ἑνί. τοῖσι δὲ ἄρα ἐβε-
βούλυτο κατ' ὁδὸν, τὸν πρῶτον αὐτέων
λαβόντα τὸ παιδίον περσυδῆσαι. ἐπεί τε
ὧν ἔδωκε φέρυσα ἡ Λάβδα, τὸν λαβόντα
20 τῷ ἀνδρῶν θείῃ τύχῃ περσιῆλασε τὸ
παιδίον. κὴ τ', φεραδέντα τῦτο, οἰκλός τις
ἴσχει ἀποκλεῖναι. κατοικλείρας ὦ ὠθίζε-
δοῖ τῷ δευτέρῳ· ὁ ὦ, τῷ τρίτῳ. ὕτω δὴ
διεξῆλθε διὰ πάντων τῷ δέκα ὠθιζε-
δοῦμυον, ἐδενὸς βυλομένυ διεργάσασθαι.
ἀποδόντες ὧν ὀπίσω τῇ τεκύσῃ τὸ παιδίον,
κὴ ἐξελθόντες ἔξω, ἑστεῶτες ἐπὶ τ' θυρέων,
qui & ipſe erat ex inſequentibus Iones qui adverſus Sardis militaverant) ad Propontidem converſus cepit Cion Myſiam. Hac expugnata, audiens Dauriſcum relicto Helleſponto tendere adverſus Cariam, omiſſa Propontide, in Helleſpontum duxit exercitum, cepitque Æoles omnes qui oram Iliadem incolunt. cepit item Gergithas 1 qui à priſcis Teucris relicti fuerant. Et ipſe quidem Hymees, quum has gentes cepiſſet, morbo deceſſit Troade: & hic quidem ita mortem obiit. Artaphernes autem CXXIII Sardium præfectus, & Otanes tertius dux, adverſus Ioniam confinemque Æolidem delecti imperatores, cepere ex Ionia quidem Clazomenas, ex Æolia vero Cumam. Quibus oppidis captis Ariſtagoras Mileſius, ubi hoc accepit, non CXXIV erat compos mentis, ut qui perturbaſſet Ioniam, & magna negocia confudiſſet. Itaque cernens hæc, ubi conſtitit ei rem effici non poſſe, nec Darium rege ſuperari, de fugiendo deliberabat, convocatiſque ſuæ factionis hominibus, 2 conſulebat ſatius fore eis, ſi Mileto expellerentur, in ſeptentrionalia loca aliqua profugere, ducentes coloniam vel in Sardiniam, vel in Myrcinum Edonum, quam Hiſtiæus, à Dario ea donatus, mœnibus ſtruxerat. Hæc Ariſtagoras percontabatur. Verum Hecatæus He- CXXV geſandri filius, 3 vir logopœos, negabat coloniam alterutrò deducendam: ſed, ſi Mileto ejicerentur, mœnia in Lero inſula ædificanda, atque illic quieſcendum: deinde illinc Miletum eſſe remeandum. Hoc conſulebat Hecatæus. Sed Ariſtagoras, cujus ſententia præci- CXXVI pue erat abeundi in Myrcinum, demandata 4 Mileto Pythagoræ filio viro inter populares probato procuratione Mileti, ipſe ſumptis ſecum omnibus voluntariis in Thraciam navigavit, regionemque obtinuit ad quam conceſſerat. Ex ea profectus, dum urbem obſidet, tam ipſe quam ejus exercitus à Thracibus, tametſi illinc accepta fide excedere volentibus, interemptus eſt.

ἐφάνη

1 Qui ex priſcis T. rel. fuerant, *vel, remanſerant.* 2 *Cum eis* deliberabat, ſatius eſſe dicens perfugium aliquod ſe habere, ſi forte Mileto expellerentur. anne igitur ſe coloniam in Sard. an in Myrc. Edonorum ducere oporteret, quam Hiſt. *ubi autem Valla ſua illa ſeptentrionalia loca invenerit non video, niſi ex ὑπάρχον fecerit ὑπάρκτιον.* 3 Hiſtoricus, 4 *Mirum ſi Valla ita ſcriptum reliquit, ut Miletus viri illius ſit nomen, quum in noſtris exempl. ſit duntaxat Pythagoræ.*

HERODOTI
HALICARNASSEI
HISTORIARUM
Liber sextus, qui inscribitur
ERATO.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ
ΤΟΥ
ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ Ε΄ΚΤΗ,
ὑπογεαφομένη
ΕΡΑΤΩ΄.

I ARISTAGORAS quidem Ionicæ rebellionis author ita oppetiit. Histiæus autem Mileti tyrannus, 1 à Dario commeatum adeptus, Sardis venit. eo quum venisset è Susis, interrogatus est ab Artapherne Sardium præfecto, quidnam ei videretur Iones ad rebellandum induxisse: & quum negaret se id scire, quinimo mirari quod actum esset, tanquam ejus rei prorsus ignarus, 2 Artaphernes, qui eum fuisse artificem comperisset, id ipsum intuens, inquit, Histiæe, sic res hæc se habet, Hunc calceum tu quidem consuisti, II Aristagoras autem sibi induit. Hoc Artaphernes ad rebellionem pertinens dixit: quem Histiæus, tanquam rei gnarum, veritus, prima statim nocte fuga se ad mare proripuit, 3 regem Darium frustratus, cui Sardiniam insulam maximam in illius potestatem redacturum se pollicitus, subiit primas partes Ionici belli adversus Darium gerendi. Is quum in Chium transmisisset, à Chiis in vincula conjectus est, 4 exploratum habentibus eum à Dario illuc isse ad res novas moliendas: sed ubi omnem cognovere rationem, quod regi hostis esset hominem solverunt. III Ibi interrogatus Histiæus ab Ionibus cur ita prompte Aristagoræ ut à rege deficeret 5 delegasset, & tanta clade Iones affecisset, 6 non dixit causam penes illos merito fuisse, sed regem Darium constituisse, Phœnices è sedibus suis amotos in Ioniam transferre, & Iones in Phœnicem, & hac causa literas ea de re se misisse. *Quibus verbis*, 7 quum nihil omnino rex constituisset, ipse Iones terrefaciebat. IV Post hæc ad Persas qui Sardibus erant,

Ἀ'ΡΙΣΤΑΓΟ'ΡΗΣ μὲν ὦν Ἰωνίλω ἀποσήσας, ὥστε πλουτᾷ. Ἱστιαῖος ὁ Μιλήτου τύραννος μεμεπτμένος ὑπὸ Δαρείου, παρῆν ἐς Σάρδις. ἀπιγμένον δὲ αὐτὸν ἐκ τῶν Σούσων, εἴρετο Ἀρταφέρνης ὁ Σαρδίων ὕπαρχος, τί ποτὲ ἄρα τοιοῦτον δοκέει Ἴωνας ἀπεστάναι. ὁ δὲ ὡς εἰδέναι ἔφη, ἐθωυμάζε τε τὸ γεγονός, ὡς οὐδὲν δοκέοντα τῶν παρεόντων πρηγμάτων ὑπεστάμενος. ὁ δὲ Ἀρταφέρνης ὁρέων αὐτὸν τεχνάζοντα, εἶπε, εἰδὼς τὸ ἀτρεκέα τῆς ἀποστάσιος, Οὕτω τοι Ἱστιαῖε ἔχει· τὰ ταῦτα τὸ πρήγματα· τόδε τὸ ὑποδημα ἔρραψας μὲν σύ, ὑπεδήσατο δὲ ὁ Ἀρισταγόρης. Ἀρταφέρνης μὲν ταῦτα ἐς τὸ ἀπόστασιν ἔχοντα εἶπε· Ἱστιαῖος δέ, δείσας ὡς σωτέοντα Ἀρταφέρνεα, ὑπὸ τὸ πρώτιον ἐπελθοῦσαν νύκτα ἀπέδρη ὑπὸ θάλασσαν, βασιλέα Δαρεῖον ἐξαπατήσων· ὃς Σαρδοῦ νῆσον τὸ μέγιστον ὑποδεξάμενος κατεργάσατο, ὑπέστρωσε δὲ τὸν Ἰώνων τὸ ἡγεμονίῃ τῇ πρὸς Δαρεῖον πολέμῳ. διαβὰς δὲ ἐς Χίον, ἐδέδητο ὑπὸ Χίων, καταγνωσθεὶς ὑπ' αὐτέων νεώτερα πρήσσειν πρήγματα ἐς ἑωυτὸν ἐκ Δαρείου. μαθόντες δὲ μύστοι οἱ Χῖοι τὸν πάντα λόγον, ὡς πολέμιον εἴη βασιλέϊ, ἔλυσαν αὐτόν. Ἐνθαῦτα δὴ εἰρωτεώμενον ὑπὸ τῶν Ἰώνων ὁ Ἱστιαῖος κατὰ περὶ μὲν ὧν τὸν ἐπέστειλε τῷ Ἀρισταγόρῃ ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλῆος, καὶ κακὸν τοσοῦτον εἴη Ἴωνας ἐξεργασμένος. τῷ μὲν ἡγεομένῳ αὐτοῖσι αἰτίῳ οὐ μάλα ἐξέφαινε, ὁ δὲ ἔλεγέ σφι, ὡς βασιλεὺς Δαρεῖος ἐβουλεύσατο Φοίνικας μὲν ἐξαναστήσας, ἐν τῇ Ἰωνίῃ κατοικίσαι, Ἴωνας δὲ, ἐν τῇ Φοινίκῃ· καὶ τουτέων εἵνεκα ὑπεστείλατο. οὐδέ τι πάντως ταῦτα βασιλεὺς βουλευσαμένου, ἐδεήθη τοὺς Ἴωνας. Μετὰ δὲ, ὁ Ἱστιαῖος δὶ ἀγγέλου ποιεύμενος Ἑρμίππου, ἀνδρὸς Ἀταρνείτεω, τοῖσι ἐν Σάρδισι ἔθεσι Περσέων

1 A Dario dimissus, 2 Artaphernes illum astute respondere videns, dixit, ut qui veram defectionis causam compertam haberet. 3 Rege Dario decepto, in cujus potest. quum Sard. inf. max. se redacturum esset pollicitus, subiit pr. 4 Judicantibus. *vel*, *Existimantibus.* 5 Per literas, *vel per nuncios* suasisset, *aut imperasset.* 6 Veram causam illis minime exposuit, 7 Quum rex hæc *facere* minime deliberasset,

ἔπεμπε

ἔπεμπε βιβλία, ὡς περιελεχθησομένων αὐτῷ ἀπιστίων. ὁ δὲ Ἑρμιππος πρὸς τὰς μὲ ἀπεπέμφθη, οὐ διδοῖ, φέρων δὲ διεχείρισε τὰ βιβλία Ἀρταφέρνεϊ. ὁ δὲ, μαθὼν ἅπαν τὸ γινόμενον, ἐκέλευε τὸν Ἑρμιππον τὰ μὲ πρὸς τοῦ Ἰσιαίου, δῆναι φέροντα τοιάδε ἔφερε, τὰ δὲ ἀμοιβαῖα τὰ πρὸς τῆς Περσέων ἀντιπεμπόμενα Ἰσιαίῳ, ἐωυτῷ δῆναι. τουτέων δὲ γνωμένων φανερῶν, ἀπέκτεινε ἀνθαῦτα πολλοὺς Περσέων ὁ Ἀρταφέρνης. Περὶ Σάρδις μὲ δὴ ἐγένετο ταραχή. Ἰσιαῖον δὲ, ταύτης ἀπασφαλείσης τῆς ἐλπίδος, Χίοι κατῆγον ἐς Μίλητον, αὐτοῦ Ἰσιαίου δεηθέντος. οἱ δὲ Μιλήσιοι ἄσμενοι ἀπαλλαχθέντες τὸν Ἀρισταγόρεω, ἐδαμῶς πρόθυμοι ἦσαν ἄλλον τύραννον δέκεσθαι ἐς τὸν χῶρον, οἷα ἐλευθερίης γευσάμενοι. καὶ δὴ (νυκτὸς γὰρ ἔβησε βὴν ἐπειρᾶτο κατιὼν ὁ Ἰσιαῖος ἐς τὸν Μίλητον) τιτρώσκεται τὸν μηρὸν ὑπό τευ τῶν Μιλησίων. ὁ μὲ δὴ 212
ὡς ἅπασος ἐκ τῆς ἐωυτοῦ γίνεται, ἀπικνέεται ὀπίσω ἐς τὴν Χίον. ἐνθεῦτεν δὲ (οὐ γὰρ ἔπειθε τοὺς Χίους ὥστε ἐωυτῷ δῆναι νέας) διέβη ἐς Μιτυλήνην, καὶ ἔπεισε Λεσβίους δῆναί οἱ νέας. οἱ δὲ, πληρώσαντες ὀκτὼ τριήρεας, ἔπλεον ἅμα Ἰσιαίῳ ἐς Βυζάντιον. ἐνθαῦτα δὲ ἱζόμενοι, τὰς ἐκ τοῦ Πόντου ἐκπλώσας τῶν νεῶν ἐλάμβανον, πλὴν ἢ ὅσοι αὐτέων Ἰσιαίῳ ἔφασαν ἑτοῖμοι εἶναι πείθεσθαι. Ἰσιαῖος μὲν νυν καὶ Μιτυληναῖοι ἐποίευν ταῦτα. ὅπως δὲ Μίλητον αὐτίκα ναυτικὸς πολλὸς καὶ πεζὸς ἐν στόμασι προσδόκιμος. συστάντες γὰρ οἱ στρατηγοὶ τῶν Περσέων, καὶ ἐν πτερύγεσι στησάμενοι, ἤλαυνον ὅπη τὸν Μίλητον, πάντα πολίσματα τὰ ἐλάσσονα ποιησάμενοι. τῷ δὲ ναυτικῷ Φοίνικες μὲν ἔσαν προθυμότατοι, σωιζόμενοι δὲ καὶ Κύπριοι, νεωστὶ καταστραμμένοι, καὶ Κίλικές τε καὶ Αἰγύπτιοι. οἱ μὲν δὴ ὅπη τὸν Μίλητον καὶ τὰ ἄλλα Ἰωνίδα ἐστρατόδυντο. Ἴωνες δὲ, πυθόμενοι ταῦτα, ἔπεμπον πρόβουλους σφέων αὐτέων ἐς Πανιώνιον· ἀπικομένοισι δὲ τούτοισι ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, καὶ βουλομένοισι, ἔδοξε πεζὸν μὲν στρατὸν μηδένα συλλέγειν ἀντίξοον Πέρσῃσι, ἀλλ' ἐκ τείχεος· ὡς δυνατῶν ῥύεσθαι αὐτὸς Μιλησίους· τὸ δὲ ναυτικὸν πληρῶν, ὑπολειπομένους μηδεμίλλῳ τῶν νεῶν. πληρώσαντάς δὲ, συλλέγεσθαι τὸν ταχίστην ἐς Λάδην, περιναυμαχήσοντας Μιλήτῳ. ἡ δὲ Λάδη, ἔστι νῆσος μικρὴ ὅπη τῇ πόλι τῇ Μιλησίων κειμένη. Μετὰ δὲ ταῦτα, πεπληρωμένοισι τῇσι νηυσὶ παρῆσαν οἱ Ἴωνες. σὺν δὲ σφι, καὶ Αἰολέων ὅσοι τὸν Αἰολίδα γῆν νέμονται.

literas dat, tanquan ſecum antea de rebellione colloquutos: quas literas fecit per nuncium quendam Hermippum Atarniteum. Eas Hermippus non iis ad quos dabantur reddidit, ſed Artaphernι. Ille, omnibus quæ agebantur cognitis, jubet Hermippum & eas reddere quibus Hiſtiæus mittebat, & quæ viciſſim à Perſis ad Hiſtiæum reſponderentur, ſibi dare. Ita rebus palam factis, Artaphernes de multis Perſarum ſupplicium ſumpſit. Et Sardibus quidem tumultus extitit: Hiſtiæus autem hac ſpe lapſus, exoratis Chiis, Miletum reductus eſt. Sed Mileſii, libenter etiam Ariſtagora liberati, nullo pacto animum inducebant ad alium tyrannum illuc recipiendum, utpote guſtata libertate. 1 Hiſtiæus ſub noctem conatus introire Miletum, à quodam Mileſio in femore vulneratus eſt. Ita rejectus à patria ſua, rurſus ſe recepit in Chium: atque illinc, quoniam Chios ad tradendas ſibi naves inducere non poterat, trajecit Mitylenen: 2 Lesbiiſque ut ſibi traderent naves perſuaſis, octo illorum triremibus armatis Byzantium remigavit. Ibique ſubſidens, navigia quæ è Ponto prodibant intercipiebat, præter eorum qui ſe paratos obſequi ſibi aſſentiebantur. ¶ Hiſtiæo & Mitylenæis hæc VI agentibus, adverſus ipſam Miletum ingens exercitus hoſtium claſſiarius pariter & terreſtris 3 in expedito erat. Duces enim Perſarum coactis in unum copiis cuncti in eam contendebant, minoris cætera oppida facientes. Inter claſſiarios promptiſſimi erant Phœnices, cum quibus militabant & Cyprii recens ſubacti, & Cilices, & Ægyptii. Hos ad- VII verſus Miletum & cæteram Ioniam venturos quum accepiſſent Iones, miſerunt ſuos quique primores ad commune Græciæ conſilium. Quibus in eum locum coactis, atque deliberantibus, viſum nullas debere terreſtres copias adverſus Perſas contrahi, 4 ſed Mileſios mœnia per ſeipſos pro viribus tutari, cæteros claſſem inſtruere nulla navi prætermiſſa: inſtructaque claſſe, primo quoque tempore contractos apud Ladam ante Miletum pugna navali decernere. Lada autem, parva quædam eſt inſula, urbi Mileſiorum objacens. Poſt hæc impletis VIII navibus Iones prælto fuerunt, comitantibus Æolibus 5 qui incolunt Lesbum:

1 Atque adeo Hiſtiæus ſub n. 2 Quumque Lesbiis ut ſibi naves darent perſuaſiſſet. hi triremes octo armarunt, quibus cum illo Byzantium navigarunt. Ibique ſubſidentes navigia q. e. P. pr. intercipiebant, præterquam eorum qui ſe Hiſtiæo paratos obſequi dicebant. 3 Expectabatur. 4 Sed è mœnibus Mileſios hoſtium impetum pro viribus propulſare: claſſem autem inſtruere &c. 5 Quicunque agrum Æolicum incolunt.

atque

atque ita aciem instruxerunt : Cornu quod erat auroram versus, ipsi Milesii cum octoginta navibus tenebant. His contigui Prienenses erant, duodecim cum navibus : Miusii cum tribus navibus. His contigui Teii, decem & septem cum navibus : Chii cum centum. Ultra hos locati erant Erythræi & Phocenses : Erythræi quidem, cum octo navibus, Phocenses vero cum tribus. Phocensibus adhærebant Lesbii cum navibus septuaginta. Ultimo in loco erant Samii cum sexaginta navibus, tenentes cornu occasum versus. In summa, omnium numerus, trecentæ sexaginta tres
IX triremes. Tot fuere Ionicæ naves. Barbaræ vero, numero sexcentæ. Quæ ubi & ipsæ in agrum Milesium venere, omnisque eis peditatus adfuit, tum vero duces Persarum, audita multitudine navium jamdudum extimuerunt ne illos superare, neve Miletum, nisi mari potiti essent, capere non possent, simulque ob id apud Darium adirent periculum pœnæ subeundæ. Hæc reputantes, contractis Ioniæ tyrannis, qui ab Aristagora Miletio dejecti principatu, ad Medos perfugerant, & tunc adversus Miletum militabant, horum quicunque aderant convocatis, ita verba fecerunt, Viri Iones, [1] qui vestrûm de domo regia benemeritus est, nunc appareat. Suos enim populares quisque vestrûm conetur abducere à reliquis sociis, eliciendo illos hac promissione, nihil eos, quod rebellarint, molestiæ sensuros, nullas eorum vel sacras vel privatas ædes incensum iri, nihil violentius quam antea passuros : sinminus illa facere sed omnino decernere prœlio voluerint, hæc eis damna dicite eventura, quæ certe evenient : ipsos prœlio victos in servitutem rapiendos, liberos eorum à no-
X bis castrandos, virgines in Bactra asportandas, terram aliis tradendam. Hæc loquutus Persarum ducibus, Ionum tyranni sub noctem ad suos quisque populares denunciatum miserunt. Iones ad quos ii nuncii pervenerunt, contemnere hæc, nec animum ad proditionem faciendam inducere, sibi quisque soli illa à Persis denunciari existimantes. Hoc, simulatque Miletum Persæ applicuere, gestum est.
XI ¶ Mox quum ad Ladam Iones coacti essent, conciliaque haberentur, & aliæ ab aliis sententiæ dicerentur, Dionysius Phocensis dux ita loquutus est,

ἐτάσσοντο ὧδε· τὸ μὲν πρὸς τὴν ἠῶ εἶχον νέες ἀυτοὶ Μιλήσιοι, νέας παρεχόμενοι ὀγδώκοντα. εἶχοντο δὲ τετέων Πριηνέες δυώδεκα νηυσὶ, καὶ " Μυήσιοι τρισὶ νηυσί· " Μυησίων δὲ Τήϊοι εἶχον ἑπτακαίδεκα νηυσί· Τηίων δὲ εἶχον Χῖοι ἑκατὸν νηυσί. πρὸς δὲ τούτοισι, Ἐρυθραῖοί τε ἑτάσσοντο καὶ Φωκαέες· Ἐρυθραῖοι μὲν, ὀκτὼ νέας παρεχόμενοι, Φωκαέες δὲ, τρεῖς. Φωκαέων δὲ εἶχον Λέσβιοι νηυσὶ ἑβδομήκοντα. τελευταίοις δὲ ἑτάσσοντο ἔχοντες τὸ πρὸς ἑσπέρην κέρας Σάμιοι, ἑξήκοντα νηυσί. πασέων δὲ τετέων ὁ σύμπας ἀριθμὸς ἐγένετο, τρεῖς καὶ πεντήκοντα καὶ τε ἑκατὸν τριήρεες. αὗται μὲν Ἰώνων ἦσαν. Τῶν δὲ βαρβάρων τὸ πλῆθος τῶν νεῶν ἦσαν ἑξακόσιαι· ὡς δὲ καὶ αὗται ἀπέκοντο πρὸς τὴν Μιλησίην, καὶ ὁ πεζὸς σφι ἅπας παρῆν, ἐνθαῦτα οἱ Περσέων στρατηγοὶ πυθόμενοι τὸ πλῆθος τῶν Ἰάδων νεῶν, καταῤῥώδησαν μὴ οὐ δυνατοὶ ἦσαν τοὺς ἀξιοναυμάχους καὶ ὕστερον ἐπιβαλέσθαι, καὶ ὅτεω ἔτε τὴν Μίλητον οἷοί τε ἦσι ἑλεῖν, μὴ ἐκ ἐόντες ναυκράτορες, πρός τε Δαρείου κινδυνεύσασι κακόν τι λαβεῖν. ταῦτα δοκέοντες, συλλέξαντες τοὺς Ἰώνων τοὺς τυράννους, οἳ τότε Ἀρισταγόρεω μὲν τοῦ Μιλησίου καταλυθέντες τὸ ἀρχαῖον, ἔφυγον ἐς Μήδους, (ἐτύγχανον δὲ τότε συστρατεύομενοι ἐπὶ τὴν Μίλητον) τετέων τῶν ἀνδρῶν τοὺς παρεόντας ξυγκαλέσαντες, ἔλεγον τάδε, "Ἄνδρες "Ιωνες, νῦν τις ὑμέων εὐποιήσας φανήτω τὸν βασιλῆος οἶκον· " τοὺς γὰρ ἑωυτοῦ ἕκαστος ὑμέων πολίτας " πειρᾶται ἀποσπάσας ἀπὸ τοῦ λοιποῦ συμ- " μαχικοῦ· περιέχομενοι δὲ ἐπαγγείλασθε " τάδε, ὡς πείσονταί τε ἄμαχοι ἐόντες ἀπόστασιν, καὶ σφι ἔστε τὰ ἱρὰ ἔστε τὰ ἴδια " ἐμπρήσεται· ἢν δὲ βαιότερον ἔξουσι ἐόντες, ἢ " πρότερον εἶχον. εἰ δὲ ταῦτα μὲν μὴ ποιή- " σουσι, οἱ δὲ πάντας ἅμα μάχης ἐλεύσονται, " τάδε σφι λέγετε ἐπιρρεάζοντες, τάπερ " σφέας κατέξει, ὡς ἐνωθέντες τῇ μάχῃ, " ἐλευθεροδιεῦνται, καὶ ὡς σφέων τοὺς παῖ- " δας εὐνομίας ποιήσομεν, τὰς δὲ παρθένους " ἀνασωσάμενοι ἐς Βάκτρα· καὶ ὡς τὴν χώρην " ἄλλοισι νεμήσομεν. Οἱ μὲν δὴ ἔλεγον ταῦτα· τῶν δὲ Ἰώνων οἱ τύραννοι διέπεμπον νυκτὸς ἕκαστος ἐς τοὺς ἑωυτοῦ, ἐξαγγελλόμενος. οἱ δὲ "Ιωνες, ἐς τοὺς καὶ ἀπίκοντο αὗται αἱ ἀγγελίαι, ἀγνωμοσύνῃ τε διεχρέωντο, καὶ οὐ προσίεντο τὴν προδοσίην· ἑωυτοῖσί τε ἕκαστοι ἐδόκεον μένοισι ταῦτα τοὺς Πέρσας, ἐξαγγέλλειν. ταῦτα μὲν νυν ἰθέως ἀπικομένων ἐς τὴν Μίλητον τῶν Περσέων ἐγένετο. Μετὰ δὲ, τῶν Ἰώνων συλλεχθέντων ἐς τὴν Λάδην, ἐγίνετο ἀγορή. καὶ δή κου σφι καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο ἐν δὴ καὶ ὁ Φωκαιδυσστρατηγὸς Διονύσιος, λέγων τάδε,

Μυήσιοι. Μυησίων

213

1 Nunc extent alicujus vestrûm in regiam domum beneficia.

"Ἐπὶ ξυρῇ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ
"πρήγματα, Ἄνδρες Ἴωνες, ἢ ἐλεύθεροι
"εἶναι ἢ δούλοισι, καὶ τούτοισι ὡς δρηπέτῃσι.
"νῦν ὦν ὑμέες, ἵνα μὴ βούλησθε ταλαιπωρίας
"ἐνδέκεσθαι, τὸ παραχρῆμα μὴ πόνου ὑμῖν
"ἔσται, οἷοί τε ἔσεσθε, ὑπερβαλλόμενοι τοὺς
"ἐναντίους, ἢ ἐλεύθεροι· εἰ δὲ μαλακίῃ τε
"καὶ ἀταξίῃ παραχρήσεσθε, ἐδεμίλιον ὑμέων
"ἔχω ἐλπίδα μὴ οὐ δώσειν ὑμέας δίκην τῷ
"βασιλέϊ τῆς ἀποστάσιος. ἀλλ' ἐμοί τε πεί- 10
"θεσθε, καὶ ἐμοὶ ὑμέας αὐτοὺς ἐπιτρέψατε. καὶ
"ὑμῖν ἐγὼ, θεῶν τὰ ἴσα νεμόντων, ὑποδέ-
"κομαι ἢ οὐ συμμίξειν τοὺς πολεμίους, ἢ συμ-
"μίσγοντας, πολλὸν ἐλάσσω σφέας. Ταῦτα
ἀκούσαντες οἱ Ἴωνες ἐπιτρέπουσι σφέας αὐτοὺς
τῷ Διονυσίῳ· ὁ δὲ, ἀνάγων ἑκάστοτε ἐπὶ κέ-
ρας τὰς νέας, ὅκως τοῖσι ἐρέτῃσι χρήσαιτο,
διέκπλοον ποιεύμενος τῇσι νηυσὶ δι' ἀλλη-
λέων καὶ τὰς ἐπιβάτας ὁπλίσειε, τὸ λοιπὸν τῆς
ἡμέρης τὰς νέας εἶχε ἐπ' ἀγκυρέων· παρεῖ- 20
χέ τε τοῖσι Ἴωσι πόνον δι' ἡμέρης. μέχρι
μὲν νυν ἡμερέων ἑπτὰ ἐπείθοντό τε καὶ ἐπυ-
έεσθαι τὸ κελευόμενον. τῇ δὲ ὀγδοῇ ταύτῃσι, οἱ
Ἴωνες, οἷα ἀπαθέες ἐόντες πόνων τοιούτων,
πτερυμνοί τε καὶ παραιπωρίῃσί τε καὶ πελίῳ,
ἔλεξαν πρὸς ἑωυτοὺς τάδε, Τίνα δαιμόνων
παραβάντες, τάδε ἀναπίμπλαμεν; οἵτι-
νες παραφρονήσαντες, καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ
τοῦ νόου, ἀνδρὶ φωκαΐ ἀλαζόνι, παρεχο- 30
μένῳ νέας τρεῖς, ἐπιτρέψαντες ἡμέας ἑωυ-
τοὺς ἔχμεν; ὁ δὲ, παραλαβὼν ἡμέας, λυ-
μαίνεται λύμῃσι ἀνηκέστοισι· καὶ δὴ πολλοὶ
μὲν ἡμέων ἐς νόσους πεπτώκασι, πολλοὶ δὲ
ὀπίδεξοι τοῦτο τοῦτο πείσεσθαι. πρό τε τού-
των τῶν κακῶν, ἡμῖν γε κρέσσον καὶ ὁτιοῦν
ἄλλο παθεῖν ἔστι, καὶ τι μέλλουσαν δουλιώσυ-
σομένην, ἥτις ἔσται, μᾶλλον ἢ τῇ παρεούσῃ
συμφορῇ. φέρετε, τοῦ λοιποῦ μὴ πειθώμεθα
αὐτῷ. ταῦτα ἔλεξαν. καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα
πείθεσθαι ἔδοξε ἅπασι, ἀλλ' οἷα φρενοβλα-
δέσι τε πεπαρωμένοισι ἐν τῇ νήσῳ, ἐσκηπτομένοις
τε καὶ ἐσβαίνειν ἐκ ἐνδελεχέως ἐς τὰς νέας, ἐδ'
ἀναπειρᾶσθαι. Μαθόντες δὲ ταῦτα τὰ γινό-
μενα ἐκ τῶν Ἰώνων οἱ φρουροὶ τῶν Σαμίων,
ἐνθαῦτα δὴ παρ' Αἰάκεα τὸν Συλοσῶντος,
κείνους τοὺς πρότερον ἔπεμπε λόγους Αἰάκης,
κελεύοντα τῶν Περσέων, δεόμενός σφεων
ἐπιλιπεῖν τὸν Ἰώνων συμμαχίην· οἱ Σάμι-
οι ὦν, ὁρέοντες ἅμα μὲν ἑωυτοὺς ἀταξίην πολ-
λὴν ἐκ τῶν Ἰώνων, ἐδέκοντο τοὺς λόγους· ἅμα
δὲ καὶ ἐφαίνετο σφι ἐπὶ "ἀδυνάτου τὰ βασιλῆος πρήγματα ὑποβαλέεσθαι, εὖ τε ἐπι-
στάμενοι ὡς εἰ καὶ τὸ παρεὸν ναυτικὸν ὑποβαλοίατο τὸν Δαρεῖον, ἄλλο σφι παρέσται
πεντακαπλάσιον. προφάσιος δὲ ὧν ἐπιλαβόμενοι, ἐπεί τε τάχιστα εἶδον τοὺς Ἴωνας ἐς
βαλομένους ἐπὶ χρηστὰ, ἐν μέρεϊ ἐποιεῦντο ἀθυμοποιῆσαι τά τε ἱερὰ τὰ σφέτερα
καὶ τὰ ἵδρυμα. ὁ δὲ Αἰάκης, παρ' ὅτευ τοὺς λόγους "ἐδέκετο, παῖς μὲν ἦν Συλοσῶντος

Quoniam in ſummo ancipiti res noſtræ ſunt, viri Iones, ut aut liberi ſimus aut ſervi, & quidem tanquam fugitivi, ſi vultis devitare calamitates, ſubeundus eſt vobis impræſentiarum labor: ita ſuperatis hoſtibus liberi eſſe poteritis: ſin autem ignavi fueritis, & ab ordine receſſeritis, nullam veſtri ſpem habeo quominus pœnas regi rebellionis detis. Sed aſſentiamini mihi, & voſipſos mihi permittite, & ego, diis & æquo juvantibus recipio vobis aut non concurſuros hoſtes, aut ſi concurrent, multo inferiores futuros. His auditis, Iones ſeſe Dionyſio permiſere. Ille claſſem aſſidue in cornua producens, ut remiges exerceret, ſubinde loca inter navigandum variare cogitabat, quinetiam propugnatores armatos eſſe, & reliquum diei naves in ancoris ſtare: quotidie laborem Ionibus exhibens, ad ſeptimum uſque diem obtemperantibus atque imperata facientibus. Poſt eum diem Iones, utpote talium laborum inſueti, tum defatigatione, tum ſole afflictati, inter ſe dixere, Quo nos deorum offenſo iſta patimur? qui deſipientes ac mente capti viro Phocenſi ſuperbo tres naves habenti, omnino nos permiſimus, eumque toleramus? quos ille ſumptos perdit intolerabilibus ærumnis? quorum multi in morbum inciderunt, multi idem paſſuri videntur. quibus ſatius eſt quidvis aliud quam hæc mala pati, atque adeo ſervitutem, [1] ſiqua futura eſt, expectare, quam præſenti afflictari. Agite, huic ne deinceps obtemperemus. Hæc inter ſe loquutis, mox deinde nemo illi parere velle, ſed tentoriis more militari in inſula defixis, frui umbraculis, ac nolle naves ingredi, neque ad munia ſua redire. Id animadvertentes Samiorum duces, & magnam Ionum confuſionem, putaverunt ſibi admittendam orationem Perſarum, quam per nuncium aperuerat Æaces Syloſontis filius, rogans ut à ſociis deficerent, quum præſertim non fieri poſſe videretur ut regis potentiam ſuperarent, ac probe ſcirent, ſi præſentem Darii claſſem ſuperaſſent, aliam quincuplo majorem adfuturam. Nacti igitur occaſionem, ubi primum viderunt Iones negantes ſe in officio futuros, lucrifaciendam putaverunt ſuorum ſacrorum atque privatorum conſervationem. Æaces autem, cujus orationem admiſere Samii, filius Syloſontis

XII

XIII

"ἀδύνατα

"ἐδέκοντο οἱ Σάμιοι, παῖς

1 Quantacunque futura eſt,

Æacis

Æacis filii fuit, Sami tyrannus, ab Ariſtagora Mileſio exutus principatu, quem-
XIV admodum alii Ioniæ tyranni. Itaque poſteaquam Phœnices navigare adverſus Iones cœperunt, Ioneſque & ipſi naves in cornua digeſtas producere, ac propius ventum eſt, prœliumque conſertum, tunc quinam Iones ignavi, quive egregii fuerint, haud queo pro comperto ſcribere, quia alius in alium rejicit culpam. Dicuntur tamen Samii, quemadmodum cum Æace compoſuerant, ſublatis velis ex acie exceſſiſſe, Samumque abiiſſe, præter decem naves, quarum trierarchi permanſerunt, dimicaruntque, nolentes dicto audientes eſſe ſuis ducibus. Quo ex facto commune Samiorum concilium eis donavit ut ipſorum nomina à majoribus repetita, tanquam egregiorum virorum in lapide ſcriberentur: extatque is lapis adhuc in foro. Lesbii videntes Samios qui juxta erant fugam capeſſere, idem fecere quod Samii.
XV [1] Quum id plerique Ionum facerent, eorum qui pugnando perſtitere, Chii præcipue circumventi ſunt, & quia nolebant perfide agere, edita egregia opera oppreſſi. Qui (ut ſuperius dictum eſt) centum naves quum præberent, ſingulas cum quadrageni propugnatoribus delectorum civium, etſi cernerent permultos ſociorum eſſe proditores, tamen inique ſe facturos cenſuerunt ſi illorum ſimiles eſſent: ſed relicti cum paucis ſociis diſcurſando dimicaverunt, donec compluribus captis hoſtium navibus, pluribus ſuarum amiſſis, cum cæteris in
XVI terram ſuam perfugerunt. Quorum vero naves invalidæ erant, qui laceratæ, iis Chii inſequente hoſte ad Mycalem fugientes, impactis terræ navibus ac relictis, per continentem pedeſtre iter fecerunt. Et quum in agrum Epheſium ingreſſi eſſent, ſub noctem ad urbem contenderunt, quum illic à mulieribus ſacra legiferæ Cereris fierent. quos armatos Epheſii ingreſſos agrum ſuum videntes, quum de eis nihil audiſſent, ſuſpicati fures eſſe & ad mulieres tendere, univerſi ad vim arcendam procurrerunt, Chioſque interemerunt: & hi quidem hoc caſu occiderunt. Dionyſius autem Phocenſis,
XVII poſteaquam res Ionum acciſas intellexit, captis tribus hoſtium navibus, abiit non jam in agrum Phocenſem, (probe ſciens eum cum cætera Ionia direptum iri)

τῦ Αἰάκ(ο), τύραννο· ὃ ἐὼν Σάμυ, ὑπὸ τῦ Μιλησίυ Ἀρισαγόρεω ἀπεσέρητο τ' ἀρχὴ, καπάπερ οἱ ἄλλοι τῆς Ἰωνίης τύραννοι. Τότε ὦν ἐπεὶ ἐπέπλεον οἱ Φοίνικες, οἱ Ἴωνες ἀνταυπῆγον κ' αὐτοὶ τὰς νέας ἐπὶ κέρας· ὡς δ' κ' ἀγχῦ ἐγίνοντο, κ' συμέμισγον ἀλλήλοισι, τενθεῦτεν ὡκ ἔχω ἀτρεκέως συγγράψαι οἵτινες τῶν Ἰώνων ἐγένοντο ἄνδρες κακοὶ ἢ ἀγαθοὶ ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ· ἀλλήλους γὰρ καταλιῶνται. λέγονται δ' Σάμιοι οἰθαῦτα, κ' τὰ συγκείμενα πρὸς τ' Αἰάκεα, ἀειράμενοι τὰ ἑῖα, ἀποπλῶσαι ἐκ τῆς τάξι(ο)· ἐς τ' Σάμον, πλὴν ἑνδεκα νεῶν· τουτέων δ' οἱ τριήραρχοι ἔμειναν κ' ἐναυμάχεον, ἀνηκεστήσαντες τοῖσι στρατηγοῖσι. καί σφι τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων ἔδωκε δι' τῦτο τὸ πρῆγμα, ἐν στήλῃ ἀναγράψαι πατρόδην, ὡς ἀνδράσι ἀγαθοῖσι γνωμεύσασι· κ' ἔστι αὕτη ἡ στήλη ἐν τῇ ἀγορῇ. 214
ἐδόμενοι δ' κ' Λέσβιοι τὸν προσηκόντα φόβον, τῶῦτο ἐποίεον τοῖσι Σαμίοισι· ὡς δ' κ' οἱ πλεῦνες τῶν Ἰώνων ἐποίεον τὰ αὐτὰ ταῦτα. Τῶν δ' ὠφελημενάντων ἐν τῇ ναυμαχίῃ ὠφείφθησαν τριηκόσια Χῖοι (ὡς ἀποδεικνύμενοί τε ἔργα λαμπρὰ κ' οὐκ ἐνδιαλογιζόμενοι·) οἱ παρείχοντο μ', ὥσπερ κ' πρότερον ἐρρήθη, νέας ἑκατόν, κ' ἐπ' ἑκάσης αὐτέων, ἄνδρας πανοπλίην τῶν ἀστῶν λογάδας καὶ βαθυπόρους· ὁρέωντες δ' τὰς πολλὰς τῶν συμμάχων προδιδόντας, οὐκ ἐδικαίευν γνώσεσθαι τοῖσι κακοῖσι αὐτέων ὁμοῖοι, ἀλλὰ μετ' ὀλίγων ξυμμάχων μεμνωμένοι, διεκπλώοντες ἐναυμάχεον, ἐς ὃ τ' πολεμίων ἑλόντες νέας συχνὰς, ἀπέβαλον τῶν σφετέρων νεῶν τὰς πλείστας. Χῖοι μ' δὴ τῆσι λοιπῆσι τῶν νεῶν ἀποφεύγουσι ἐς τὠυτὸ ἔρχῦνται. Οὗτοι δ' τῶν Χίων ἀδώματοι ἔσαν αἱ νέες ὑπὸ τρωμάτων, ὅτοι δ' ὡς ἐδιώκοντο, καταφυγάνουσι πρὸς τὸ Μυκάλλιον. νέας μ' δὴ αὐτῦ ταύτῃ ἐποικέλαντες κατέλιπον, οἱ δ' πεζῇ ἐκομίζοντο δι' τῆς ἠπείρου. ἐπεὶ δ' ἐσέβαλον τὸ Ἐφεσίων κομιζόμενοι οἱ Χῖοι, νυκτός τε ἐπιπέκατο ἐς αὐτέων, κ' ἐόντων τῆσι γυναιξὶ αὐτῶν θεσμοφορίων, ἐνδαῦτα δὴ οἱ Ἐφέσιοι, ὅτε προσκηκότες ὅπως εἶχε περὶ τῶν Χίων, ἰδόντες τὸ στρατὸν ἐς τὸ χῶρον ἐσβεβληκότα, πάγχυ σφέας καταδοξάντες ἐπὶ κλῶπας, κ' ἵνα δὴ τὰς γυναῖκας, ὀξέως ἐξεθόρεον παυδημεὶ, κ' ἔκτεινον τοὺς Χίους. ὅτοι μὲν νυν τοιαύτῃσι περιέπεσον τύχῃσι. Διονύσιος δ' ὁ Φωκαεὺς, ἐπείτε ἔμαθε τῶν Ἰώνων τὰ πρήγματα διεφθαρμένα, νέας ἑλὼν τρεῖς τ' πολεμίων, ἀπέπλεε ἐς μὲν Φώκαιαν οὐκέτι, εὖ εἰδὼς ὡς ἀνδραποδιείται σὺν τῇ ἄλλῃ Ἰωνίῃ,

1 Quin & Ionum bona pars idem faciebat. Inter eos vero qui in pugna perſtiterunt, Chii aſperrime tractati fuerunt, quippe qui egregia facinora ederent, nullumque laborem detrectarent. Qui (ut ſupra.)

ὁ δ' ἰδέως ὡς εἶχε, ἔπλεε ἐς Φοινίκην· γαυλὸς δὲ ἀνδραῦτα καταδύσας, καὶ χρήματα λαβὼν πολλά, ἔπλεε ἐς Σικελίην. ὁρμεώμενος δὲ ἐνθεῦτεν, λῃστὴς κατεστήκεε Ἑλλήνων μὲν οὐδενός, Καρχηδονίων δὲ καὶ Τυρσηνῶν. Οἱ δὲ Πέρσαι ἐπεί τε τῇ ναυμαχίῃ ἐνίκων τοὺς Ἴωνας, τὴν Μίλητον πολιορκέοντες ὑπ' ὕδατός τε καὶ θαλάσσης, καὶ ὑποῤῥύσαντες τὰ τείχεα, καὶ παντοίας μηχανὰς περιφέροντες, αἱρέουσι κατ' ἄκρης, ἕκτῳ ἔτεϊ ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος τῆς Ἀρισταγόρεω· καὶ οὕτω δὴ ἐξεπίστατο τὴν πόλιν, ὥστε ξυμπίτνειν τὸ πάθος τῷ χρηστηρίῳ τῷ ἐς Μίλητον ἡμομμένῳ. Χρεωμένοισι γὰρ Ἀργείοισι ἐν Δελφοῖσι περὶ σωτηρίης τῆς πόλιος, τὸ σφέτερος, ἐχρήσθη ἔπος τοιόνδε χρηστήριον· τὸ μὲν ἐς αὐτοὺς τοὺς Ἀργείους φέρον, τοῦτο μὲν παρεὸν ἐᾶμι· τὸ δὲ παρενθήκην ἔχρησε ἐς Μιλησίους. τὸ μὲν νῦν ἐς τοὺς Ἀργείους ἔχον, ἐπειὰν καὶ τοῦτο ἡμῶμαι τῷ λόγῳ, τότε μνησθήσομαι. τὸ δὲ τοῖσι Μιλησίοισι ὑπαρεῦσι ἔχρησε, ἔχει ὧδε,

Καὶ τότε δὴ Μίλητε κακῶν ὀλοὴν μήχανε ἔργων,
Πολλοῖσι δεῖπνόν τε καὶ ἆθλα δῶρα γενέσθαι·
Σοὶ δ' ἄλοχοι πολλοῖσι πόδας νίψουσι κομήτας.

Νηῷ δ' ἠμελέῃσι διδύμοις ἄλλοισι μελήσει.

Τότε δὴ ταῦτα τοὺς Μιλησίους κατέλαμβανε, ὁπότε ἄνδρες μὲν οἱ πλεῦνες ἐκτείνοντο ὑπὸ τῶν Περσέων ἐόντων κομητέων, γυναῖκες δὲ καὶ τέκνα ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ἐγίνοντο. ἱερὸν δὲ τὸ ἐν διδύμοισι, ὁ νηός τε καὶ τὸ χρηστήριον, συληθέντα διεπεπίμπρατο. τῶν δ' ἐν τῷ ἱρῷ τούτῳ χρημάτων πολλάκις μνήμην ἐποιησάμην. Ἐνθεῦτεν οἱ ζωγρηθέντες τῶν Μιλησίων ἤγοντο ἐς Σοῦσα· βασιλεὺς δὲ σφέας Δαρεῖος, κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, κατοικισε ὄπισθε τῇ Ἐρυθρῇ καλεομένῃ θαλάσσῃ, ἐν Ἀμπρι πόλι, παρὰ τὸν Τίγρητα ποταμὸν πρὸς ἐρρέων, ἐς θάλασσαν ἐξίει. τῆς δὲ Μιλησίων χώρης αὐτοὶ μὲν οἱ Πέρσαι εἶχον τά περὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ πεδίον, τὰ δὲ ὑψηλὰ ἔδοσαν Καρσὶ Πηδασεῦσι ἐκπαλαι. Παθοῦσι δὲ ταῦτα Μιλησίοισι πρὸς Περσέων, ἐκ ἀπέδοσαν τοῦ ὁμοίου Συβαρῖται, οἳ Λάον τε καὶ Σκίδρον οἴκεον, τῆς πόλιος ἀπεστερημένοι. Συβάριος γὰρ ἁλόντος ὑπὸ Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλάς, καὶ πένθος μέγα προεθήκαντο. πόλιες γὰρ αὗται μάλιστα δὴ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλήλῃσι ἐξεικώθησαν, ὧδε ὁμοίως καὶ Ἀθηναῖοι.

sed ut erat, recta contendit in Phœnicem: ubi navibus onerariis ſpoliatis raptaque ingenti pecunia, in Siciliam navigavit: atque illinc prodeundo, latrocinia agitavit, in nullum quidem Græcorum, ſed in Carthaginenſes ac Tyrrhenos. At Perſæ, victis pugna navali Ionibus, Miletum à terra atque mari obſederunt, ſuffoſſiſque muris, & omni genere tormentorum admoto, eam 1 ab arce ceperunt ſexto quàm rebellaverat Ariſtagoras anno, atque diripuerunt: ut defuncta ſit ea calamitate quam oraculum prædixerat. Siquidem Argivis apud Delphos de civitatis ſuæ ſalute conſulentibus, oraculum promiſcuum redditum eſt, quod in ipſos quidem Argivos tendebat, ſed ex adjectione ad Mileſios. Quod quatenus ad Argivos pertinet, quum ad eum locum venerimus, referemus: quatenus autem ad Mileſios, ita habet,

Tunc quoque commentrix operum Meletè malorum,
Permultis cœna & præſtantia munera fies,
Crinitiſque pedes tua pluribus abluet uxor:
Noſtri erit aſt aliis delubri cura gemellis.

Hæc tunc Mileſiis contigerunt, quum ex iis plerique viri à Perſis, qui criniti erant, ſunt cæſi, uxores ac liberi in prædam ceſſerunt, templumque quod erat in geminis, & delubrum, juxta oraculum deflagrarunt. Pecuniarum autem quæ in hoc templo erant, ſæpe alibi mentionem fecimus. Mileſii conſervati à cæde, dehinc Suſa perducti ſunt. quos rex Darius nulla alia pœna afficiens, collocavit in urbe Ampa ad mare quod rubrum vocatur ſita, ubi fluvius Tigris eam præterfluens exit in mare. Agrum Mileſium urbi circumjectum atque planitiem ipſi Perſæ obtinuere, montana Caribus Pedaſenſibus poſſidenda dederunt. 2 Hæc Mileſiis à gente Perſarum paſſis non reddiderunt vicem Sybaritæ, qui urbe exuti Laon & Scidron incolebant. nam Sybari à Crotoniatis direpta, univerſi Mileſii qui puberes erant capita deraſerunt, & ingentem luctum exhibuerunt. Ex omnibus enim civitatibus (quas novimus) hæ præcipue mutuo hoſpitio jungebantur. At non item Athenienſes,

1 Funditus everterunt 2 Mileſiis autem in hunc modum à Perſis affectis, Sybaritæ qui urbe ſua exacti Laon & Scidron incolebant, gratiam parem non rependerunt. Siquidem Sybari olim à Crotoniatis capta, Mileſii omnes puberes capita raſitare inſtiterunt, ingentemque luctum præferre ob calamitatem Sybaritarum. Duæ enim illæ civitates omnium quas novimus maxime inter ſe hoſpitio conjunctæ fuerunt. Non ſic autem Athenienſes, ut Sybaritæ:——

ſed Mi-

sed Mileti expugnatam se permoleste tulisse cum aliis multis rebus declararunt, tum vero hac, quod Phrynicho docente fabulam quam de Mileto direpta fecerat, theatrum illacrymavit, & Athenienses eum, quod domestica mala refricuisset, mille drachmis mulctaverunt. adjecto interdicto nequis postea
XXII ea fabula uteretur. Et Miletus quidem Milesiis desolata est. Samiis autem iis qui aliquid habebant. adeo non id quod sui duces erga Medos fecerant, probabatur, ut initio secundum pugnam navalem consilio, visum sit, priusquam eo tyrannus Æaces veniret, in coloniam proficisci, ne manentes & Medis servirent & Æaci. Etenim per hoc idem tempus Zanclæi (qui sunt Sicilienses) missis in Ioniam nunciis, solicitabant Iones & Pulchrum litus, cupientes illic urbem Ionum condere. Hoc autem litus quod Pulchrum dicitur, Siculorum quidem est, sed ad Tyrrheniam Siciliæ vergit. His ergo solicitantibus, soli ex Ionibus Samii cum iis qui effugere Milesiis eo concesserunt.
XXIII Quibus in Siciliam tendentibus, jamque appullis Locros epizephyrios, hoc rei contigit, ut interea Zanclæi una cum suo rege (cui nomen erat Scythes) obsiderent urbem Siculorum, ut eam expugnarent. Idque quum audisset Anaxileus tyrannus Rheginus, quod erat Zanclæorum hostis, adiens Samios, suasit satius esse ut Pulchrum litus, ad quod navigabant, valere sinerent, & Zanclam occuparent viris desertam. Samii persuasi Zanclam occuparunt. Id Zanclæi quum audissent, urbi suæ suppetias ferunt, advocato Hippocrate Gelæ tyranno. erat enim is eorum socius. Qui postea quam ad illos juvandos cum exercitu venit, Scythæ Zanclæorum monarcho, tanquam urbis desertori, & fratri ejus Pythogeni vincula indidit, eosque in oppidum Inycum relegavit: at cæteros Zanclæos Samiis (cum quibus publice loquutus fuerat) dato & accepto jurejurando, prodidit, pacta mercede ut 1 dimidium omnis prædæ urbicæ atque captivorum ipse haberet, item omnia quæ in agris essent: quamquam pleroſque Zanclæorum titulo captivorum in vinculis habebat: 2 quorum summos quoſque trecentos Samiis occidendos tradidit: quod tamen illi facere noluerunt.

Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησε ταραχθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει, τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν, καὶ διδάξαντι, ἐς δάκρυά τε ἔπεσαν τὸ θέατρον, καὶ ἐζημίωσάν μιν, ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήια κακά, χιλίῃσι δραχμῇσι· καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδένα χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι. Μίλητος μὲν νῦν Μιλησίων ἠρήμωτο. Σαμίων δ' τοῖσι τι ἔχουσι, τὸ μὲν ἐς τοὺς Μήδους ἐκ τῶν προτέρων ποιηθέν, εὐδαιμόνως ἤρεσκε· ἐδόκεε δὲ μετὰ τὴν ναυμαχίην ἀντίχα βουλευομένοισι, πρὶν ἢ σφι ἐς τὴν χώρην ἀπικέσθαι τὸν Αἰάκεα, ἐς ἀποικίην ἐκπλέειν, μηδὲ μένοντας, Μήδοισί τε καὶ Αἰάκεσι δουλεύειν. Ζαγκλαῖοι γὰρ οἱ ἀπὸ Σικελίης, τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον πέμποντες ἐς τὴν Ἰωνίην ἀγγέλους, ἐπεκαλέοντο τοὺς Ἴωνας ἐς Καλὴν ἀκτήν, βουλόμενοι αὐτόθι πόλιν κτίσαι Ἰώνων· ἡ δὲ Καλὴ αὕτη ἀκτὴ καλεομένη ἔστι μὲν Σικελῶν, πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τὴν Σικελίης. τούτων δὴ ὦν ἐπικαλεομένων, οἱ Σάμιοι μοῦνοι Ἰώνων ἐσάλπισαν, σὺν δὲ σφι Μιλησίων οἱ ἐκπεφοιβήτες. Ἐν ᾧ τοιόνδε δή τι ξυνηνείκατο ἡμέας· Σάμιοι γὰρ κομιζόμενοι ἐς Σικελίην, ἐβούλοντο [ἐν] Λοκροῖσι τοῖσι ἐπιζεφυρίοισι, καὶ Ζαγκλαῖοι, αὐλοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτέων, τῷ ἔνομα ἦν Σκύθης, ταύτην καθέλοντο, πόλιν τῶν Σικελῶν ἐξελεῖν βουλόμενοι. μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Ῥηγίου τύραννος Ἀναξίλεως, [τότε] ὅσα ἐὼν διάφορος τοῖσι Ζαγκλαίοισι συμμίξας τοῖσι Σαμίοισι, ἀναπείθει ὡς χρεὼν εἴη Καλὴν μὲν ἀκτὴν ἐᾶν αὐτοὺς ἔπλεον, ἐᾶν χαίρειν, τὴν δὲ Ζάγκλην σχεῖν, ἐοῦσαν ἐρήμην ἀνδρῶν. πειθομένων δὲ τῶν Σαμίων, καὶ σχόντων τὴν Ζάγκλην, ἐνθαῦτα οἱ Ζαγκλαῖοι ὡς ἐπύθοντο ἐκπολιορκημένην τὴν πόλιν ἑωυτῶν ὑπὸ, ἐβοήθεον αὐλῇ, καὶ ἐπεκαλέοντο Ἱπποκράτεα τὸν Γέλης τύραννον. λαβὼν δὲ δὴ σφι στρατὸν σύμμαχος. ἐπεὶ τε δὴ αὐλοῖσι καὶ ὁ Ἱπποκράτης σὺν τῇ στρατιῇ ἦκε βοηθέων, Σκύθῃ μὲν τὴν μέναρχον τῶν Ζαγκλαίων, ὡς ἀποβαλόντα τὴν πόλιν, ὁ Ἱπποκράτης πεδήσας, καὶ τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Πυθογένεα, ἐς Ἴνυκον πόλιν ἀπέπεμψε. τοὺς δὲ λοιποὺς Ζαγκλαίους, ξεινολογησάμενος τοῖσι Σαμίοισι, καὶ [ὅρκους] ὅρκον δούς, καὶ δεξάμενος, περέδωκε· μισθὸς δέ οἱ ἐπρήνιος ὧδε ἐκ τῶν Σαμίων, πάντων τῶν ὅπλων καὶ ἀνδρεῶν πόδων τὰ ἡμίσεα [μεταλαβεῖν] λαβεῖν ἦν ἐν τῇ πόλι· τὰ δ' ὅπλα ἦν ἁπάντων, Ἱπποκράτεϊ ταλαντεύειν. τοὺς μὲν δὴ πλεῦνας Ζαγκλαίων αὐτὸς ἐν ἀνδρεσποδῶν λόγῳ εἶχε δήσας· τοὺς δὲ κορυφαίους αὐτέων τετρηχοσίους, ἔδωκε τοῖσι Σαμίοισι κατασφάξαι· οἱ μοῦνοι οἵ γε Σάμιοι ἐποίησαν ταῦτα.

——qui quum manifesta alioquin indicia condolescentiæ multifariam eam ob causam dedissent, insuper Phrynicho tragœdiam de Mileto capta scribente per scenicosque edente quum theatrum ipsum in lacrymas versum esset, ipsi Athenienses poematis autorem mille drachmis mulctarunt, tanquam proprias eorum calamitates commemorasset. *Ita Bud. hunc locum interpret.* 1 Dimidium totius suppellectilis & mancipiorum quæ in urbe essent, ipse hab. 2 Ex quibus Zanclæis trecentos qui primores inter suos erant

Σκύθης ὁ τῶν Ζαγκλαίων μέναρχος, ἐκ τῆς Ἰνύκου ἐκδιδρήσκει ἐς Ἱμέρλιν. ἐκ δὲ ταύτης, παρλῶν ἐς τὴν Ἀσίλιν, καὶ ἀνέβη παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον. καὶ μιν ὁ Δαρεῖος πάντων ἀνδρῶν δικαιότατον ἔϊ ὅσοι ἐκ τῆς Ἑλλάδος παρ' ἑωυτὸν ἀνέβησαν. καὶ γὰρ Φραόρτεω βασιλῆα, ἐς Σικελίην ἀπίκετο· καὶ αὖτις ἐκ τῆς Σικελίης, ὀπίσω Φραόρτεω βασιλῆα. ἐς ὃ χρόνῳ μέγα ὄλβιος ἐὼν ἐτελεύτησε ἐν Πέρσῃσι. Σάμιοι δὲ ἀπαλλαχθέντες Μήδων, ἀπονητὶ πόλιν καλλίστην Ζάγκλην ἀπεβαλέατο. μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίην τὴν παρὰ Μιλήτου γενομένην, Φοίνικες, κελευσάντων Περσέων κατῆγον ἐς Σάμον Αἰάκεα τὸν Συλοσῶντος, ὡς πολλῶν τε ἄξιον γενόμενον σφίσι, καὶ μεγάλα κατεργασάμενον. καὶ Σαμίοισι μέντοι τῶν ἀποσάντων ἀπὸ Δαρείου διὰ τὴν ἔκλειψιν τῶν νεῶν τῶν ἐν τῇ ναυμαχίῃ, ἔστε ἡ πόλις, ἔστε τὰ ἱερὰ ἐσεπρήσθη. Μιλήτου δὲ ἁλούσης, αὐτίκα Καρίην ἔσχον οἱ Πέρσαι· τοὺς μὲν ἐθελοντὶ τῶν πολιητέων αὐτοὶ φάσαν, τοὺς δὲ ἀνάγκῃ προσηγάγοντο. ταῦτα μὲν δὴ ὕστερον ἐγίνετο. Ἰσιαίῳ δὲ τῷ Μιλησίῳ ἐόντι τότε Βυζάντιον, καὶ συλλαμβάνοντι τοὺς Ἰώνων ὁλκάδας ἐκπλεούσας ἐκ τοῦ Πόντου, ἐξαγγέλλεται τὰ περὶ Μίλητον γενόμενα. τὰ μὲν δὴ περὶ Ἑλλήσποντον ἔχοντα πρήγματα, ὅπως ἐπέρσει Βισάλτης Ἀπολλοφάνεος παρὰ Ἀβυδηνῶν· αὐτὸς δὲ ἔχων Λεσβίους, ἐς Χίον ἔπλεε. καὶ Χίων φρουρὴ ἐοῦσα προσιεμένη μιν, συνέβαλε ἐν Κοιλοισι καλεομένοισι τῆς Χίης χώρης. τούτων τε δὴ ἐφόνευσε συχνούς, καὶ τοὺς λοιποὺς Χίων, οἷα δὴ κεκακωμένων ἐκ τῆς ναυμαχίης, ὁ Ἰσιαῦς ἔχων τοὺς Λεσβίους ἐπεκράτησε, ἐκ πολίχνης τῆς Χίων ὁρμεωμένου. Φιλέει δέ κως προσημαίνειν δύτε ἐν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλει ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι, καὶ δὴ Χίοισι πρὸ τούτων σημήια μεγάλα ἐγένετο. τοῦτο μὲν σφι πέμψασι ἐς Δελφοὺς χορὸν νεηνιέων ἑκατόν, δύο μούνους τοὺς ἀπονοστήσαντας ἀπέφηνε, τοὺς δὲ ὀκτὼ τε καὶ ἑνενήκοντα αὐτέων λοιμὸς ἁπλαβὼν ἀπέκτεινε· τοῦτο μέν, ἐν τῇ πόλι τῇ αὐτῶν τοῦτον τὸν χρόνον, ὀλίγον πρὸ τῆς ναυμαχίης, παισὶ γράμματα διδασκομένοισι, ἐνέπεσε ἡ στέγη, ὥστε ἀπὸ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι παίδων ἓξ μούνους ἀπεφυγε. ταῦτα μὲν σφι σημήια ὁ θεὸς προσέδειξε. μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ ναυμαχίη ἐπολαβοῦσα, ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε. ὅτε δὲ τῇ ναυμαχίῃ ἐπεγένετο Ἰσιαῦς Λεσβίους ἄγων, κεκακωμένων δὴ τῶν Χίων, κατὰ τάχος δυπετέως αὐτέων ἐποιήσατο. Ἐνθεῦτεν δὲ ὁ Ἰσιαῦς ἐστρατεύετο ἐπὶ Θάσον, ἄγων Ἰώνων καὶ Αἰολέων συχνούς. προσηγγέλθη δὲ οἱ Θάσον

Cæterum Scythes Zanclæorum monarchus ex Inyco profugit in Himeram, atque illinc transmisit in Asiam, ascenditque ad Darium regem: quem Darius justissimum virorum omnium censuit qui è Græcia ad se ascendissent. nam quum exorato rege in Siciliam abiisset, rursus è Sicilia ad regem rediit: donec natu grandior ac 1 beatus apud Persas excessit è vita. Samii itaque Medis liberati, Zanclam urbem pulcherrimam nullo negocio adepti sunt. Cæterum post navale prœlium pro Mileto gestum, Phœnices jubentibus Persis Æacem Syloſontis filium tanquam de ipsis bene meritum, & qui egregiam operam navasset, Samum reduxerunt. Quæ civitas, sola ex omnibus quæ à Dario rebellaverant, ea fuit cujus neque urbs neque templa incenderentur, quod in pugna navali à sociis defeciſſet. Statim expugnata Mileto Persæ Cariam cepere, civitatibus partim se ultro dedentibus, partim vi adactis. Et hæc quidem ita gesta sunt. ¶ Histiæo autem Milesio dum circa Byzantium agit, & Ionum onerarias naves quæ è Ponto cursum tenebant, intercipit, affertur nuncius de rebus ad Miletum gestis. itaque negociis ad Hellespontum pertinentibus Bisaltæ Apollophanis filio Abydeno delegatis, ipse habens Lesbios, Chium navigat, & apud locum quendam agri Chii quem vocant Concava regionis, quod ab ejus præsidio non reciperetur, congressus, permultos eorum interfecit: simulque cæteros Chios, utpote ex pugna navali male affectos, subegit, quodam ex eorum oppidulo cum Lesbiis progrediens. Sed videlicet quoties ingentes sunt eventuræ calamitates vel civitati vel nationi, solent signis prænunciari, etenim Chiis ante hanc cladem ingentia signa contigerant: unum, quod ex choro centum juvenum quos miserant Delphos, duo omnino rediere, nonaginta octo pestilentia absumptis: alterum, quod sub idem tempus, paulo ante navalem pugnam, vectum supra pueros literas discentes corruit, ita ut ex centum viginti pueris unus omnino evaserit. hæc eis signa deus præmonstravit. Post hæc excepit pugna navalis, quæ civitatem in genua dejecit. Accessit ad cladem navalis pugnæ Histiæus cum Lesbiis, qui 2 Chios jam exhaustos facile ad excidium deduxit. Histiæus autem illinc cum multa Ionum & Æolum copia adversus Thasum contendit. Cui Thasum obsidenti quum

1 Prædives 2 Chios jam malis confectos facile subegit.

esset

esset nunciatum Phœnices à Mileto in reliquam Ioniam profectos esse, Thasum in expugnatam reliquit, atque in Lesbum trajecit cum omnibus copiis: & illinc, 1 quod copias suas formidabat, trajicit in provinciam Atarnis, tanquam frumentandi gratia tam illinc quam ex agro Caico qui erat Mysorum. Erat in his locis forte Harpagus, vir Persa, non parvi exercitus dux: qui cum Histiæo egresso in terram, certamine commisso, & ipsum Histiæum vivum cepit, & majorem exercitus ejus partem occi-
XXIX dit. Hunc autem in modum captus est Histiæus: Dum Græci cum Persis pugnarent apud Malenam regionis Atarnitidis, ac diu perstarent, mox equitatus emissus in Græcos impetum dedit. quo ex facto versis in fugam Græcis, Histiæus haud credens ob præsentem noxam se interfectum iri ab rege, ob quandam vitæ cupiditatem captus est: qui ut fugiens capiebatur à quodam Persa, utque ab eodem erat transfodiendus, sese Milesium Histiæum esse, lingua Per-
XXX sica utens indicavit. Quem opinor, si servatus ad regem Darium perductus fuisset, nihil tale fuisse passurum, 2 remissa ei à Dario culpa: nunc, ne id contingeret, neve fuga elapsus apud regem magnus rursus existeret, Artaphernes Sardium prætor & Harpagus, qui ceperat cum, Sardis perductum, in crucem fustulerunt, *tamen truncum*. *nam* caput sale conditum Susa ad regem Darium detulerunt. Ea re audita Darius objurgatis qui id fecerant, quod hominem vivum in conspectum suum non adduxissent, jussit Histiæi caput eos elotum atque obvolutum sepelire, tanquam viri de ipso ac de Persis bene meriti. Ita res Histiæi se
XXXI habuerunt. ¶ PERSARUM autem nauticæ copiæ circa Miletum hybernantes, altero à profectione anno haud difficulter insulas continenti adjacentes ceperunt, Chium, Lesbum, Tenedum: quarum insularum ut quamque capiebant, 3 everriculabant. Everriculant autem hunc in modum: 4 Viri manum mutuo tangentes, à mari aquilonari ad australe pertranseunt: post hæc omnem insulam peragrant, venando homines. Ceperunt quoque in continente urbes Iades eadem ratione, præterquam quod non everriculabant homines. neque é-
XXXII nim poterant. Hic autem non falso cessérunt ea quæ duces Persarum minati sunt

ἦλθε ἀγγελίη ὡς οἱ Φοίνικες ἀναπλώσι ἐκ τῆς Μιλήτου ὅτι τ' ἄλλην Ἰωνίην. πυθόμενοι δὲ ταῦτα, θάσσον μὲν ἀπόρητον λείπει, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Λέσβον ἀπέγνωτο ἄγων πᾶσαν τὴν στρατιήν. ἐκ Λέσβου δὲ διαμαιεύσας οἱ τῆς στρατιῆς, πόρον ἀλγαίνει ἐς τὴν Ἀταρνέα, ὡς ἀμήσων τὸν σῖτον τόν τε ἐνθεῦτεν καὶ τὸν ἐκ Καΐκου πεδίου τῆς Μυσῶν. ἐν δὲ τούτοισι τοῖσι χωρηίοισι ἐτύγχανε ἐὼν Ἅρπαγος, ἀνὴρ Πέρσης, στρατηγὸς στρατιῆς ἐκ ὀλίγης· ὃς οἱ ἀπιβάντι συμβαλών, αὐτόν τε Ἱσταῖον ζωγρείῃ ἔλαβε, καὶ τὸν στρατὸν αὐτῶν τὸν πλέω διέφθειρε. Ἐζωγρήθη δὲ ὁ Ἱσταῖος ὧδε· ὡς ἐμάχοντο οἱ Ἕλληνες τοῖσι Πέρσῃσι ἐν τῇ Μαλήνῃ τῆς Ἀταρνείτιδος χώρης, οἱ μὲν στωμύλαντο χρόνον ὅτι πολλόν, ἡ δὲ ἵππος ὕστερον ὁρμηθεῖσα ὅτι τάχιστα ἐπέκειτο τοῖσι Ἕλλησι. τότε δὴ ἔρρηγε τῆς ἵππου τοῦτο ἠλύετο, καὶ τετραμμένων τῶν Ἑλλήνων, ὁ Ἱσταῖος ἐλπίζων ἐκ ἀπολέεσθαι ὑπὸ βασιλῆος. λέγω δὲ τὴν παρεοῦσαν ἁμαρτάδα, φιλοψυχίῃ τοιῇδέ τινα ἀναιρέεται· ὡς φεύγων τε κατελαμβάνετο ὑπ' ἀνδρὸς Πέρσεω, καὶ ὡς καταιρεόμενος, ὑπ' αὐτοῦ ἔμελλε συγκεντηθήσεσθαι, Περσίδα γλῶσσαν μετεὶς, καταμανύει ἑωυτόν, ὡς εἴη Ἱσταῖος ὁ Μιλήσιος. Εἰ μέν νυν, ὡς ἐζωγρήθη, ἄγοιτο ἀγόμενος παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον, ὁ δ' ἔτ' ἂν ἔπαθε κακὸν οὐδέν, δοκέειν ἐμοί, ἀφικόμενός τ' ἂν αὖτις τὸ αἰτίην νῦν δέ μιν, αὐτίων τε τυτθίων εἵνεκα, καὶ ἵνα μὴ διαφυγών, αὖτις μέγας παρὰ βασιλέϊ γένηται, Ἀρταφέρνης τε ὁ Σαρδίων ὕπαρχος, καὶ ὁ λαβὼν Ἅρπαγος, ὡς ἀπίκετο ἀγόμενος ἐς Σάρδις, τὸ μὲν αὐτοῦ σῶμα αὐτοῦ τούτῳ ἀνεσταύρωσαν, τὴν δὲ κεφαλὴν ταριχεύσαντες, ἀνέπεμψαν παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον ἐς Σοῦσα. Δαρεῖος δὲ πυθόμενος ταῦτα καὶ ἐπαγτιστόμενος τὸς ταῦτα ποιήσαντας, ὅτι μὴ οὐ ζώοντα ἀνήγαγον ἐς ὄψιν τὴν ἑωυτοῦ, τὴν κεφαλὴν τὴν Ἱσταίου λούσαντες τε καὶ περιείλαντες εὐπρεπῶς ἐκέλευσε θάψαι, ὡς ἀνδρὸς μεγάλου ἑωυτῷ τε καὶ Πέρσῃσι εὐεργέτεω. τὰ μὲν δὴ Ἱσταίου ὕστερα ἔγένετο. Ὁ δὲ ναυπηγὸς στρατὸς ὁ Περσέων, 217
χειμερίσας δὴ Μίλητον τῷ δευτέρῳ ἔτεϊ ὡς ἀνέστρωσε, αἱρέει εὐπετέως τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ ἠπείρῳ κειμένας, Χίον καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον. ὅκως δὲ λάβοι τινὰ τῶν νήσων, ὡς ἐνδέκα μὲν αἱρέοντες οἱ βάρβαροι ἐσαγίνδυον τοὺς ἀνθρώπους. σαγηνεύουσι δὲ τῶνδε τρόπον. ἀνὴρ ἀνδρὸς ἀφάμενος τῇ χειρὶ, ἐκ θαλάσσης τῇ βορείῃ δὴ τῇ νοτίῃ διήκουσι, καὶ ἔστεπτο ἅπασα τῆς νήσου διέρχονται ἐκδηριδύσαντες τοὺς ἀνθρώπους. αἴρεον δὲ καὶ τὰς ἐν ἠπείρῳ πόλιας τὰς Ἰάδας κατὰ τὠυτὸ πλὴν οὐκ ἐσαγίνδυον τοὺς ἀνθρώπους· ἐν γὰρ οἷσί τ' ἦσαν Ἐνδεῦτεν Περσέων οἱ στρατηγοὶ ἐκ ἐφύλασσον τὰς ἀπειλὰς τὰς ἐπιπείλησαν

1 Quod ejus copiæ sibi metuerent, 2 Sed Darium culpam ei fuisse remissurum: 3 Tanquam in sagenam includebant. 4 Vir manu viri prehensa. *id est, Prehensis mutuo manibus.*

τοῖσι Ἴωσι στρατοπεδευομένοισι ἐναντία σφίσι. ὡς γὰρ δὴ ἐπεκράτησαν τῶν πολίων παῖδάς τε τοὺς εὐειδεστάτους ἐκλεξάμενοι εὐνούχους τε ποιήσαντες καὶ παρθένους τὰς καλλιστευούσας, ἀναστήσαντες πρὸς τοῦτο βασιλῆα. ταῦτά τε δὴ ἐποίεον. καὶ τὰς πόλιας ἐνεπίμπρασαν αὐτοῖσι τοῖσι ἱροῖσι. ὕστερον δὲ τοῦτον Ἴωνες κατεδουλώθησαν· πρῶτον μὲν, ὑπὸ Λυδῶν, δὶς δὲ ἐπέξης τότε ὑπὸ Περσέων. Ἀπὸ δὲ Ἰωνίης ἀπαλλαστέοντι Θρασύβουλος ὁ Μιλησίων τύραννος, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ ἐσπλέοντι τῆς Ἑλλησπόντου, αἵρεε πάντα. τὰ γὰρ δὴ πρὸς δέξια αὐτοῖσι τοῖσι Πέρσῃσι ὑποχείρια ἦν γεγονότα κατ' ἤπειρον. εἰσὶ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ αὖτε τῆς Ἑλλησπόντου, Χερσόνησός τε, ἐν τῇ πόλιες πολλέες εἰσὶ, καὶ Πέρινθος, καὶ τὸ τεῖχος τὸ διὰ Θρηϊκίης, καὶ Σηλυβρίη τε καὶ Βυζάντιον. Βυζάντιοι μὲν νυν καὶ οἱ πέρηθεν Χαλκηδόνιοι, ὀλίγῳ ὑστέρησαν διαπλέοντας τοὺς Φοίνικας, ἀλλ' οἰχοῦντο φεύγοντες ἀπολιπόντες τὴν πόλιν, ἔσω ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· καὶ ἐνθαῦτα τὴν Θηλυμβρίην πόλιν Μεσαμβρίην οἴκησαν. οἱ δὲ Φοίνικες καταλαμπύσαντες ταύτας τὰς χώρας τὰς καταλεχθείσας, τὰ περιοίκεον, καὶ Ἀρτάκην. πρὸς δὲ καὶ ταύτας ἐπὶ μαινῆς, ἔπλεον αὖτις ἐς τὸν Χερσόνησον, ἐξαιρήσοντες τοὺς ὑπολοίπους τῶν πολίων, ὅσας περιέχοντες οὐ κατέσχεαν· ὑπὸ δὲ Κύζικον ὧδε ἔπλωσαν τὸ ἀρχαῖον. αὐτοὶ γὰρ Κυζικηνοὶ ἔτι πρότερον τῶν Φοινίκων ἔσπλεον τοῦτον, ἐγεγόνεσαν ὑπὸ βασιλέϊ, Οἰβάρει τῷ Μεγαβάζου ὁμολογήσαντες τῷ ἐν Δασκυλίῳ ὑπάρχῳ. τῆς δὲ Χερσονήσου, πλὴν Καρδίης πόλιος, τὰς ἄλλας πάσας ἐχειρώσαντο οἱ Φοίνικες. Ἐτυράννευε δὲ αὐτέων μέχρι τούτου Μιλτιάδης ὁ Κίμωνος τοῦ Στησαγόρεω, κτησάμενος τὸν ἀρχαῖον τοῦτον πρότερον Μιλτιάδεω τοῦ Κυψέλου, πρόπαππον τοιῷδε· εἶχον Δόλογκοι Θρηϊκες τὸν ἀρχαῖον τῆς Χερσονήσου τοῦτον· ἔστι δὲ οὗτοι οἱ Δόλογκοι πιεζόμενοι πολέμῳ ὑπὸ Ἀψινθίων, ἐς Δελφοὺς ἔπεμψαν τὸν βασιλῆα περὶ τοῦ πολέμου χρησομένους. ἡ δὲ Πυθίη σφι ἀνεῖλε οἰκίζειν ἐπάγουσα ὅτι τὸ χωρίον τοῦτον, ὃς ἂν σφέας ἀπίοντας ἐκ τοῦ ἱροῦ πρῶτον ὅτι ξείνια καλέσῃ. ἰόντες δὲ οἱ Δόλογκοι τὸν ἱρὸν ὁδὸν, διὰ Φωκέων τε καὶ Βοιωτῶν ἤϊσαν. καί σφεας ὡς ὑπὸ οὐδενὸς ἐκαλέετο, ἐκστρατεύονται ἐπ' Ἀθηναίους. ὑπὸ δὲ τούτων νικηθέντες ἐπὶ τὸ πᾶν κέατος Γειραϊκὸν ἀπῳκίσθησαν καὶ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου, ἐὼν οἰκήϊος τὰ μάλιστα τῶν ἐν τῇ Θρηϊκίῃ Χερρονήσου ταύτην· ἔστι δὲ οὗτος

Ionibus, quum ex adverso castra haberent. nam posteaquam potiti sunt urbibus, formosissimos quosque puerorum seligentes castraverunt, exectis testibus facientes eunuchos: virgines q; forma præstantissimas ad regem transportarunt: & super hæc, urbes cum ipsis templis cremaverunt. Ita tertio Iones sunt in servitutem redacti, primum à Lydis, bis deinceps à Persis. Profectus ab Ionia navalis exercitus, omnia quæ ad lævam sunt in Hellespontum navigantibus subegit. nam quæ sunt ad dexteram, jam subacta erant à Persis per continentem. Hellesponti autem hæc in Europa sunt, Chersonesus, in qua frequentes sunt urbes, & Perinthus, & muri super Thraciam, & Selymbria, & Byzantium. Quorum Byzantii, & qui ulteriori in litore sunt Chalcedonii, ne expectaverunt quidem adventum Phœniciæ classis: sed relictis suis urbibus, in interiora Euxini ponti recesserunt, ibique urbem Mesambriam condiderunt. at Phœnices his urbibus quas commemoravi incensis, ad Præconnesum & Artacen se convertunt. Quibus & ipsis igni traditis, rursus in Chersonesum revehuntur, eversuri cæteras urbes quas superiore accessu non everterant. nam Cyzicum ab initio ne accesserant quidem, quod ipsi Cyziceni, jam ante adventum hunc classis Phœnicum sub rege erant, quum se OEbari filio Megabyzi qui Dascylii præses erat, dedissent. Cæteras Chersonesi urbes (præter Cardiam) Phœnices subegerunt: Quarum usque ad id tempus tyrannus erat Miltiades, filius Cimonis, nepos Stesagoræ: cujus imperii autor fuerat Miltiades Cypseli filius, ad hunc modum: Dolonci Thraces qui Chersonesum hanc tenebant, quum ab Absinthiis bello vexarentur, reges suos, ut de bello consulerent, Delphos miserunt. quibus Pythia responsit ut coloniæ in suam terram deducendæ eum autorem ascisceret qui primus eos templo abeuntes hospitio invitasset. Dolonci sacram viam ingressi, per Phocenses atque Bœotios iter fecerunt: à quorum nemine invitati, Athenas divertunt. Ea tempestate Athenis omne quidem imperium tenebat Pisistratus, dominabatur tamen & Miltiades Cypseli filius è familia 1 Tethrippotrophi, 2 ab Æaco & Ægina oriundus, nuper familia facta Athenienſi, * Ἐν τῇ τῆσι Ἀθηναίοισι τυραννεῦσι ἦρχε μὲν τὸ πᾶν κράτος Πεισίστρατος Ἀπήρ· ἐδυνάστευε δὲ καὶ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου, ἐὼν οἰκήϊος τὰ μάλιστα τῶν ἐν τῇ Θρηϊκίῃ Χερρονήσου ταύτην· ἔστι δὲ οὗτος

XXXIII

XXXIV

XXXV

1 *Vide quod paulo post dicit de palma quam hic quadrigario curriculo reportaverat. ibi enim est ὀλύμπια ἄνυκας τεθρίππῳ, ut hic οἰκίης τεθριπποτρόφου. quod (ut verba sonant) significat, Ex familia quadrijuges equos alente. vel, Equos ad quadrigarium cursum. Ex quo videtur voluisse lectores splendorem opulentiamque domus colligere.*

2 Longius quidem repetita origine ab Æaco & Ægina oriundus, at propius repetita Athenienſis, —— * Eâ tempestate Athenis imperii quidem summa penes Pisistratum erat; dominabatur tamen & Miltiades Cypseli è familia quadrigariâ (h.e.) quæ quadrigas ad Olympicum certamen alebat) longiùs quidem repetita origine, ab Æaco & Ægina oriundus, propiùs verò, Athenienſis, à Philæo Ajacis filio, qui primus ex eâ familiâ Athenienſis factus fuit. Ita hunc locum transtulit Janus Rutgerſ. variar. Lection. l. 1. c. 9.

cujus

ne si qua calamitas ad superiorem accederet in bello Persico, nisi fœdera forent, in posterum subjecti Lacedæmoniis essent. His dictis Argivorum à senatu, quidam è nunciis Spartanorum ita respondit, quod ad fœdera quidem attineret, se ad eos qui plures essent relegare: quod autem ad imperium, id vero sibi demandatum esse, ut responderent dicerentque, Spartanis duos esse reges, Argivis unum, ideo non posse fieri ut alterutri Spartæ regi obrogaretur imperium: & nihil obstare quominus cum iis duobus rex Argivus parem dignitatem obtineret. Ibi Argivi negare se perpessuros insolentiam, sed præoptare à barbaro imperari sibi, quam Lacedæmoniis cedere. Atque ita edixerunt nunciis ut priusquam occideret sol, ex agro Argivo excederent, alioqui hostium loco futuros. Hoc ipsi Argivi sic CL. se habere memorant. aliter tamen per Græciam narratur. Xerxem antequam bellum Græciæ inferret, misisse Argos caduceatorem: quo quum pervenit, ita fertur verba fecisse, Viri Argivi, Xerxes rex hæc vobis inquit, Nos arbitramur, Persem, ex quo nos progeniti sumus, fuisse filium Persei Danaes filii, ex Andromeda genitum, quæ fuit Cephei filia. ita ex vobis oriundi sumus. Quod quum ita sit, nefas est & nos progenitoribus nostris inferre bellum, & vos aliis opem ferendo, nobis adversarios fieri. Sed potius domi vestræ vos considentes otium tenere. nam si mihi ex sententia succedet, nullos pluris quam vos faciam. Hæc Argivi quum audissent, 1 rem confecisse dicuntur, & à principio dissimulantes quod actum esset, nihil popposcisse Græcos: sed quum ab illis 2 reprehenderentur, tunc partem imperii popposcisse, gnari id Lacedæmonios non concessuros, ut hoc prætextu 3 otium agerent. 4 Cui rei CLI. competit, quod quidam Græcorum multis postea annis gestum fuisse memorant: Quum Sulis Memnoniis alterius negotii gratia essent Athenienses nuncii, Callias Hipponici filius & collegæ qui pariter ascenderant, contigit ut Argivi & ipsi per id tempus Susa mitterent nuncios, qui Artaxerxem filium Xerxis interrogarent an amicitiam quam cum Xerxe contraxissent, putaret adhuc durare, an ab illo pro hostib. haberentur,

1 *Pro* ἀπαγγελλομένους, *autem legitur* ἐπαγγελλομένους. 2 *Vide annot. quæ proximam præcedit.* 3 A bello abstinerent. 4 Cum quibus istud congruisse. *vel,* Quibus consentaneum fuisse quidam Græcorum narrant quod multis post hæc annis contigit:

Quibus

Quibus Artaxerxes, imo vero maxime perdurare respondit, nullamque sibi civitatem amiciorem putare quam Argos.
CLII Verum an caduceatorem Xerxes Argos 1 miserit ad ea dicenda, & an Argivorum nuncii qui Susa ascenderunt, Artaxerxem de amicitia interrogaverint, pro comperto dicere non possum, nec ullam de his aliam proferre sententiam nisi quam Argivi proferunt. Id demum scio, si omnes homines qui domestica mala in medium contulissent, cum vicinis mutare volentes, mala vicinorum intuiti fuissent, libenter reportaturos rursum singulos ea quæ ipsi attulissent. Ita non turpissime ab Argivis actum est. Ego vero quæ dicuntur dicere debeo, attamen non omnino omnibus credere: quod in universum à me dictum sit. quoniam & hoc narratur, Argivos extitisse qui Persam in Græciam accersierunt, posteaquam cum Lacedæmoniis male pugnassent, præ dolore præsenti quidvis præoptantes. Et de Argivis quidem
CLIII. dictum est. ¶ In Siciliam autem ad agendum cum Gelone, tum alii nuncii à sociis iere, tum vero à Lacedæmoniis Syagrus. Hujus Gelonis progenitor fuit OEcetor, qui in Gela erat, ex insula Telo quæ Triopio objacet: qui, dum Gela conderetur à Lindiis, qui sunt è Rhodo & Antiophemo, assumptus non est. Interjecto tamen tempore, 2 posteri ejus deorum inferorum sacerdotes illic perseveraverunt, oriundi à Teline, uno ex ea familia, qui eos illic collocavit hunc in modum. Quidam viri Geloi per seditionem ejecti, in Mactoriam urbem quæ sita est super Gelam, profugerunt: hos Telines Gelam 3 deduxit nullis virorum copiis adjutus, sed horum deorum sacris. quæ unde acceperit, an ipse possederit, id vero dicere non possum. His sacris fretus, 4 eo deduxit illos ubi posteri sui deorum sacrificuli essent. Quæ res mihi admirationi fuit, præter ea quæ audio, tantum opus Telinem effecisse: qualia opera non à quocunque viro effici consueverint, sed ab eo qui sit 5 casti ingenii, robustæque præstantiæ. Quanquam ut fertur ab incolis Siciliæ, fuisse natura effœminatum ac viro molliorem.

Βασιλῆα ὃ Ἀρτοξέρξεα μᾶλισα ἐμμενέειν φάναι, καὶ ὀδεμίλιον νομίζειν πόλιν Ἄργεα φιλιωτέρην. Εἰ μὲν νυν Ξέρξης ἀπέπεμψε ταῦτα λέγοντα κήρυκα ἐς Ἄργος, καὶ Ἀργείων ἄγγελοι ἀναβάντες ἐς Σῦσα ἐπειρώτων Ἀρτοξέρξεα περὶ φιλίης, ἐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν· ὀδέ τινα γνώμην περὶ αὐτέων ἀποφαίνομαι ἄλλην γε ἢ τὴν ὑστερον αὐτοὶ Ἀργεῖοι λέγουσι. Θωμάζω δὲ τοσοῦτο, ὅτι εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήια κακὰ ἐς μέσον συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐσκύψαντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀπασαμένοι ἕκαστοι αὐτέων ἀπεφέροντο ὀπίσω τὰ ἐσενείκαντο. Ὥστω δὴ ἐκ Ἀργείοισι ἄγαμαι πεποιήσθαι. ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαι μὲν οὐ παντάπασι ὀφείλω. καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον. ἐπεὶ καὶ ταῦτα λέγεται, ὡς ἄρα Ἀργεῖοι ἦσαν οἱ δεκαλεσάμενοι τὸν Πέρσεα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐπειδή σφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ ἀρχμὴ ἐστήκεε, πᾶν δὴ βουλόμενοι σφι εἶναι πρὸ τῆς παρεούσης λύπης, τὰ μὲν τῶν Ἀργείων ἡσυχίη. Ἐς δὲ τὴν Σικελίην ἄλλοι τε ἀπίκατο ἄγγελοι ἀπὸ τῶν συμμάχων συμμίξοντες Γέλωνι, καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων Σύαγρος. τοῦ δὲ Γέλωνος τόδε πρόγονος, οἰκήτωρ ὁ ἐν Γέλῃ ἐὼν ἐκ νήσου Τήλου τοῦ ἐπὶ Τριοπίῳ κειμένης· ὃς κλιζομένης Γέλης ὑπὸ Λινδίων τε τῶν ἐκ Ῥόδου, καὶ Ἀντιοφήμου, ἐκ ἐλήφθη. ἀνὰ χρόνον δὲ αὐτοῦ οἱ ἀπόγονοι ἐγένοντο, ἱροφάντας τῶν χθονίων θεῶν διαλέλεον ἐόντες, Τηλινέω ἐνὸς τοῦ τῶν προγόνων κτησαμένου τρόπῳ τοιῷδε. ἐς Μακτώριον πόλιν τὴν ὑπὲρ Γέλης οἰκημένην, ἔφυγον ἄνδρες Γελῴων, ἐσωθέντες στάσι. τούτους ὦν ὁ Τηλίνης καταγαγὼν ἐς Γέλαν, ἔχων ὀδεμίην ἀνδρῶν δύναμιν, ἀλλ' ἱερὰ τελέων τῶν θεῶν. ὁκοῖον δὲ αὐτὰ ἔλαβε, ἢ αὐτὸς ἐκτήσατο, τοῦτο δὲ ἐκ ἔχω εἰπεῖν. τούτοισι δὲ ὧν πίσυνος ἐὼν κατήγαγε, ἐπ' ᾧ τε οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ ἱροφάντας τῶν θεῶν ἔσονται. θωύμα μοι ὧν καὶ τοῦτο γέγονε πρὸς τὰ πυνθάνομαι Κατερ- Ξ καλέρ-
χάσασθαι Τηλίνεω ἔργον τοσοῦτον. τὰ τοιαῦτα γάζ
δὲ ἔργα ὀ πρὸς τοῦ ἀπαίνου ἀνδρὸς νενόμικα γίνεσθαι, ἀλλὰ πρὸς ψυχῆς τε ἀγαθῆς, καὶ ῥώμης ἀνδρηίης. ὁ δὲ λέγεται πρὸς τῆς Σικελίης τῶν οἰκητόρων τὰ ἐναντία τελέων πεφυκέναι, θηλυδείης τε καὶ μαλακώτερος ἀνήρ.

1 Ad ea dicenda remiserit, & an Argivorum nuncii ad interrogandum Artaxerxem de amicitia, Susa ascenderint, pro comp. 2 Ejus posteri continua successione deorum inferorum sacrifici, *vel, antistites sacrorum diis inferis*, fuerunt, quum Telines, unus quidam ex progenitoribus *hanc dignitatem* hoc modo acquisivisset. *At Valla cum in aliis peccavit tum in eo quod ita vertit quasi* κτισαμένου *legeretur, quum tamen statim post in eadem re alterum lectionem sequatur.* 3 Reduxit, *sic & paulo post emenda.* 4 Eos hac conditione reduxit ut ejus posteri deorum sacrifici essent. *Ad hoc loquendi genus passim impingit hic interpres.* 5 *Sensus hujus loci postulare videtur ut* ψυχὴ ἀγαθὴ *respondeat ad verbum id quod dicimus Bon esprit: ut totum hunc locum sic interpretemur*, Neque enim in quemlibet talia facta cadere existimo, sed in eum demum qui acuto ingenio virilique robore sit præditus. Atqui eum Siciliæ incolæ contraria his à natura habuisse ferunt, ut qui effœminatus ac mollior fuerit. *Illud quoque* πρὸς τοῦ *videtur aliter accipiendum, & eodem modo quo utimur præpositione* Ad, *quum dicimus*, Obstupuit ad has voces.

ἔτω μὲν νυν ἐπλήσατο τοῦτο τὸ γέρας. Κλεάνδρου ὦ τοῦ Παταρέος τελευτήσαντος τὸν βίον, ὃς ἐτυράννευσε μῆνας Γέλης ἐπὶ ἔτεα, ἀπέθανε ὑπὸ Σαβύλλου ἀνδρὸς Γελῴου, ἐνδοῦ τοῦ ἀναλαμβάνει τὴν μοναρχίην Ἱπποκράτης, Κλεάνδρου ἐὼν ἀδελφεός. ἔχοντος δὲ Ἱπποκράτεος τὴν τυραννίδα, ὁ Γέλων ἐὼν Τηλίνεω τοῦ ἱερφάντεω ἀπόγονος, πολλῶν μετ' ἄλλων, καὶ Αἰνησιδήμου τοῦ Παταϊκοῦ, ὃς ἦν δορυφόρος Ἱπποκράτεος, μετὰ δὲ πολλὸν χρόνον δὴ ἀρετὴν ἀπεδέχθη πάσης τῆς ἵππου ἔπαρχος. πολιορκέοντος γὰρ Ἱπποκράτεος Καλλιπολίτας τε καὶ Νάξιους, καὶ Ζαγκλαίους τε καὶ Λεοντίνους, καὶ πρὸς, Συρηκουσίους τε καὶ τῶν βαρβάρων συχνούς, ἀνὴρ ἐφάνετο ἐν τούτοισι τοῖσι πολεμίοισι ἐὼν ὁ Γέλων λαμπρότατος. τῶν δὲ εἶπον πολίων τοῦτέων, πλὴν Συρηκουσίων, οὐδεμίη πέφυγε δουλοσύνην πρὸς Ἱπποκράτεος. Συρηκουσίους δὲ Κορίνθιοί τε καὶ Κερκυραῖοι ἐρρύσαντο, μάχῃ ἑωυτῶν ἕκαστοι δὴ τοῖσι καταλέξαντες, ἐπ' ᾧτε Ἱπποκράτεϊ Καμαρίναν Συρηκούσιοι παραδοῦναι. Συρηκουσίων δὲ ἦν Καμαρίνα τὸ παρὸν. Ὡς δὲ καὶ Ἱπποκράτεα τυραννεύσαντα ἴσα ἔτεα τῷ ἀδελφεῷ Κλεάνδρῳ καὶ Γέλωνα ἀπαλλαγῆναι πρὸς πόλι Γέλῃ, τριηκοσίμυον δὴ τὸν Σικελοί, ὥστε δὴ ὁ Γέλων τῷ λόγῳ τιμωρέων τοῖσι Ἱπποκράτεος παισὶ Εὐκλείδῃ τε καὶ Κλεάνδρῳ, ἐβούλοντο τὴν πολιηΐδα κατὰ κόσμον ἔτι ἐπὶ τῷ ἔργῳ, ὡς ἐπεκράτησε μάχῃ τῶν Γελώων, ἦρχε αὐτοὺς ἀπελάσας τοὺς Ἱπποκράτεος παῖδας. μετὰ δὲ τοῦτο τὸ δόρυμα, τοὺς γαμόρους καλεόμενους τὴν Συρηκουσίων, ἐκπεσόντας τοῦ τε δήμου, καὶ τῶν σφετέρων δούλων, καλεομένων δὲ Κυλλυρίων, ὁ Γέλων καταγαγὼν τούτους ἐκ Κασμένης πόλιος ἐς τὰς Συρηκούσας, ἔσχε καὶ ταύτας. ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Συρηκουσίων ὑπ' οὐδὲν Γέλωνι παραδιδοῖ τὴν πόλιν καὶ ἑωυτόν. Ὁ δέ, ἐπείτε παρέλαβε τὰς Συρηκούσας, Γέλης μὲν ὑπερεφέων, λόγον ἐποιήσατο, ὅκως πρέψας αὖθις Ἱέρωνι ἀδελφεῷ ἑωυτοῦ· ὁ δὲ τὰς Συρηκούσας ἐκράτυνε, καὶ ἔσαν ἅπαντα αἱ Συρηκοσαι· αἱ δὲ παραυτίκα ἀνάστατοι ἐδέδεγμον καὶ ἀνέβλαστον. τοῦτο μὲν δὴ, Καμαριναίους ἀπαναστάσας ἐς τὰς Συρηκούσας ἀγαγὼν, πολίτας ἐποίησε, Καμαρίνης δὲ τὸ ἄστυ καθέσκαψε· τοῦτο δὲ, Γελώων ὑποδημιούργησε τὸν ἀστῶν τοὺς τοῖσι Καμαριναίοισι ἐποίησε. Μεγαρέας τε τοὺς ἐν Σικελίῃ, ὡς πολιορκεόμενοι ἐς ὁμολογίην περιεχώρησαν, τοὺς μὲν ἀπὸ λεών παρέας, ἀειρομένους τε πόλεμον αὐτῷ, καὶ περισταμένους ἀπολέσθαι ἀπὸ τοῦτο, ἄγων ἐς τὰς Συρηκούσας, πολίτας ἐποίησε.

Hunc in modum ille dignitatem hanc adeptus est. Cleandro autem Patareo, CLIV.
qui septem annos Gelæ tyrannide potitus est, vita functo, (à Sabyllo autem viro Geloo fuit interfectus) ibi frater ejus Hippocrates susceptit imperium. Quo tyrannidem obtinente, erat illic Gelon prognatus à Teline vate, cum aliis multis, quorum unus erat Æneſidemus Pataici filius, satelles Hippocratis: qui non diu post ob virtutem declaratus est totius equitatus præfectus. nam quibus in bellis Hippocrates obsedit Callipolitanos, Naxios & Zanclæos & Leontinos, pugnavitque cum Syracusanis & permultis barbarorum, in iis bellis Gelon extitit vir præclarissimus: adeo ut nulla omnium quas retuli civitatum effugerit Hippocratis dominationem, præter Syracusanos. quos pugna ad flumen Elorum superatos Corinthii Corcyræique liberaverunt; sub hac tamen condicione, ut Syracusani Camarinam, quæ ipsorum quondam fuisset, Hippocrati traderent. Hippocrates autem CLV.
quum totidem annos quot frater Cleander tyrannidem obtinuisset, illato Siculis bello, ante urbem Hyblam periit. ita Gelon per causam tuendi liberos Hippocratis, Euclidem & Cleandrum, ubi cives, quod abnuerent dicto amplius audientes esse, prœlio vicit, ipse Geloorum imperium [1] adeptus est, liberis Hippocratis dominatu fraudatis. [2] Post hoc commentum, quosdam Syracusanos, qui Gamori vocabantur, à plebe suisque servis qui Cyllyrii nominabantur ejectos, in patriam ex urbe Casmena reducendo, potitus etiam est ipsis Syracusis. nam ei venienti plebs Syracusana & urbem & seipsam dedit. Quam Gelon ubi accepit, Gelam quam CLVI.
tenebat minoris faciens, Hieroni fratri demandavit, sibique Syracusas habuit, & quidem pro omnibus urbibus. ideoque ea civitas confestim [3] excurrit atque propagata est. nam deductis eo Camarinæis omnibus Gelon civitatem dedit, Camarina eversa: dimidioque & eo amplius Geloorum itidem ut Camarinæis fecit. Necnon Megarensium qui sunt in Sicilia, quum obsessi ad deditionem venissent, locupletissimos quosque, qui bellum ei intulerant, & ob id se interfectum iri putabant, Syracusas traduxit, ac civitate donavit:

τῶν Κυλλυρίων,

1 *Omittit* ἔργῳ *quod respondet præcedenti* λόγῳ· *q. d. Dum verbo illos ad conservandum suum imperium adjuvat, ipse non jam verbo, sed facto illud invasit.* 2 Post hoc autem insperatum lucrum. *Id est, Quum autem ei nihil tale speranti jam tantum bonum obtigisset.* 3 Incrementum vigoremque assumpsit.

at ple-

at plebem Megarenſem quæ belli movendi fuerat expers, quæque nihil mali ſe paſſuram expectabat, Syracuſas adductam venundedit, ex Sicilia aſportandam. Idem hoc fecit Eubœenſibus qui ſunt in Sicilia, proceres à plebe diſtinguens. Hoc autem ideo de utriſque fecit quod arbitraretur contubernium
CLVII. plebis rem eſſe moleſtiſſimam. Ea ratione magnus tyrannus effectus eſt Gelon. Ad quem legati Græcorum, poſteaquam Syracuſas coramque venerunt: ita loquuti ſunt, LACEDÆMONII pariter & Athenienſes eorumque ſocii nos miſere ad te in ſocietatem aſſumendum adverſus barbarum. nam prorſus auditi bellum Græciæ inferre, juncto pontibus Helleſponto, virum Perſam, ſecum omnes Eoas ex Aſia copias ducentem: per ſimulationem belli Athenis inferendi nos invadentem, quum in animo habeat omnem Græciam redigere in ſuam poteſtatem. Tu igitur, cui magna potentia adeſt, nec minima Græciæ portio, quum ſis Siciliæ princeps, ferto opem iis qui Græciam à ſervitute vindicant, eamque una cum illis liberato. Coacta enim cuncta Græcia erimus magna manus, pugnaque pares invadentibus nos: quod ſi e nobis alii proditores fuerint, alii otioſi ſedeant, id ſyncerum quod ſupererit Græciæ, exiguum erit. unde periculum eſt ne omnis Græcia peſſum eat. Neque enim ſperaveris Perſam, ſi nos prœlio ſuperaverit, ad te non eſſe venturum: quinimo hoc ante caveris. nobis nanque opem ferendo, temetipſum tutaris. Rei bono conſilio geſtæ lætus plerunque eſt exitus. Hæc legati dixere.
CLVIII. Quibus reſpondens Gelon, [1] inultus in hac oratione fuit, Viri Græci, inquit, inſolentem habetis orationem, qui auſi eſtis me adire, hortantes ad ineundam adverſus barbarum ſocietatem: [2] quum ipſi me orantem prius adverſus exercitum barbaricum recuſaveritis ſocium. nam dum mihi erat cum Carthaginenſibus certamen, [3] incumbenti ad ultionem necis Doris Anaxandridæ filii de Ægeſtanis exigendam, offerebamque me adjutorem ad liberanda emporia, unde vobis magna emolumenta atque [4] voluptates provenerant, vos neque mei adjuvandi, neque ultionis de nece Doriana exigendæ gratia venire voluiſtis.

τὸν ὃ δῆμον τὸν Μεγαρέων, ὃν ἐόντα μέγιστον τῶ πολέμω τούτω, ὧδε προσδεκόμενον κακὸν ὐδὲν πείσεσθαι, ἀγαγὼν καὶ τούτους ἐς τὰς Συρηκούσας, ἀπέδοτο ἐπ' ἀλλαγῆ ἐκ Σικελίης. τὠυτὰ δὲ τοῦτο καὶ Εὐβοέας τοὺς ἐν Σικελίη ἐποίησε Δαμάρητος. ἐποίεε δὲ ταῦτα τούτους ἀμφοτέρους, νομίσας δῆμον εἶναι συνοίκημα ἀχαριστότατον. Τοιούτῳ μὲν τρόπῳ τυραννεύσας μέγας ὁ Γέλων. τότε δ' ὡς οἱ ἄγγελοι τῶν Ἑλλήνων ἀπικέατο ἐς τὰς Συρηκούσας, ἐλθόντες αὐτῶ ἐς λόγους, ἔλεγον τάδε, Ἔπεμψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι, καὶ οἱ τούτων σύμμαχοι, καλέοντες σε πρὸς τὸν βάρβαρον. τὸν γὰρ δὴ πάντα δὴ τιὼ Ἑλλάδα πάντως καὶ πυνθάνεαι, ὅτι Πέρσης ἀνὴρ μέλλει, ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἐπάγων πάντα τὸν ἠῶον στρατὸν ἐκ τῆς Ἀσίης, στρατηλατέειν δὴ τιὼ Ἑλλάδα· πρόφημα μὲν πισύμενος ὡς ἐπ' Ἀθηναίους ἐλαυνέει, ἐν νόῳ δὲ ἔχων πᾶσαν τιὼ Ἑλλάδα ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι. σὺ δὲ δυνάμιός τε ἔπεις μεγάλης, καὶ μοῖράν τινα τῆς Ἑλλάδος ἐκ ἐλαχίστην μέτα ἀρχοντί γε Σικελίης· βοηθεῖν τε τοῖσι ἐλευθερῶσι τιὼ Ἑλλάδα, καὶ συνελευθέρου. ἀλλὰ μὲν γὰρ ἡμιμαθὴς πᾶσα ἡ Ἑλλὰς, χεὶρ μεγάλη συναγείρας, καὶ ἀξιόμαχοι γενόμενοι τοῖσι ἐπηῶσι· ἴσως δὲ ἡμέων οἱ μὲν καταπροδιδῶσι, οἱ δὲ μὴ θέλωσι τιμωρέειν, τὸ δὲ ὑγιαῖνον τῆς Ἑλλάδος ἢ ὀλίγον, τοῦτο δὴ δεινὸν γίνεται, μὴ πέσῃ πᾶσα ἡ Ἑλλάς. μὴ γὰρ ἐλπίσῃς, ἢν ἡμέας καταστρέψηται ὁ Πέρσης μάχῃ κρατήσας, ὡς ἐκὶ ἥξει ὧδε σέ γε, ἀλλὰ πρὸ τούτου φύλαξαι. βοηθέων γὰρ ἡμῖν σαυτῷ τιμωρέεις· τῷ δὲ δυνατῷ πρήγματι τελευτὴ ὡς τὸ πολλὸν χρηστὴ ἐθέλει ἕπεσθαι. οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον. Γέλων δὲ πολλὸς ἐνέκειτο λέγων τοιάδε, Ἄνδρες Ἕλληνες, λόγον ἔχοντες πλεονεκτέειν, ἐτολμήσατε ἐμὲ συμμαχὸν δὴ τὸν βάρβαρον ὧδε καλέοντες ἐλθεῖν· αὐτοὶ δὲ, ἐμοὶ πρότερον δεηθέντι βαρβαρικῶ στρατῶ συνεπαμῦναι, ὅτε μοι πρὸς Καρχηδονίους ἐεικὸς συνῆπτο, ὑβρισμένου τε τοῦ Δωρέος τοῦ Ἀναξανδρείδεω πρὸς Αἰγεσταίων φόνον ἐκπρήξασθαι, καὶ παρεόντος τε καὶ ἐμπόρια συνελευθερωθῆναι, ἀπ' ὧν ὑμῖν μεγάλαι ὠφέλειαί τε καὶ ἐπαυρήσιες γεγόνασι· ἔτε ἐμοὶ εἵνεκα ἦλθετε βοηθήσοντες, ὅτε γε Δωρέος φόνον ἐκπρηξόμενοι·

1 His verbis, quibus eos vehementer urgebat, uſus eſt 2 Quum ipſi petenti mihi averſus exerc. barb. ferre opem recuſaveritis. 3 Et obteſtabar ut pœnas necis Doriei Anaxandridæ filii ab Ægeſtanis repoſceretis, offereb. 4 Commoditates provenerunt.

"τὸ ᾧ κατ' ὑμέας, τάδε πάντα ὑπὸ βαρβά-
"ροισι νέμεται. ἀλλ' δὴ γὰρ ἡμῖν καὶ ὅπη τὸ ἀμει-
"νον κατέστη· νῦν δὲ ἐπειδὴ περιελήλυθε
"ὁ πόλεμος καὶ ἀπιξίας ἐς ὑμέας, ὕστω δὴ Γέ-
"λωνος μνῆστις γέγονε. ἀτιμίης ᾧ πρὸς ὑμέ-
"ων κυρήσας, ἐκ ὁμοιώσομαι ὑμῖν, ἀλλ' ἑτοῖ-
"μός εἰμι βοηθέειν, παρεχόμενος δικαίας
"τε τεμήρεας, καὶ διςμυρίους ὁπλίτας, καὶ δισ-
"χιλίους ἵππον, καὶ δισχιλίους τοξότας καὶ δισχιλί-
"ους σφενδονήτας, καὶ δισχιλίους ἱπποδρόμους
"φιλούς. σῖτόν τε ἀπάσῃ τῇ Ἑλλήνων στρα-
"τιῇ, ἐς τ' ἂν ἀφ' ὑμέων πολεμήσωμεν, ὑποδέκομαι
"παρέξειν. ὅπη ᾧ λόγῳ τοιῷδε πάντα ὑπίσχο-
"μαι, ἔστω ὦ στρατηγός τε καὶ ἡγεμὼν τῶν Ἑλ-
"λήνων" ἡμέσομαι πρὸς τὸν βάρβαρον ἐπ'
"ἄλλῳ ᾧ λόγῳ ἔτ' ἂν αὐτὸς ἔλθοιμι, ἔτ' ἄν
"ἄλλους πέμψαιμι. Ταῦτα ἀκούσας ὅτε ἠν-
"έχθη ὁ Συαγρος, εἶπέ τε τάδε, Ἦκε μέγ'
"οἰμώξειεν ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων, πυ-
"θόμενος Σπαρτιήτας τοὺς ἡγεμονίην ἀπα-
"εραιρεῖσθαι ὑπὸ Γέλωνός τε καὶ Συρηκοσίων.
"ἀλλὰ τότε μὲν τῷ λόγῳ μηκέτι μνησθῇς, ὅκως
"τοὺς ἡγεμονίην τοι ἀποδώσομεν. ἀλλ' εἰ μὲν
"βούλεαι βοηθέειν τῇ Ἑλλάδι, ἴσθι ἀρξόμενος
"ὑπὸ Λακεδαιμονίων· εἰ δ' ἄρα μὴ δικαιοῖς
"ἄρχεσθαι, σὺ ᾧ μηδὲ βοήθει. Πρὸς ταῦτα
ὁ Γέλων, ἐπειδὴ ὦρα ἀπεστραμμένους τοὺς λό-
γους τῷ Συαγρου, τὸν τελευταῖον σφι τόνδε
"ἐξέφηνε λόγον, Ὦ ξεῖνε Σπαρτιῆτα, ὀνείδεα
"χατόντα ἀνθρώπῳ, φιλέει ἐπαναγειν τὸν
"θυμόν. οὐ μὰν τοι ἀποδεξάμενός γε εἰσομα-
"τα ἐν τῷ λόγῳ, ἅ με πείσεις ἀχθόμενα ἐν
"τῇ ἀμυνῇ ἡμέσθαι. ὅκως ᾧ ὑμεῖς ὕστω πρει-
"ήκεσθε τῆς ἡγεμονίης, οἰκὸς καὶ ἐμὲ μᾶλλον
"ὑμέων πρειήκεσθαι, στρατῖῆς τε ἐόντα πολ-
"λαπλασίης ἡγεμόνα, καὶ νηῶν πολὺ πλείνων.
"ἀλλ' ἐπεί τε ὑμῖν λόγος ὕπω προσίντης κα-
"τίσταται, ἡμεῖς τοι ὑπείξομεν τῷ ἀρχαίῳ λό-
"γῳ· εἰ τὴν μὲν πεζὴν ἡμεῖς ἡγέοιμεν, τὴν ᾧ ναυτικὴν
"ἐγώ· εἰ ᾧ ὑμῖν ἥδιον τῇ καὶ θάλασσαν ἡγε-
"μονεύειν, ἢ πεζὴν ἐγὼ θέλω. καὶ ἢ τούτοισι ὑ-
μέας χρεὼν ὄζι ἀρέσκεσθαι, ἢ ἀπέναι συμμά-
χων τοιῶνδε ἐρήμους. Γέλων μὲν δὴ ταῦτα
"προεβάλετο. Φθάσας ᾧ ὁ Ἀθηναίων ἄγ-
"γελος τὴν Λακεδαιμονίων, "ἀμείβετο
"τοῖσδε, Ὦ βασιλεῦ Συρηκοσίων, ἐκ ἡγεμο-
"νίης ἡ Ἑλλὰς ἀπέπεμψεν ἡμέας
"πρὸς σὲ, ἀλλὰ στρατιῆς· σὺ ᾧ οὐκ ὡς μὲ στρατη-
"λὴν πέμψῃς μὴ ἡγεμόνα τῆς Ἑλλάδος, ἢ προφαίνεις· ὡς ᾧ στρατηγήσεις αὐτῆς, γλίχεαι

ἡμέσομαι

ἀμείβετο μὲν τοῖσδε,

1 Itaque quantum in vobis est, omnia hæc à barbaris possidentur. Verum nobis hæc in melius reciderunt. 2 nunc quoniam circumvenit vos atque attigit bellum, ita demum Gelonis memoria facta est. Sed contemptus a vobis, non ero vestri similis: sed paratus sum ad opem ferendam ducentarum triremium, & viginti millium armatorum, ac duum millium equitum, *totidemque ferentariorum*, totidemque levis armaturæ, totidem sagittariorum, totidem funditorum. Sed & rem frumentariam cunctis Græciæ copiis, donec fuerit debellatum, suppeditaturum me recipio. Sed ea lege hæc polliceor ut ego sim adversus barbarum Græcorum imperator: aliter neque ipse venirem, neque alios mitterem. Ea Syagrus audiens, non tulit: sed, O quam ejularet, inquit, Pelopides Agamemnon, si audiret Spartiatas imperium subdidisse Geloni atque Syracusanis: Tu vero ne feceris hujus rei mentionem amplius: sed si tibi animus est opem ferendi Græciæ, esto sub imperio Lacedæmoniorum: si dedigneris subesse, non habe animum opem ferendi. Ad hæc Gelon ubi vidit verba Syagri aversa, hanc ad extremum protulit orationem, Hospes Spartiata, contumeliæ homini factæ solent irritare indignationem. verum tu contumeliosis in me verbis invehens, non tamen induces me ad vicem contumeliose reddendam. Sed quando vos ita imperium amplectimini, multo me magis quam vos decet illud amplecti, qui multo majorum copiarum ac plurium navium imperator sum. Cæterum, quoniam ista oratio vestra in contrarium nititur, nos aliquantum a superiore nostra oratione decedemus: Si vos terrestribus copiis præfueritis, ego nauticis præero: sin vos mari imperitare juvat, ego terrestribus copiis imperitare volo. Ex quo oportet vos aut alterutra harum rerum esse contentos, aut his sociis destitutos abscedere. Hanc Gelon condicionem offerebat. Cui nuncius Athenienſis 3 Lacedæmonios antevertens, ita respondit, Rex Syracusanorum, Græcia nos ad te misit, non imperatorum indiga, sed exercitus: tu vero præ te fers non missurum te exercitum, nisi sis Græciæ imperator: videlicet ut illi imperes affectas.

CLIX

CLX

CLXI

1 Itaque per vos quidem hæc omnia barbari possideant licet; *id est, Per vos non stetit quin hæc omnia nunc à barbaris possideantur.* 2 Nunc postquam translatæ sunt ad vos belli gerendi vices, ita demum Gelonis recordati estis. Atenim dedecore à vobis affectus, vos nequaquam imitabor: sed opem ferre paratus sum ducentarum triremium, &c. *Est tamen ad verbum, Suppeditans ducentas triremes, & viginti millia armat. eodemque modo deinceps.* 3 Lacedæmoniorum nuncium antevert.

1 Itaque

1 Itaque quantum ad eam partem pertinet qua cuncto Græcorum exercitui præesse postulas, sufficerit nobis Athenienſibus ſilentium agere, intelligentibus Laconem fore idoneum ad reddendam pro utriſque rationem: quantum autem ad illud attinet, quod poſcis ut univerſæ claſſi præſis, ita habeto: nos, etiam ut Lacon permittat, non eſſe permiſſuros præeſſe te claſſi. noſtrum enim munus, hoc eſt, niſi Lacedæmonii id velint: quibus præeſſe claſſi volentibus non contradiceremus, alteri vero concederemus nemini. nam alioqui fruſtra 2 plus navium quam cæteri Græci poſſideremus, ſi Syracuſanis imperium cederemus, qui ſumus Athenienſes, & antiquiſſimæ originis, ſolique Græcorum qui nunquam ſolum vertimus: è quibus virum inſtruendo ornandoque exercitu aptiſſimum Homerus etiam 3 verſificator ait Ilium veniſſe: ut non ſit dedecus nobis iſta commemorare. His Gelon iſta reſpondit, Hoſpes Athenienſis, 4 apud nos qui præſint habetis, qui ſublint non habetis. Quocirca quum nihil cedere ſed totum obtinere velitis, quamcelerrime hinc retro abſcedatis, renunciaturi Græciæ ver ex anno illi 5 exaruiſſe. Cujus dicti ſenſus hic eſt, 6 quum conſtet probatiſſimam anni partem eſſe ver, talem eſſe ſuum exercitum innuebat, quo Græcia privaretur, quaſi quodam vere, quod illi exareſceret, non inita ſecum ſocietate. ¶ Hoc reſponſo Gelonis accepto nuncii Græcorum profecti ſunt. Poſt hæc Gelon timens quidem ille Græcis, ne impares barbaro eſſent, tamen indignum atque intolerandum ſibi ratus ut profectus in peloponneſum ſubeſſet Lacedæmoniis, qui Siciliæ tyrannus eſſet, omiſſa hac via aliam iniit. Nam ubi primum audiit Perſam tranſmiſiſſe Helleſpontum, miſit cum tribus 7 biremibus Cadmum Scythis filium Coum, multa cum pecunia ac placidis verbis, ad obſervandum quo caſura eſſet pugna: ut ſi barbarus vinceret, ei pecuniam traderet terramque & aquam eorum locorum quibus Gelon imperaret: ſin vincerent Græci, rurſus pecuniam reportaret. Hic Cadmus ante id tempus quum tyrannidem Coorum à patre accepiſſet

CLXII

CLXIII

CLXIV

"ὅσον μὲν νῦν παντὸς τοῦ Ἑλλήνων στρατοῦ
"ἐδέου ἡγέεσθαι, ἐξήρκει ἡμῖν τοῖσι Ἀθηναίοισι ἡσυχίην "
"ἄγειν, ὁπισαμένοισι ὡς ὁ Λάκων ἱκανός τι ἔμελλε ἔσεσθαι, καὶ γὰρ ἀμ- 277
"φοτέρων ἀπολογήσεσθαι. ἐπεί τε δὲ ἀπάσης
"ἀπελαυνόμενος δέεαι τῆς ναυτικῆς ἀρχῆς
"ἄρχειν, οὕτω ἔχει τοι, οὐδ' ἐμοὶ ὁ Λάκων ἐπίηνος
"τι ἄρχειν αὐτῆς, ἡμεῖς ἐωσόμεθα. ἡμέτερον
"γὰρ ἐστὶ αὕτη γε μηκάδων βεβολημένων Λακε-
"δαιμονίων. τούτοισι μὲν ὦν ἡγέεσθαι βεβολη-
"μένοισι ἐκ ἀντιτείνομεν, ἄλλῳ δὲ παρήσομεν
"ἑτέρῳ ναυαρχέειν. μάτην γὰρ ἂν ὧδε πλέον
"λον Ἑλλήνων στρατὸν πλείους ἑπτὰ
"μοῖροι, εἰ Συρηκουσίοισι εἴοντες Ἀθηναῖοι συσ-
"χωρήσομεν ἡγεμονίης, ἀρχαιότατον μὲν ἔθ-
"νεος παρεχόμενοι, μούνοι δὲ ἐόντες ἀμετανά-
"στατοι Ἑλλήνων. τῷ καὶ Ὅμηρος ὁ ἐποποιὸς
"ἄνδρα ἄριστον ἔφησε ἐς Ἴλιον ἀπικέσθαι,
"τάξαί τε καὶ διακοσμῆσαι στρατόν. ἔτω ἐκ
"ὀνείδεος ἡμῖν ἔστι ἐδέν" λέγειν τὰ τοιαῦτα. Ἀμείβετο Γέλων τοῖσδε, Ξεῖνε Ἀθηναῖε, ἐ-
"μοὶ οἶκε τὰς ἀρχηγίας ἔχειν, τοὺς δὲ" ἀρξο-
"μένους ἐκέτι. ἐπεὶ τοίνυν ἐδὲν ὁπιέντες ἔχειν τὸ
"πᾶν ἐθέλετε, ἐκ ἂν φθάνοιτε τὸν ταχί-
"στον ὀπίσω ἀπαλλασσόμενοι, καὶ ἀγγέλον-
"τες τῇ Ἑλλάδι ὅτι ἐκ τοῦ σὺν αὐτῷ τὸ ἔαρ αὐ-
τῇ ἐξαιρήσεται; ἔστι δὲ ὁ νόος τοῦ ῥήματος,
τὸ ἐθέλει λέγειν. δῆλα γὰρ ὡς ἐν τῷ σὺν αὐτῷ
ἔστι τὸ ἔαρ δοκιμώτατον, τὸ δὲ τῷ Ἑλλήνων
στρατῷ, τῷ ἑωυτοῦ στρατῷ. στρεψόμενος
ὧν τῷ Ἑλλάδι τῆς ἑωυτοῦ συμμαχίης, εἰκά-
ζε ὡς εἰ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ σὺν αὐτῷ ἐξαραρημένον
εἴη. Οἱ μὲν δὴ τῷ Ἑλλήνων ἄγγελοι " τοιαῦ-
τα τῷ Γέλωνι χρηματισάμενοι ἀπέπλεον.
Γέλων δὲ πρὸς ταῦτα δείσας μὲν τοῖσι Ἕλ-
λησι μὴ ὑδριάσῃ τὸν βάρβαρον ἐσβαλέ-
σθαι δεινὸν δὲ καὶ ἀναγκαῖον ποιησάμενος ἐλ-
θὼν ἐς Πελοπόννησον ἄρξειν ὑπὸ Λακεδαι-
μονίων, ἐὰν Σικελίης τύραννος, ταύτῃ μὲν τὴν
ὁδὸν ἠμέλησε, ὁ δὲ ἄλλης εἴχετο. ἐπεί τε γὰρ τάχι-
στα ἐπύθετο τὸν Πέρσεα διαβεβηκότα τὸν
Ἑλλήσποντον, πέμπει πεντηκοντέροισι τρισὶ
Κάδμον τὸν Σκύθεω, ἄνδρα Κῶον, ἐς Δελ-
φούς, ἔχοντα χρήματα πολλά, καὶ φιλίους λό-
γους, καραδοκήσοντα τὸν μάχιμον, ἢ περσέα·
καὶ ἢν μὲν ὁ βάρβαρος νικᾷ, τά τε χρήματα
αὐτῷ δίδοναι, καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ, τῷ ἄρ-
χει ὁ Γέλων· ἢν δὲ οἱ Ἕλληνες, ὥστε ἀπαίρειν.
Ὁ δὲ Κάδμος οὗτος, πρότερον τυραννεύων παραδεξάμενος παρὰ πατρὸς τὴν τυραννίδα Κώων,

1 At nos ad illam quidem tuam petitionem qua univerſi Græcorum exercitus imperium poſtulabas, ſilentium tenuimus, contenti Lacedæmoniorum reſponſo eſſe volentes, quod pro utriſque ſufficere poſſe ſciebamus: jam vero, quum tu univerſo imperio excluſus. *i. poſtquam denegatum tibi eſt univerſum imperium*, navale poſtules, ita habeto, nos ne permittente quidem id Lacedæmonio, permiſſuros. 2 *Legit* παρ' ἄλλον, *non* πάρεστιν. 3 Poeta. 4 Vos, qui imperent habere videmini, at quibus imperetur, non item. 5 Exemptum eſſe. *Vel, ablatum eſſe.* 6 Sicut ver in anno præcellere conſtat, ita ſuum exercitum Græco *præcellere*. Ideoque, Græciæ, quæ ſua ſocietate privaretur, idem contingere dicebat ac ſi ei ex anno ver exemptum eſſet. 7 Navibus quinquagenum remorum.

δὲ βεβηκυῖαν, ἑκὼν τε εἶ), καὶ δεινὸν ὑπόνοον ἐοῦσαν, ἀλλ' ὑπὸ δικαιοσύνης, ἐς μέσον Κώοισι καταθεὶς τὴν ἀρχὴν, οἴχετο ἐς Σικελίην. ἔνθα μετὰ Σαμίων ἔσχε τε καὶ κατοίκησε πόλιν Ζάγκλην τὴν ἐς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τὸνομα. τοῦτον δὴ ὧν ὁ Γέλων τὸν Κάδμον καὶ τοιῶνδε τέρπω ἀπικόμενον, διὰ δικαιοσύνην, τὴν οἱ αὐτὸς ἄλλην συνήδεε ἐοῦσαν, ἔπεμπε. ὃς δὴ τοῖσι ἄλλοισι δικαίοισι τοῖσι ἐξ ἑωυτοῦ ἐργασμένοισι, καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τῶν ἔργων ἐλείπετο. κεραΐσας γὰρ μεγάλων χρημάτων, τῶν οἱ Γέλων ἐπετέλεε πέτο, παρεὸν καταρᾶσθαι οὐκ ἐθέλησε. ἀλλ' ἐπεὶ οἱ Ἕλληνες ἐπεκράτησαν τῇ ναυμαχίῃ, καὶ Ξέρξης οἰχώκεε ἀπελαυνέων, καὶ δὴ καὶ ἐκεῖνος ἀπῴκητο ἐς τὴν Σικελίην, ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων. Λέγεται δὲ καὶ τάδε ὑπὸ τῶν ἐν Σικελίῃ οἰκημένων, ὡς ὁμοῦ καὶ μέλλων ἄρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ὁ Γέλων, ἐβούλησε ἂν τοῖσι Ἕλλησι, εἰ μὴ ὑπὸ Θήρωνος τοῦ Αἰνησιδήμου Ἀκραγαντίνων μουνάρχου ἐξελαθεὶς ἐξ Ἱμέρης Τήριλλος ὁ Κρινίππου, τύραννος ἐὼν Ἱμέρης, ἐπῆγε ἐπ' αὐτὸν τὸ χρόνον τοῦτον, Φοινίκων, καὶ Λιβύων, καὶ Ἰβήρων, καὶ Λιγύων, καὶ Ἐλισύκων, καὶ Σαρδόνων, καὶ Κυρνίων τεπήκοντα μυριάδας, καὶ τεσσηκοντόν αὐλέων, Ἀμίλκαν τὸν Ἀννωνος, Καρχηδονίων ἐόντα βασιλέα. τὸν ξεινίλατο τε τὸν ἑωυτοῦ ὁ Τήριλλος ἀναγνώσας, καὶ μάλιστα δὲ διὰ τὸν Ἀναξίλεω Κρητίνεω περδυμίλεω, ὃς Ῥηγίου ἐὼν τύραννος, τὰ ἑωυτοῦ τέκνα δοὺς ὁμήρους Ἀμίλκᾳ, ἐπῆγε μὲν δὴ τὸν Σικελίην, τιμωρέων τῷ πενθερῷ. Τηρίλλῳ δὲ εἶχε θυγατέρα Ἀναξίλεω, τῇ ἔνομα ἦν Κυδίππη. ὥστε δὴ ἐκ οἷόν τε ἐγένετο Γέλωνα βοηθέειν τοῖσι Ἕλλησι, ἀπαιτέσαντα ἐς Δελφοὺς τὰ χρήματα. Περὶ δὲ, καὶ τάδε λέγουσι, ὡς συνέβη τῆς αὐτῆς ἡμέρης ἔν τε τῇ Σικελίῃ Γέλωνα καὶ Θήρωνα νικᾶν Ἀμίλκαν τὸν Καρχηδόνιον, καὶ ἐν Σαλαμῖνι τοὺς Ἕλληνας τὸν Πέρσας. τὸν δὲ Ἀμίλκαν, Καρχηδόνιον ἐόντα πρὸς πατρός, μητρόθεν δὲ Συρηκόσιον, βασιλεύσαντά τε κατ' ἀνδραγαθίην, Καρχηδονίων, ὡς ἡ συμβολὴ τε ἐγένετο, καὶ ὡς ἐνόσεε τῇ μάχῃ, ἀφανισθῆναι πυθόμενον. ἔτε γὰρ ζῶντα, ἔτε ἀποθανόντα φανῆναι ἐδαμοῦ γῆς· τὸ πᾶν γὰρ ἐπεξελθεῖν διζήμενον Γέλωνα. Ἔστι δὲ ὑπ' Καρχηδονίων ὅδε ὁ λόγος λεγόμενος, εἰκότι χρεωμένων, ὡς οἱ βάρβαροι τοῖσι Ἕλλησι ἐν τῇ Σικελίῃ ἐμάχοντο, ἐξ ἧς ἀρξάμενοι μέχρι δείλης ὀψίης· ὅτι τοσοῦτο γὰρ λέγεται ἐλθεῖν τὸν σύμπαντα

Ἐσπλύκων, Κυρνίων

satis validam, nullo adverso casu, sed ob justitiam, sua sponte eam in media civitate deposuit, atque in Siciliam abiit. ubi una cum Samiis urbem Zanclam (cujus nomen in Messanam mutatum est) tenuit atque incoluit. Hunc Cadmum, eò hunc in modum profectum, Gelon ab justitiam quam illi ex allis rebus adesse noverat, Delphos misit: cujus hominis inter alia quæ edidit opera justa, hoc non in postremis reponitur, quod tantum pecuniæ à Gelone commissum intervertere quum posset, noluit, sed posteaquam Græci pugna navali superiores extitere, Xerxesque cum exercitu abiit, ipsè in Siciliam rediit cum omni pecunia. Fertur autem & hoc ab iis qui Siciliam incolunt, Gelonem inducto ad obtemperandum Lacedæmoniis animo, fuisse laturum Græcis auxilia, nisi Terillus Crinippi filius ejectus ex Himera, ubi erat tyrannus, à Therone Æneside filio Acragantinorum monarcho, adduxisset per id tempus Phœnicum & Libyum & Iberorum & Ligyum & Elisycorum & Sardonum & Cyrniorum trecenta millia, duce eorum Amilcare Hannonis filio Carthaginensium rege: quos Terillus abduxerat cum persuasos hospitii necessitudine, tum præcipue prompta animi voluntate Anaxilai Critinei filii, Rhegini tyranni, qui filios suos Amilcari obsides dedit, ulciscendi soceri causâ. habebat enim Anaxilaus in matrimonio Terilli filiam, nomine Cydippam. Ita Gelonem, quum nequiret auxilia Græcis ferre, Delphos misisse pecuniam. Præterea aiunt iidem contigisse ut eodem die Gelon & Theron Amilcarem Carthaginensem in Sicilia superarint quo Græci in Salamine Persam. Quinetiam Amilcarem, qui à patre quidem Carthaginensis, à matre vero Syracusanus erat, & ob virtutem rex Carthaginensium, quum conflixisset, prælio victum, è conspectu fuisse ablatum audio, nec usquam gentium aut vivum aut mortuum comparuisse. omnia enim Gelonem indagando collustrasse. Apud ipsos autem Carthaginenses illius imaginem colentes, hæc fama est, dum barbari cum Græcis in Sicilia ab aurora ad crepusculum sine intermissione pugnarent, (tandiu enim extractum fuisse prælium)

CLXV CLXVI CLXVII

1 Bene stabilitam, *vel, constitutam*, nulla premente calamitate, sed justitiæ exercendæ studio, *vel, sed justitiæ amore, ad verbum, Sed præ justitia*, in medium Cois proposuerat, & in Siciliam discesserat.

interea

interea Amilcarem in castris permanentem sacrificasse atque litasse, solida corpora 1 aggerentem in ingentem pyram; sed conspectis suis in fugam versis, ut erat in faciendis sacris occupatus, sese in ignem misisse, atque ita combustum è conspectu sublatum. Cui, sive hoc modo, ut Phœnices, sive alio, ut Carthaginenses & Syracusani memorant, ex oculis ablato, nunc Carthaginenses sacrificant, extructis monumentis, cum alibi in omnibus suis coloniis, CLXVIII tum præcipue in ipsa Carthagine. Hactenus quæ ad Siciliam attinent. ¶ Corcyræi autem aliud nunciis responderunt, aliud fecerunt. nam quum eos iidem nuncii qui in Siciliam ierant, adissent, & iisdem quibus Gelonem verbis alloquuti fuissent, polliciti sunt confestim se auxilia missuros ac præsidio futuros, negantes sibi Græciam neglectui habendam de salute periclitantem: quæ si collaberetur, nihil aliud sibi superesse quam ut primo quoque die servirent: ideoque sibi, quoad possent, illam esse adjuvandam. Hæc illi aspectu speciosa responderunt: at ubi ferre opem oportuit, aliud habentes in animo, sexaginta naves instruxere: ægreq; digressi, Peloponnesο applicavere, ac circa Pylon ac Tænaron oræ Lacedæmoniorum naves in statione statuere: observantes & ipsi bellum quo caderet, desperantes fore ut Græci superarent, sed opinantes Xerxem multo superiorem victæ Græciæ imperaturum. 2 Itaque curavere ut hæc verba apud Persam facerent, Adhortantibus nos Græcis ad hoc bellum, rex, quod non minimum & copiarum & navium, sed plurimum secundum Athenienses habemus, tamen adversum te ire noluimus, aut quippiam tibi molestiæ facere. Hæc dicendo sperabant sè plus aliquid quam cæteros ablaturos. quod etiam (ut mihi videtur) contigisset. Ad Græcos autem excusationem paravere, qua etiam usi sunt. accusantibus enim Græcis quod opem non attulissent, dixere sexaginta se triremes armavisse, sed per ventos etesias superare Maleã nequisse. 3 Atque ita ad Salaminem se non contulere, nec ullius cladis pugnæ navalis participes fuere. Et isti quidè ita Græcos à se summoverunt. ¶ Cretes autem, CLXIX

ὁ δ' Ἀμίλκας ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μηνῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἐθύετο καὶ ἐκαλλιερέετο ἐπὶ πυρῆς μεγάλης, σώματα ὅλα καταγίζων· ἰδὼν δὲ τέρπλιον τῷ ἑωυτοῦ γινόμενον, ὡς ἔτυχε θέσας ἐνδὸν τοῖσι ἱρηίοισι, ὥσε ἑωυτὸν ἐς τὸ πῦρ. οὕτω δὴ κατακαυθέντα ἀφανισθῆναι. ἀφανισθέντι δὲ Ἀμίλκᾳ τρόπῳ εἴτε τοιούτῳ (ὡς Φοίνικες λέγουσι) εἴτε ἑτέρῳ, (ὡς Καρχηδόνιοι) τοῦτο μὲν οἱ θύουσι, τοῦτο δὲ, μνήματα ἐποίησαν ἐν πάσῃσι τῇσι πόλισι τῶν ἀποικίδων· ἐν αὐτῇ τε μέγιστον Καρχηδόνιοι. Τὰ μὲν ἀπὸ Σικελίης, τοσαῦτα. Κερκυραῖοι δὲ τάδε σφι σκευάμενοι τοῖσι ἀγγέλοισι, τοιάδε ἐποίησαν· καὶ γὰρ τούτους παρελάμβανον οἱ αὐτοὶ οἵπερ καὶ ἐς Σικελίην ἀπίκοντο, λέγοντές τε αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ πρὸς Γέλωνα ἔλεγον. οἱ δὲ Θαμυλίκα μὲν ἐκέλευον πέμψειν τε καὶ ἀμυνέειν, ὑφιζόντες ὡς ἐὸν σφι ἀβουλίη ἔτι ἡ Ἑλλὰς ἀπολλυμένη· (ἦν γὰρ σφαλῇ, σφεῖς γε ἐδέκοντο ἄλλο ἢ δουλεύσουσι τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων) ἀλλὰ τιμωρητέον εἴη ἐς τὸ δυνατώτατον. ἐκείνου μὲν ὕπο πρόσωπα. ἐπεὶ δὲ ἔδει βοηθέειν, ἄλλα νοέοντες, ἐπλήρωσαν νέας ἑξήκοντα. μέγας δὲ ἀναχθέντες, προσέμιξαν τῇ Πελοποννήσῳ. καὶ ὡς ἐπὶ Πύλον καὶ Ταίναρον γῆς τῆς Λακεδαιμονίων ἀνεκώχευον τὰς νέας, κατασκοπέοντες καὶ ὅτοι τὸν πόλεμον, ἢ πεσέεσθαι· ἀελπτέοντες μὲν τοὺς Ἕλληνας ἐπιβαλέεσθαι, δοκέοντες δὲ τὸν Πέρσην, καὶ λαμπρήναντα πολλὸν, ἄρξειν πάσης τῆς Ἑλλάδος. ἐποίεον δὲ ὧν δεήσεις ἵνα ἔχωσι πρὸς τὸν Πέρσην λέγειν τοιάδε, Ὦ βασιλεῦ, ἡμεῖς, ὡς λαμβανόντων τῶν Ἑλλήνων ἡμέας ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον, ἔχοντες δύναμιν ἐκ ἐλαχίστην, ἐδὲ νέας ἐλαχίστας παρεχόμενοι, ἦλθομεν, ἀλλὰ πλείστας, μετά γε Ἀθηναίους, ἐκ ἐθελησάντων τοι ἐναντιοῦσθαι, ἐδέ τι ἀποδήμιον ποιῆσαι. τοιαῦτα λέγοντες, ἤλπιζον πλέον τι τῶν ἄλλων οἴσεσθαι. τάπερ ἂν καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκέει. πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας σφι σκῆψις ἐπεποίητο, τῆπερ δὴ καὶ ἐχρήσαντο. αἰτιωμένων γὰρ τῶν Ἑλλήνων ὅτι ἐκ ἐβοήθησαν, ἔφασαν πληρῶσαι μὲν ἑξήκοντα τριήρεας, ὑπὸ δὲ ἐτησιέων ἀνέμων ἐκβαλέειν Μαλέης ἐκ οἷοί τε γενέσθαι. οὕτω ἐκ ἀπικέσθαι ἐς Σαλαμῖνα, καὶ ἐδεμιῇ κακότητι λειφθῆναι τῆς ναυμαχίης. ὅτοι μὲν οὕτω διεχρήσαντο τοὺς Ἕλληνας. Κρῆτες δὲ,

Καρχηδόνιοί τε καὶ Συρηκούσιοι τάδε

ὑπισχνοῦνται

1 Adolentem in pyra ingenti: 2 Operam igitur dabant, *vel, de industria id faciebant*, ut possent hæc Persæ dicere, Nos, ô rex, quum ād hoc bellum Græci assumerent, *pro, advocarent*, licet potentiam non minimam haberemus, & non paucissimas naves suppeditare potuissemus, sed plurimas secundum Athenienses, adversum te ire n. 3 Atque ita factum fuisse ut Salaminem non pervenirent: & quòd à pugna navali abfuissent, in eo se minimè malitia ulla usos fuisse.

ἐπεὶ τε σφέας παρελάμβανον οἱ ὀπὶ τούτοισι ταχθέντες Ἑλλήνων, ἐποίησαν τοιόνδε· πέμψαντες κοινῇ θεσπρώτους ἐς Δελφοὺς, τὸν θεὸν ἐπηρώτων εἰ σφι ἄμεινον γίνεται τιμωρέουσι τῇ Ἑλλάδι. ἡ δὲ Πυθίη ὑπεκρίνατο, Ὦ ἀπ- "ποι, ὀλιμέμφεσθε ὅσα ὑμῖν ἐκ τῆς Μενε- "λάου τιμωρημάτων Μίνως ἔπεμψε, μιλτίων "δακρύματα. ὅτι οἱ μὲν συνεξεπράξαντο "αὐτῷ τὸν ἐν Καμίκῳ θάνατον τιμώμενον, "ὑμεῖς δὲ κείνοισι τιμὴν ἐκ Σπάρτης ἁρπαχθεῖ- "σαν ὑπ' ἀνδρὸς βαρβάρου γυναῖκα. ταῦτα οἱ Κρῆτες ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν, ἔρχοντο τῆς τιμωρείης. Λέγεται γὰρ Μίνω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικε- λίην καλεομένην, ἀποθανεῖν βιαίῳ θανάτῳ· 279 ἀνὰ δὲ χρόνον Κρῆτας, πλὴν σφέων ἐπολεμώθη, πάντας, πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισίων, ἀπικομένους στόλῳ μεγάλῳ ἐς Σικανίην, πολιορκέειν ἐπὶ ἔτεα πέντε πόλιν Κάμικον· (τὴν κατ' ἐμὲ Ἀκραγαντῖνοι ἐνέμοντο) τέλος δὲ, δυναμένους μὲν ἑλεῖν, μὴ δυναμένους δὲ προσαμύνειν, λιμῷ συνισεῶντας, ἀπολιπόντας οἴχεσθαι. ὡς δὲ καὶ Ἰαπυγίην ἱκέσθαι πλανωμένους, καταλαβόντα σφέας χειμῶνα μέγαν ἐκβαλέειν ἐς τὴν γῆν. συναραχθέντων δὲ τῶν πλοίων, (ἐδεμίην γὰρ σφι ἔτι κομιδὴν ἐς Κρήτην φαίνεσθαι) ἐνθαῦτα Ὑρίην πόλιν κτίσαντας, καταμεῖναί τε καὶ μεταβαλόντας, ἀντὶ μὲν Κρητῶν, Ἰαπυγας Μεσσαπίους γενέσθαι, ἀντὶ δὲ τῶν ἠπείρωτας, νησιώτας. ἀπὸ δὲ Ὑρίης πόλιος τὰς ἄλλας οἰκήσαι, τὰς δὴ Ταραντῖνοι χρόνῳ ὕστερον πολλῷ ἐξανιστάντες, περιέπλασαν μεγάλως. ὥστε φόνου Ἑλληνικοῦ μέγιστα δὴ ἐγένετο πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἀνδρῶν τε Ταραντίνων καὶ Ῥηγίνων· οἱ ὑπὸ Μικύθῳ τῷ Χοίρου ἀναγκαζόμενοι τῶν ἀστῶν, καὶ ἀπικόμενοι πρηγεῖ Ταραντίνοισι, ἀπέθανον τειχίλιοι ἄτερ, ἀνδρῶν δὲ Ταραντίνων ἐκ ἐπέλασε ἀριθμός. ὁ δὲ Μίκυθος, οἰκέτης ἐὼν Ἀναξίλεω, ὀπίσω Ῥηγίου κατελέλειπτο ἐπίτροπος. ὅσπερ ἐκ πεσὼν ἐκ Ῥηγίου, καὶ Τεγέῃ τῇ Ἀρκάδων οἰκήσας, ἀνέθηκε ἐν Ὀλυμπίῃ τὰς πολλὰς ἀνδριάντας. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ Ῥηγίνους τε καὶ Ταραντίνους, τῷ λόγῳ μοι παρενθήκη γέγονε· ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν, ὡς λέγουσι Πραί- σιοι, ἐσοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα Ἕλληνας. τελευτῇ δὲ ἡμέῃ μετὰ Μίνωα πολυτήσαντα, ἡμέρην τὴν Τρωϊκήν· ἐν τοῖσι ἐφλαυροτάτους φαίνεσθαι ἐόντας Κρῆτας τιμωροὺς Μενέλεω. ἀπὸ τουτέων δέ σφι

postquam aditi sunt ab iis Græcis quibus hoc negocium datum erat, hoc sibi faciendum putarunt, ut certos homines publicitus Delphos mitterent, deum consulturos nunquid sibi satius foret Græciam defendere. Quibus Pythia respondit, O stulti, imputate vobis quascunque lacrymas ob defensionem Menelai vobis Minos gemebundus immisit. Quoniam illi quidem non sunt ulti cædem Minois in Camico factam: vos autem ulti estis illis mulierem è Sparta à viro barbaro raptam. Hæc Cretes allata ubi audiere, ab auxilio ferendo supersedere. Siquidem fertur, Minoem, quum Dædalum vestigans in Sicaniam (quæ nunc Sicilia dicitur) perveniisset, vi ejus vitæ allata occubuisse: interjecto deinde tempore omnes Cretes, præter Polichnitanos & Præsios, divinitus instructos, cum magna classe in Sicaniam trajecisse, & quinquennio obsedisse Camicum, 1 quam (ut mea fert opinio) Acragantini incolunt: ad extremum quum neque illam expugnare possent, neque permanere, fame enectos ea relicta abiisse: & dum circa Iapygiam cursum tenerent, ingenti eos tempestate adorta, in terram fuisse ejectos: laceratisque navibus, quum nullus in Cretam receptus ostenderetur, illic subsidentes urbem Hyriam condidisse: & mutato nomine pro Cretibus Iapyges Messapios esse effectos, & pro insulanis 2 continenticos: & ab urbe Hyria alias incoluisse. quas diu post Tarentini evertentes, magnam in ruinam deuenere, ut hæc maxima cædes omnium quas novimus, extiterit, tum ipsorum Tarentinorum, tum Rheginorum, qui à Micytho Choeri filio ad tria millia civium adacti opem ferre Tarentinis, interiere. Ipsorum autem Tarentinorum qui cæsi sunt, numerus non est initus. Micythus autem, quum Anaxilai famulus esset, procurator Rhegii relictus, ubi ex ea urbe excidit, Tegeam Arcadum incoluit, complurestque statuas in Olympia consecravit. 3 Sed mihi Rheginorum & Tarentinorum excessus ab oratione factus in Cretam igitur desolatam Præsii aiunt cum alios homines tum præcipue Græcos immigrasse: tertiaque à morte Minois ætate, res Troianas fuisse, in quibus non deterrimos extitisse Cretenses Menelai defensores: & ob id cos

CLXX

CLXXI

1 Quam mea ætate Acragantini tenebant: 2 Continentis habitatores: 3 Sed ego ab oratione mea digrediens, hæc de Rheginis & Tarentinis verba interjeci. Porro in Cretam, postquam desolata fuit Præsii, &c.

Troja

Troja reverſos una cum ſuis ovibus fame peſtilentiaque correptos, iterumque deſolatam Cretam cum reliquis, donec à tertiis Cretenſibus habitaretur. Harum rerum memoriam refricando, Pythia illos ad ferenda Græcis auxilia animatos cohibuit. CLXXII ¶ At Theſſali neceſſitate ſubacti circa initia Medorum partes foverunt, quum oſtenderent non placere ſibi quæ Aleuadæ excogitaſſent: nam quum primum audiere Perſam trajicere in Europam, nuncios ad Iſthmum mittunt, ubi proviſores Græciæ delecti è civitatibus coacti erant ad rebus Græciæ proſpiciendum. Ad quos poſtquam venere nuncii Theſſalorum, ita verba fecere, Viri Græci, Olympicum ingreſſum cuſtodiri expedit, ut Theſſaliæ pariter atque omni Græciæ ſit belli tutamen. Nos equidem ad cuſtodiendum præparati ſumus: ſed vos quoque debetis multum illuc mittere copiarum: quas niſi mittatis, ſcitote nos pactionem inituros eſſe cum Perſa. Neque enim decet nos adeo ante cæteram Græciam poſitos pro vobis ſolos eccumbere. Quibus ferre opem ſi recuſatis, nullam poteſtis injungere neceſſitatem. [1] Nulla namque fortior neceſſitas eſt quam imbecillitatis. Itaque per noſmet aliqua ratione ſalutem nobis comparare conabimur. CLXXIII Hæc Theſſali. Ob quæ Græci illuc mittendum decrevere exercitum pedeſtrem, ad maris ingreſſum cuſtodiendum. Exercitus, ubi coactus eſt, per EUripum navigavit. Qui poſtquam ad [2] Algas Achaiæ pervenit, egreſſus, relictis illic navibus, in Theſſaliam contendit, & ad Tempe pervenit, ad ingreſſum qui ab inferiore Macedonia Theſſaliam fert, juxta amnem Peneum inter Olympum & Oſſam montes. Ibi caſtra poſuere Græci, ad decem millia armatorum coacti: quibus aderat Theſſalorum equitatus, ducibus, è Lacedæmoniis quidem, EUæneto Carini filio, delecto ex polemarchis, quanquam [3] non eſſet è regio genere: ex Athenienſibus autem, Themiſtocle Neoclis filio. Verum paucos illic dies immorati ſunt. advenerunt enim ab Alexandro Amyntæ filio viro Macedone nuncii, ſuaſum eis ut illinc decederent, ne in illo ingreſſu perſtantes, ab exercitu irrumpente proculcarentur: videlicet

ἀπονοσήσαι ἐκ Κρήτης, λιμόν τε καὶ λοιμὸν γλυ-
φάδα καὶ αὐτοῖσι καὶ τοῖσι προβάτοισι. ἐς τε τὸ
δεύτερον ἐρημωθείσης Κρήτης μετὰ τῶν ἐκπολοι-
πῶν, τρίτους αὐτοῖσι νῦν νέμεσθαι Κρῆτας. ἡ μὲν
δὴ Πυθίη ὑπομνήσασα ταῦτα, ἔσχε βυλο-
μένους τιμωρέειν τοῖσι Ἕλλησι. Θεσσαλοὶ δὲ
ὡς ἀναγκαίης τοιῆρῶτον ἐμίλησε, ὡς διέδεξαν, ὅτι ἔσφιν ἰῶδανε τὰ οἱ Ἀλευάδαι ἐμηχανέωντο. ἐπεί τε γὰρ ἐπυθέατο τάχιστα μέλ-
λοντα Δαρεῖον τὸν Πέρσεω ἐς τὴν Εὐρώ-
πην, πέμπουσι ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἀγγέλους. ἐν δὲ τῷ Ἰσθμῷ ἔσαν ἀλισμένοι πρόβουλοι τῆς Ἑλ-
λάδος, ἀραιρημένοι ἀπὸ τῶν πολίων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεόντων περὶ τὴν Ἑλλάδα. ἀπι-
κόμενοι δὲ δὴ τότε τῶν Θεσσαλῶν οἱ ἄγγε-
λοι, ἔλεγον, Ἄνδρες Ἕλληνες, δεῖ φυλάσσε-
σθαι τὴν ἐσβολὴν τὴν Ὀλυμπικὴν, ἵνα Θεσσαλίη
τε καὶ ἡ σύμπασα ἡ Ἑλλὰς ἐν σκέπῃ ᾖ πολέμου.
ἡμεῖς μὲν νυν ἑτοῖμοι εἰμὲν συμφυλάσσειν.
πέμπειν δὲ χρὴ καὶ ὑμέας στρατιὴν πολλήν.
ὡς εἰ μὴ πέμψετε, ἐπίσασθε ἡμέας ὁμολο-
γήσειν τῷ Πέρσῃ. οὐ γὰρ τοι προκατημένους
τοσοῦτο πρὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος μένους πρὸ
ὑμέων δεῖ ἀπολέσθαι· βοηθέειν δὲ ἐθελόμενοι,
ἀναγκαίην ἡμῖν ἐδεμίην οἵοί τέ ἐσμεν προσ-
φέρειν. ἀδαμὰς γὰρ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέ-
σσων ἔφυ. ἡμεῖς δὲ πειρησόμενοι αὐτοί τινα
σωτηρίην μηχανεώμενοι. ταῦτα ἔλεγον οἱ
Θεσσαλοί· Οἱ δὲ Ἕλληνες πρὸς ταῦτα ἐβυλεύ-
σαντο ἐς Θεσσαλίην πέμψειν καὶ θαλασσαν
πεζὸν στρατὸν φυλάξοντα τὴν ἐσβολήν. ὡς
δὲ συνελέχθη ὁ στρατὸς, ἔπλεε διὰ Εὐρίπου. ἀ-
πικόμενοι δὲ τῆς Ἀχαιΐης ἐς Ἅλον, ἀποβάς
ἐπορεύετο ἐς Θεσσαλίην, τὰς νέας αὐτῇ κατα-
λιπών. καὶ ἀπικέατο ἐς τὰ Τέμπεα ἐς τὴν ἐσ-
βολήν, ἥπερ ἀπὸ Μακεδονίης τῆς κάτω ἐς
Θεσσαλίην φέρει παρὰ Πηνειὸν ποταμόν, με-
ταξὺ μὲν Ὀλύμπου τε ἔρεος καὶ τῆς
Ὄσσης. ἐνθαῦτα ἐστρατοπεδεύοντο τῶν Ἑλ-
λήνων καὶ μυρίοι ὁπλῖται συλλεγέντες. καὶ ὁπλίται
καὶ σφι περσὴν ἡ τῶν Θεσσαλῶν ἵππος. ἐστρά-
τηγεε δὲ Λακεδαιμονίων μὲν, Εὐαίνετος ὁ
Καρηνὸς τῶν πολεμάρχων ἀραιρημένος, γέν-
εος μέντοι ἐὼν ἕο τοῦ βασιληΐου· Ἀθηναίων
δὲ, Θεμιστοκλέης ὁ Νεοκλέος. ἔμειναν δὲ ὀ-
λίγας ἡμέρας ἐνθαῦτα. ἀπικόμενοι γὰρ ἄγ-
γελοι παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀμύντεω, ἀν-
δρὸς Μακεδόνος, συνεβούλευόν σφι ἀπαλλάσ-
σεσθαι, μηδὲ μένοντας ἐν τῇ ἐσβολῇ, κατασπασθῆναι ὑπὸ τοῦ στρατοῦ ὑπόνος.

1 Nullo enim modo neceſſitas impotentiam ſuperare poteſt. *ut accipiamus* impotentiam *pro Non poſſe. Hic enim eſt ſenſus, Fruſtra nos neceſſitate adigere conabimini, & nos cogere. fieri enim nulla ratione poteſt ut quis ad id faciendum cogatur quod facere non poteſt.* 2 Allon Achaiæ. *Infra autem pro iiſdem verbis,* Ἅλον τῆς Ἀχαιΐης, *habet* Litoralis Achaiæ. 3 *Sic & vet. cod. Gr. addunt negativam particulam.*

σημαί-

σημαίνοντες τὸ πλῆθος τῆς στρατιῆς καὶ τὰς νέας. ὡς δὲ ἔοικε σφι ταῦτα συνεβούλευον, (χρησὰ γὰρ ἐδόκεον συμβουλεύειν, καί σφι δόξα ἐφαίνετο εἶναι ὁ Μακεδών) ἐπείθοντο. δοκέειν δέ μοι, ἀρρωδίη λῶν τὸ πεῖσαν, ὡς ἐπύθοντο καὶ ἄλλων ἐοῦσαν ἐσβολὴν ἐς Θεσσαλοὺς καὶ τὴν ἄνω Μακεδονίην διὰ Περραιβῶν καὶ Γόννον πόλιν, τῇπερ δὴ καὶ ἔσβαλε ἡ στρατιὴ ἡ Ξέρξεω. καταβάντες δὲ οἱ Ἕλληνες ὅπι τὰς νέας, ὀπίσω ἐπορεύοντο ἐς τὸν Ἰσθμόν. Αὕτη ἐγένετο ἡ ἐς Θεσσαλίην, στρατιὴ, βασιλέος τε μέλλοντος διαβαίνειν ἐς τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Ἀσίης, καὶ ἐόντος ἤδη ἐν Ἀβύδῳ. Θεσσαλοὶ δὲ ἐρημωθέντες συμμάχων, ὕστερον δὴ ἐμήδισαν προθύμως, καὶ δεδέ τι ἐνδιαστῶς, ὥστε ἐν τοῖσι πρήγμασι ἐφαίνοντο βασιλέϊ ἄνδρες ἐόντες χρησιμώτατοι. Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐπεί τε ἀπίκετο ἐς τὸν Ἰσθμόν, ἐβουλεύοντο πρὸς τὰ λεχθέντα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ἥντινα στρατιὴν τὸν πόλεμον καὶ ἐν οἵοισι χωρίοισι. νικώσης δὲ γνώμης ἐγένετο, τὴν ἐν Θερμοπύλῃσι ἐσβολὴν φυλάξαι. στεινοτέρη γὰρ ἐφαίνετο ἐοῦσα τῆς ἐν Θεσσαλίῃ, καὶ ἅμα ἀγχοτέρη τε τῆς ἑωυτῶν. τὴν δὲ στρατὸν δι᾽ ἣν ἤλασαν οἱ ἁλόντες Ἑλλήνων ἐν Θερμοπύλῃσι, οὐδὲ ἤιδεσαν ἔσσαν πρότερον ἢπερ ἀπικόμενοι ἐς Θερμοπύλας ἐπύθοντο Τρηχινίων. ταύτην ὦν ἐβουλεύσαντο φυλάσσοντες τὴν ἐσβολήν, μὴ παρείναι ἐς τὴν Ἑλλάδα τὸν βάρβαρον, τὸν δὲ ναυτικὸν στρατὸν πλέειν ὅπι γῆς τῆς Ἱστιαιώτιδος ὅπι Ἀρτεμίσιον. ταῦτα γὰρ ἀγχοῦ τε ἀλλήλων ἐστί, ὥστε συνθήκεσθαι τὰ κατ᾽ ἕκαστα ἑτέρους ἑόντας. Οἵτε χῶροι ὧδε ἔχουσι· τῶν μὲν τὸ Ἀρτεμίσιον ἐκ τοῦ πελάγεος τοῦ Θρηϊκίου ἐξ στενοῦ συνάγεται ἐς στεινὸν πόρον, τὸν μεταξὺ ἐόντα νήσου τε Σκιάθου καὶ ἠπείρου Μαγνησίης· ἐκ δὲ τοῦ στεινοῦ τῆς Εὐβοίης, ἤδη τὸ Ἀρτεμίσιον ἐκδέκεται αἰγιαλός· ἐν δὲ, Ἀρτέμιδος ἱρόν. ἡ δὲ αὖ ἀπὸ Τρηχῖνος ἔσοδος ἐς τὴν Ἑλλάδα, ἔστι, τῇ στεινοτάτη, ἡμίπλεθρον· ἐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτό γε ἔστι τὸ στεινότατον τῆς χώρης τῆς ἄλλης, ἀλλ᾽ ἔμπροσθέν τε Θερμοπυλέων καὶ ὄπισθεν· κατά τε Ἀλπηνοὺς ὄπισθεν ἁμαξιτὸς ἐοῦσα μούνη, καὶ ἔμπροσθεν καὶ Φοίνικα ποταμόν, ἀγχοῦ Ἀνθήλης πόλιος, ἁμαξιτὸς ἄλλη μούνη. τὴν δὲ Θερμοπυλέων τὸ μὲν πρὸς ἑσπέρης, ὄρος ἀβατόν τε καὶ ἀπόκρημνον, ὑψηλόν, ἀναίτεον ἐς τὴν Οἴτην. τὸ δὲ πρὸς τὴν ἠῶ τε ὁδὸν, θάλασσα καὶ ἕλεα καὶ τενάγεα.

multitudinem terreſtrem nauticamq; indicando. Horum conſilio Græci (nam & bene ſibi conſuli, & bono erga ipſos animo Macedo eſſe videbatur) obtemperaverunt. Quanquam mihi videntur metu quoque id ſuaſiſſe, quod audierant alium etiam eſſe in Theſſaliam ingreſſum per Perræbos, in ſuperiori Macedonia, juxta urbem Gonnon: quâ & tranſivit exercitus Xerxis. Ita Græci ad naves regreſſi, rurſus ad iſthmum ſe receperunt. Hæc fuit in Theſſaliam CLXXIV. ſumpta expeditio, dum rex in Europam ex Aſia tranſiturus erat, & Abydi jam agebat. A ſociis autem deſerti Theſſali, jam nihil ambigentes, ita prompti ad Medos tranſiere ut in rebus gerendis ſeſe regi præſtiterint utiliſſimos. ¶ Græci CLXXV. autem ad iſthmum reverſi, ob ea quæ ab Alexandro dicta erant, conſultabant & qua ratione bellum gerendum ſtatuerent, & quibus in locis. evicitque hæc ſententia, ut præſidio auditum Thermopylarum cuſtodirent, quippe qui videbatur & anguſtior quam ille Theſſaliæ, & ſolus ipſorum terræ propinquior. Nam ſemitam qua Græci intercepti poſtea fuere apud Thermopylas, haud noverant prius [1] quam ducibus Trachiniis ad Thermopylas hoſtis pervenit. Hunc igitur aditum ut tuerentur decrevere, ne barbarus tranſiret in Græciam, utque claſſis proveheretur in Hiſtiæotidem oram ſuper Artemiſium. Hæc enim loca inter ſe vicina ſunt ut audiri utrinque poſſint quæ apud alteros gerantur. Quæ loca ita ſe habent: Arte- CLXXVI. miſium quidem à pelago Thracio, ex laxitate in arctum cogitur trajectum, qui eſt inter inſulam Sciathum & continentem Magneſiæ: ab anguſtiis autem Euboeæ jam Artemiſium excipit litus, in quo eſt Artemidis, *id eſt*, *Dianæ* templum. Ingreſſus vero in Græciam per Trachinem, ubi arctiſſimus, dimidii jugeri eſt. quanquam ad dexteram regionem non eſt hic locus arctiſſimus, ſed ante poſtque Thermopylas: juxtaque Alpenos à tergo ſitos, tantummodo ad agendum vehiculum via patet: anterius etiam juxta flumen Phœnicem, prope urbem Anthelam ſolum agendo vehiculo via ſufficit. Thermopylarum autem quod ad heſperum vergit, mons eſt inacceſſus & prærupti præcipitii, protentus uſque ad OEtam. quod autem viæ vergit ad auroram, id à mari excipitur ac vadoſis.

1 Quum pervenientes Thermopylas de ea ex Trachiniis audiverunt.

In hoc

ἔθου, λέγοντα τότε ὥρων ἐκβησόμενα πρήγματα ταῦτα. ἐμοὶ δὲ τὸ ἀληθέα ἀσπεύειν ἀντία σοῦ, ὦ βασιλεῦ, ἀγὼν μέγιστός ἐστι. ἄκουσον δὲ καὶ νῦν. οἱ ἄνδρες οὗτοι ἀπίκαται μαχεσόμενοι ἡμῖν περὶ τὴν ἐσόδον, καὶ ταῦτα παρασκευάζονται. νόμος γάρ σφι ἔστι ἔχων ὧδε· ἐπεὰν μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ, τότε τὰς κεφαλὰς κοσμέονται. ὅπισασο δὲ, εἰ τέτυς τε καὶ τὸ ὑπομένον ἐν Σπάρτῃ κατα ῥέψει, ἔστι οὐδὲν ἄλλο ἔθνος ἀνθρώπων τὸ σε βασιλεῦ ὑπομένει χεῖρας ἀνταειρόμενον. νῦν δὲ πρὸς βασιληίην τε καὶ ἀλλίσιν πόλιν τὴν ἐν Ἕλλησι παρασφέρεαι, καὶ ἄνδρας ἀρίστους. κάρτα τε δὴ ἄπιστα Ξέρξῃ ἐφαίνετο τὰ λεγόμενα, καὶ δεύτερα ἐπιῶν λεγόμενα ἐπηρώτα ὁντινα τρόπον, τοσούτοι ἐόντες, οἷοί τε εἶεν τῇ ἑωυτοῦ στρατιῇ μαχέσασθαι. ὁ δὲ ἔφη, Ὦ βασιλεῦ, ἐμοὶ χρεὼν ὡς ἀνδρὶ ψεύστῃ, ἢ μὴ ταῦτά τοι ἀληθέα. τῇ δὲ ἀληθέα λέγων, ἐκ ἔπειθε τὸν Ξέρξεα. τέσσερας μὲν δὴ παρεξῆκε ἡμέρας, ἐλπίζων αἰεὶ σφέας ἀποδρήσεσθαι. πεμπταίῃ δὲ, ὡς ἐκ ἀπαλλάσσοντο, ἀλλά οἱ ἐφαίνοντο, ἀναιδείῃ τε καὶ ἀβουλίῃ δοκέοντες μοχρεώμενοι, μένειν, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς Μήδους τε καὶ Κισσίους θυμωθεὶς ἐντειλάμενος σφέας ζωγρήσαντας ἄγειν ἐς ὄψιν τὴν ἑωυτοῦ. ὡς δὲ ἐπέπεσον φερόμενοι ἐς τοὺς Ἕλληνας οἱ Μῆδοι, ἔπιπτον πολλοί· ἄλλοι δὲ ἐπεσπίεσαν, καὶ ἐκ ἀπελαύνοντο, καίπερ μεγάλως περισταλαίοντες. δῆλον δὲ ἐποίευν παντὶ τῳ, καὶ ἐκ ἥκιστα αὐτῷ βασιλεῖ, ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες· ἐγίνετο δὲ συμβολὴ δι' ἡμέρης. Ἐπεί τε δὲ οἱ Μῆδοι τριχόθεν περιέπιπτον, ἐνθαῦτα ἔστι μὲν ὑπεξῆισαν, οἱ δὲ Πέρσαι ἐκδεξάμενοι ἐπῆγε τοὺς ἀθανάτους ἐκάλεε βασιλεὺς, τῷ ἦρχε Ὑδάρνης, ὡς δὴ ἔστι γε δυνατέοις καταστρεψόμενοι. ὡς δὲ καὶ ἔστι συνέμισγον τοῖσι Ἕλλησι, οὐδὲν πλέον ἐφέροντο τῆς στρατιῆς τῆς Μηδικῆς, ἀλλὰ τοῖσι αὐτοῖσι, ἅτε ἐν στενοπόρῳ τε χώρῳ μαχόμενοι, καὶ δόρασι βραχυτέροισι χρεώμενοι ἢπερ οἱ Ἕλληνες· καὶ ἐκ

ἔχοντες

---

1 Conjicere non poterat *ex iis quæ audiebat* rem ita habere ut revera se habebat, nimirum illos se præparare ad moriendum & ad alios morte afficiendos pro viribus. 2 Scito autem. si hos cæterosque qui Spartæ remanserunt subegeris, nullam aliam fore hominum gentem quæ contra te rex, &c. 3 In me ut mendacem consule. *Vel, De me ut mendace statue.* 4 *Cur ita vocarentur, supra exposuit, pag.* 4. 10. 5 Brevioribus.

ἔχοντες πλήθει χρήσασθαι. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐμάχοντο ἀξίως λόγου, ἄλλά τε ἀποδεικνύμενοι ἐν ἐκ δόκησιν μάχεσθαι ἐξεπισάμενοι, καὶ ὅκως ἐντρέψειαν τὰ νῶτα, ἀλέες φόβου ἐγένοντο δῆθεν. οἱ δὲ βάρβαροι ὁρέοντες φεύγοντας, βοῇ τε καὶ παταγῷ ἐπέκειτο. οἱ δ' ἂν καταλαμβανόμενοι, ὑπέστρεφον ἀντίοι ἐς τοῖσι βαρβάροισι· μεταστρεφόμενοι δὲ, κατέβαλλον πλήθει ἀναριθμήτους τῶν Περσέων. ἔπιπτον δὲ καὶ αὐτέων τῶν Σπαρτιητέων ἐνθαῦτα ὀλίγοι. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἐδυνέατο προβαλέειν οἱ Πέρσαι τῇ ἐσόδῳ πειρεώμενοι, καὶ κατὰ τέλεα καὶ παντοίως προσβάλλοντες, ἀπήλαυνον ὀπίσω. Ἐν ταύτῃσι τῇσι προσόδοισι φάτις λέγεται βασιλέα Ξέρξην θωμάσαι τοῖσι καθημένοισι, τρὶς ἀναδεδεμένον ἐκ τοῦ θρόνου, δείσαντα τὴν περὶ τῇ στρατιῇ. τότε μὲν δὴ οὕτω ἠγωνίσαντο, τῇ δ' ὑστεραίῃ οἱ βάρβαροι, οὐδὲν ἄμεινον ἀέθλεον. ἅτε γὰρ ὀλίγων ἐόντων, ἐλπίσαντες σφέας καταπεπωμάτωσθαι τε, καὶ ἐκ οἵους τε ἔσεσθαι ἔτι χεῖρας ἀνταείρεσθαι, συνέβαλλον. οἱ δὲ Ἕλληνες κατὰ τάξις τε καὶ κατὰ ἔθνεα κεκοσμημένοι ἦσαν, καὶ ἐν μέρεϊ ἕκαστοι ἐμάχοντο, πλὴν Φωκέων· οὗτοι δὲ ἐς τὸ ὄρος ἐτάχθησαν, φυλάξοντες τὴν ἀτραπόν. ὡς δὲ οὐδὲν ὄφελιον ἀλλοιότερον οἱ Πέρσαι ἢ τῇ προτεραίῃ ἑώρων, ἀπήλαυνον. Ἀπορέοντι δὲ βασιλέι τῷ τι χρήσαιτο τῷ παρεόντι πρήγματι, Ἐπίαλτης ὁ Εὐρυδήμου, ἀνὴρ Μηλιεύς, ἦλθέ οἱ ἐς λόγους, ὡς μέγά τι παρὰ βασιλέι δωρεὴν οἰσόμενος· ἔφρασέ τε τὴν ἀτραπὸν τὴν διὰ τοῦ ὄρεος φέρουσαν ἐς Θερμοπύλας, καὶ διέφθειρε τοὺς ταύτῃ ὑπομένοντας Ἑλλήνων. ὕστερον δὲ δείσας Λακεδαιμονίους, ἔφυγε ἐς Θεσσαλίην· καί οἱ φυγόντι, ὑπὸ τῶν πυλαγόρων τῶν Ἀμφικτυόνων ἐς τὴν Πυλαίην συλλεγομένων, ἀργύριον ἐπεκηρύχθη· χρόνῳ δὲ ὕστερον (κατῆλθε γὰρ ἐς Ἀντικύρην) ἀπέθανε ὑπὸ Ἀθηνάδεω, ἀνδρὸς Τρηχινίου. ὁ δὲ Ἀθηνάδης 288 οὗτος ἀπέκτεινε μὲν Ἐπίαλτεα δι' ἄλλην αἰτίην, τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὄπισθεν λόγοισι σημανέω· ἐτιμήθη μέντοι ὑπὸ Λακεδαιμονίων οὐδὲν ἧσσον. Ἐπίαλτης μὲν δὴ ὕστερον τετίσεται ἀπέθανε. Ἔστι δὲ ἕτερος λεγόμενος λόγος, ὡς Ὀνήτης τε ὁ Φαναγόρεω, ἀνὴρ Καρύστιος, καὶ Κορυδαλλὸς Ἀντικυρεύς, εἶεν οἱ εἰπάντες πρὸς βασιλέα τοὺς λόγους τούτους, καὶ δεινοπαθήσαντες τὸ ὄρος τοῖσι Πέρσῃσι οὐδαμῶς ἔμοιγε πιστός. τοῦτο μὲν γὰρ, τόδε χρὴ θωμάσαντα, ὅτι οἱ τῶν Ἑλλήνων πυλαγόροι ἐπεκήρυξαν ἐκ ὀλίγου Ὀνήτῃ τε καὶ Κορυδαλλῷ ἀργύριον, ἀλλ' ὀλίγου Ἐπιάλτῃ

multitudinis erat usus: ibi Lacedæmonii dignam memoratu pugnam edebant, cum aliis in rebus ostentantes se perite inter imperitos pugnare, tum vero in eo quod quoties terga vertebant, conferti fugiebant. Quos barbari dum fugientes cernerent, cum vociferatione & strepitu ingruebant: at Græci rursus se convertentes, adversis pectoribus eos excipiebant: & quamvis eorum innumeram multitudinem prosternebant, aliquot tamen illic ex ipsis etiam Spartiatis occubuere. Persæ, posteaquam & catervatim & universis copiis iter occupare conati, nihil tamen promovebant, iterum sese receperunt. Fertur CCXII autem Xerxes, quum ad spectaculum adesset, in ipso congressu pugnandi ter è solio resiliisse, quod videlicet exercitui suo timeret. [1] Postero die nihilo melius barbari prœliati sunt. [2] nam sperantes fore ut illi, qui pauci essent & saucii, nequirent manus levare ad pugnandum, quum confixissent, eos Græci excepere, instructis ordinibus, & in suo quisque loco ac per nationes digesti: præter Phocenses, qui in monte ad iter obsidendum locati erant. Persæ ubi nihil aliud quam pridie agendum vident, abscedunt. ¶ Ibi regem ancipitem quodnam in re præsenti consilium CCXIII capesseret, Epialtes EUrydemi filius alloquuturus adiit, tanquam magna aliqua re ab illo remunerandus, indicavitque ei tramitem qui per montem ad Thermopylas ferebat: quo factionem eorum Græcorum qui illinc erant, evertit. Is postea Lacedæmoniorum metu in Thessaliam profugit: cujus profugi pylagoræ Amphictyones apud Pylæam congregati caput pecunia licitati sunt: qui interjecto deinde tempore ab Athenade vito Trachinio, Anticyræ (quem illuc redierat) interemptus est. Quem, etsi ob aliam causam (quam ego in sequentibus reddam) Athenades hic interemit, nihilo tamen secius à Lacedæmoniis præmio affectus est. Hunc in modum Epialtes postea interiit. Est & alia quæ fertur fama, One- CCXIV tem Phanagoræ filium, virum Carystium & Corydalum Anticyrensem, fuisse qui ea dixerint regi, & circum montem Persas deduxisse. Quod apud me prorsus fide caret. nam hinc licet conjectemus, primum, quod Græcorum pylagoræ non Onetæ & Coridali sed Epialtæ

1 Tunc igitur ita pugnarunt. Postridie autem nihilo me.l 2 Ita enim pugnabant ut qui existimarent, illos utpote paucos, saucios esse, eisque vel ad tollendas manus vires non superesse. At Græci eos excep.

Trachinii

Trachinii caput pecunia licitati ſunt, quod ſcilicet eum compertiſſimum haberent: deinde quod Epialten ob hanc cauſam ſcimus ſe fuga proripuiſſe: poſtremo, quod Onetes qui non erat Melienſis, ita demum tramitem illum noviſſet ſi in ea regione multum diverſatus fuiſſet. Ideoque Epialtæ culpam adſcribo, quod Perſas per montem circumduxit, & ad tramitem perduxit. CCXV Xerxes ea quæ Epialtes ſe confecturum ſpondebat, probans, majorem in modum lætus, ſine mora Hydarnem cum iis quibus præerat copiis miſit. Ille circa lucernarum accenſionem, *id eſt, ſub crepuſculum*, è caſtris profectus eſt, & tramitem ingreſſus. Quem tramitem indigenæ Melienſes veſtigaverunt: eoque inveſtigato Theſſalos deduxere adverſus Phocenſes, eo tempore quo Phocenſes interſepto muris tranſitu, ad arcendum bellum in præſidio erant. Extrinſecus nihil admodum præſeptus tranſitus erat, quum nihil eſſet utilis Melienſibus. CCXVI. Sic autem ſeſe habet ille callis: Ab Aſopo fluvio, qui per montis meat anfractum, incipit, cui monti ac viæ idem nomen eſt inditum Anopæa. hæc Anopæa per dorſum montis extenta, deſinit juxta Alpenum urbem, quæ prima eſt ex Locridibus, Melienſes verſus, ac juxta lapidem nomine Melampygum ac juxta κερκώπων ἕδρας, *hoc eſt, malitioſorum ſedes*, CCXVII ubi anguſtiſſimus callis eſt. Hac via atqui ita ſe habente Perſæ Aſopum tranſmittentes, iter tota nocte fecerunt, à dextra OEtæos montes, ad ſiniſtram terram Trachiniorum habentes: ac ſub exortum auroræ in cacumen montis evaſerunt: quo in loco (ſicut ſuperius oſtenſum eſt) mille Phocenſium armatorum præſidium excubabat, tum ad ſuam terram, tum ad viam tutandam. nam tranſitus inferior à quibus dictum eſt cuſtodiebatur, quod eam per montem viam ultro à Leonide acceptam obſidebant. Hoc CCXVIII autem modo Phocenſes Perſas aſcendiſſe animadverterunt: Quum eos illi toto monte conſcendendo propter frequentiam quercuum latuiſſent, tamen edito multo ſtrepitu (ut res poſtulabat) frondium ſuper pedes conſtratarum, (erat enim cœli tranquillitas) Phocenſes recurrerunt: & dum ſibi arma induunt, confeſtim barbari adfuere: qui conſpicati viros arma ſibi circumdantes, obſtupuere.

τῷ Τρηχινίῳ, πάντως κε τὸ ἀτρεκέστατον πυθόμενοι· τοῦτο δὲ, φεύγοντα Ἐπιάλτην ταύτην τὴν αἰτίην οἴδαμεν. εἰδείη μὲν γὰρ καὶ ἐὼν Μηλιεὺς ταύτην τὴν ἀτραπὸν Ὀνήτης, εἰ τῇ χώρῃ πολλὰ ὡμίληκώς εἴη. ἀλλ' Ἐπιάλτης γάρ ἐστι ὁ ταῦτα συμφορ. τὸ ὄρος. καὶ κατὰ τὴν ἀτραπὸν, τοῦτον αἴτιον γεάφω. Ξέρξης δὲ, ἐπεὶ οἱ ἤρεσε τὰ ὑπέσχετο ὁ Ἐπιάλτης κατεργάσεσθαι, αὐτίκα ταῦτα χαρὴς ἡμόμενος, ἔπεμπε Ὑδάρνεα, καὶ τοῦ ἐς τὰ ἑωυτοῦ ἦγε Ὑδάρνης. ὡρμέατο δὲ ταῦτα λύχνων ἅφας ἐκ τοῦ στρατοπέδου. τὴν δὲ ἀτραπὸν ταύτην ἐξεῦρον μὲν οἱ ἐπιχώριοι Μηλιέες· ἐξευρόντες δὲ, Θεσσαλοῖσι κατηγήσαντο ἐπὶ Φωκέας, τότε ὅτε οἱ Φωκέες φράξαντες τεῖχος τὴν ἐσβολὴν, ἔσαν ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου· ἔκ τε τούτου δὴ κατεδέδαπτο ἐοῦσα ἐόδεν χρηστὴ Μηλιεῦσι. Ἔχει δὲ ὧδε ἡ ἀτραπὸς αὕτη· ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ Ἀλισφάγου ῥέοντος, οὔνομα δὲ τῷ ἔρει τούτῳ καὶ τῇ ἀτραπῷ τωὐτὸ κεῖται, Ἀνόπαια. τείνει δὲ ἡ Ἀνόπαια αὕτη κατὰ ῥάχιν τοῦ ὄρεος, λήγει δὲ κατά τε Ἀλπηνὸν πόλιν, πρώτην ἐοῦσαν πρὸς Λοκρίδων πρὸς Μηλιέων, καὶ κατὰ Μελάμπυγόν τε καλεόμενον λίθον, καὶ κατὰ Κερκώπων ἕδρας· τῇ καὶ τὸ στεινότατόν ἐστι. Κατὰ ταύτην δὴ τὴν ἀτραπὸν καὶ ὕστερον ἔχουσαν οἱ Πέρσαι τὸν Ἀσωπὸν διαβάντες, ἐπορεύοντο πᾶσαν τὴν νύκτα, ἐν δεξιῇ μὲν ἔχοντες ὄρεα τὰ Οἰταίων, ἐν ἀριστερῇ δὲ, τὰ Τρηχινίων. ἠώς τε δὴ διέφαινε, καὶ οἱ ἐγίνοντο ἐπὶ ἀκρωτηρίῳ τοῦ ὄρεος. κατὰ, δὲ τοῦτο τοῦ ὄρεος ἐφύλασσον (ὡς ἐμοὶ φρονέειν μοι δεδήλωται) Φωκέων χίλιοι ὁπλῖται, ῥυόμενοί τε τὴν σφετέρην χώρην, καὶ φυλάσσοντες τὴν ἀτραπόν. ἡ μὲν γὰρ κάτω ἔσοδος ἐφυλάσσετο ὑπὸ τῶν ἐπρήτων· τὴν δὲ διὰ τοῦ ὄρεος ἀτραπὸν ἐθελοντὴς Φωκέες ὑπέδεξάμενοι, Λεωνίδῃ ἐφύλασσον. Ἔμαθον δὲ σφέας οἱ Φωκέες ὧδε ἀναβεβηκότας· (ἀναβαίνοντές γε ἐλάνθανον οἱ Πέρσαι τὸ ὄρος, πᾶν ἐὸν δρυῶν πλῆθεον) ἦν μὲν δὴ νηνεμίη, ψόφος δὲ ἦν πολὺς, ὡς εἰκὸς ἦν, φύλλων ὑποκεχυμένων ὑπὸ τοῖσι ποσί, ἀνά τε ἕδραμον οἱ Φωκαέες, καὶ ἐνέδυνον τὰ ὅπλα, καὶ αὐτίκα οἱ βάρβαροι παρῆσαν. ὡς δὲ εἶδον ἄνδρας ἐνδυομένους ὅπλα, ἐν θώμασι ἐγίνοντο.

1 *De hoc loco vide quæ alibi dixi.*

ἐλπό-

ἐλπόμενοι γὰρ οὐδένα σφι φανήσεσθαι ἀντίξοον, ἐσεκήρυσαν στρατῷ. ἐνθαῦτα Ὑδάρνης καταῤῥωδήσας μὴ οἱ Φωκέες ἔωσι Λακεδαιμόνιοι, εἴρετο τὸν Ἐπάλτια πυθόμενος δὲ ἀτρεκέως, διέταξε τοὺς Πέρσας ὡς ἐς μάχην. οἱ δὲ Φωκέες, ὡς ἐβάλλοντο τοῖσι τοξεύμασι πολλοῖσί τε καὶ πυκνοῖσι, οἴχοντο φεύγοντες ἐπὶ τὸ ὄρος. τὸν κήρυκα, ὑπολαμβάνοντες ὡς ἐπὶ σφέας ὁρμήσαντο ἀρχῆθεν, καὶ παρεσκευάδατο ὡς ἀπολεόμενοι. ἔστι μὲν δὴ ταῦτα ἐφορέειν. οἱ δὲ ἀμφὶ Ἐπάλτια καὶ Ὑδάρνεα Πέρσαι Φωκέων μὲν οὐδένα λόγον ἐπιεῶντο, οἱ δὲ κατέβαινον τὸ ὄρος κατὰ τάχος. Τοῖσι δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι Ἑλλήνων, πρῶτον μὲν ὁ μάντις Μεγιστίης ἐσιδὼν ἐς τὰ ἱερά, ἔφρασε τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ἅμα ἠοῖ σφι θάνατον· ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτίμολοι ἦσαν οἱ ἐξαγγείλαντες τὴν Περσέων πλὼ παρὰ τοὺς, ἔστι μὲν ἔτι νυκτὸς ἐσημήναν· τρίτοι δὲ οἱ ἡμεροσκόποι, καταδραμόντες ἀπὸ τῆς ἄκρης, ἤδη λάφαυσης ἡμέρης· ἐνθαῦτα ἐβουλεύοντο οἱ Ἕλληνες, καὶ σφέων ἐσχίζοντο αἱ γνῶμαι. οἱ μὲν γὰρ ἐκ ἔων τὴν τάξιν ἐκλιπεῖν, οἱ δὲ ἀντέτειναν. μετὰ δὲ τοῦτο λαμπρυνθέντος, οἱ μὲν ἀπαλλάσσοντο, καὶ Λεωνίδῃ μύθους ἐποιεῦντο ὡς λακωνίζοντι· οἱ δὲ αὐτέων ἅμα Λεωνίδῃ μένειν αὐτοῦ ὡρμέατο. Λέγεται δὲ ὡς αὐτὸς σφέας ἀπέπεμψε Λεωνίδης, μὴ ἀπόλωνται κινδυνεύοντες· αὐτῷ δὲ καὶ Σπαρτιητέων τοῖσι παρεῦσι ἐκ ἔπρεπε ὑπαρετέως ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν ἐς τὴν ἦλθον φυλάξοντες ἀρχήν. ταύτῃ καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ πλεῖστος εἰμι, Λεωνίδην, ἐπεί τε ἤθελον τοὺς συμμάχους εὐνοίης ἀπαρρύμους, καὶ ἐκ ἐθέλοντας συγκινδυνεύειν, κελεύσας σφέας ἀπαλλάσσεσθαι· αὐτῷ δὲ ἀπέπρεπε ἐκλιπεῖν. μένουσι δὲ τούτοισι, κλέος μέγα ἐλείπετο, καὶ ἡ Σπάρτης ὄλβος οὐκ ἐξαλείφετο. ἐκέχρητο γὰρ ὑπὸ τῆς Πυθίης τοῖσι Σπαρτιήτῃσι χρεωμένοισι περὶ τοῦ πολέμου τούτου αὐτίκα κατ' ἀρχὰς ἐγειρομένου, ἢ Λακεδαίμονα ἀνάστατον γενέσθαι ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ἢ τὸν βασιλέα σφέων ἀπολέσθαι. ταῦτα δέ σφι ὑπεθέσπιζε ἑξαμέτρεσι ἔπεσι χρᾷσα, λέγουσα ὧδε,

Ὑμῖν δ' ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροιο,
Ἢ μέγα ἄστυ ἑλίκωπος ὑπ' ἀνδράσι Περσείδῃσι
Πέρθεται· ἢ τὸ μέν, ὑκὶ, ἀφ' Ἡρακλέος δὲ γενέθλης
Γενδήσει βασιλῆα φθίμενον Λακεδαίμονος ὄρος.

1 quippe qui (ut in exercitu asseveratum fuerat) neminem sibi sperabant occursurum. Ibi Hydarnes formidans ne Phocenses Lacedæmonii forent, Epialten percontatus est [1] quisnam ille esset exercitus. Mox certior rei factus, Persas tanquam in aciem instruxit. quorum missilibus multis crebrisq; Phocenses quum ferirentur, fugam fecerunt in verticem montis, gnari adversum se initio illos venisse: & se præparabant tanquam perditi. Ita isti sentiebant. Verum his spretis ii qui circa Epialten & Hydarnem erant Persæ rapidi de monte descendunt. At iis Græcis qui apud Thermopylas erant, primum vates Megistias extis inspectis indicavit mortem illis pariter & sibi impendere. deinde transfugæ notum fecere, Persas montem circuire: sed hi adhuc per noctis tempus: tertio loco significavere speculatores diurni, qui à verticibus montis decurrerant jam die illucescente. Hic inter se consultantes Græci, sententiis discrepabant. alii enim stationem non deserendam suadebant, alii id dissuadentes contendebant. Ita dissidentium partim abscedunt, dilapsique in suam quisque urbem se recipiunt: partim, qui cum Leonide erant, ad illic perstandum se accingunt. Fertur autem ipse Leonides eos qui abscessere dimisisse, de illorum vita solicitus: se vero & Spartiatas, qui adessent, non facturos è sua dignitate si stationem desererent, ad quam tutandam ab initio veniissent. Cæterum ego magis illi opinioni accedo, Leonidem, postquam animadvertit socios ignavos & invitos esse ad periculum subeundum, veniam eis abeundi dedisse, sibi vero decedere inhonestum putasse: permanenti autem illic, ingentem gloriam futuram, & Spartæ nunquam defuturam felicitatem speravisse. Siquidem jam inde ab initio moti belli Spartiatis à Pythia redditum erat oraculum, fore ut aut Sparta everteretur à barbaris, aut rex ejus occumberet. Quod oraculum hexametris illa versibus reddidit, in hæc verba,

Vobis, amplivagæ colitis qui mœnia Spartæ,
Aut urbs clara dabit Perſa victore ruinam:
Aut (ſi non erit hæc) oriundus ab Hercule quidam
Flebitur extinctus rex in Lacedæmonis ora.

289

ΤΟΥ μὲν ὦν ἄλλ.

1 Quum enim nullum adversarium sibi occursurum speravissent, in exercitum incidérunt. 2 Cujas

Nam

Nam neque taurorum neque vim feret illeonum,
Sed Jovis, & cujus reor haud tolerabile robur,
Alterutrum donec passim discerpserit horum.

Hæc reputantem Leonidem, [1] cupidumque gloriæ comparandæ, credideriim ſolum ex Spartiatis remiſiſſe ſocio potius, quam illos qui abierunt, in ſententiis diſſidentes, tam deformiter abiiſſe. CCXXI Cui rei non minimo id mihi teſtimonio eſt, quod vates Megiſtias, hujus expeditionis comes, (qui ferebatur Acarnas eſſe, & à Melampode oriundus) præloquutus ex extis ea quæ erant eventura, quum propalam à Leonide dimitteretur, ne ſecum periret, tamen abſcedere noluerit, filium modo, qui ei unicus erat, una militantem miſſum fecerit. Ita ſocii quos Leo- CCXXII nides remittebat, ei obtemperantes abiere. Theſpienſes tantum atque Thebani perſtitere cum Lacedæmoniis: Thebani quidem, inviti ac nolentes, quippe quos Leonides loco obſidum deſtinebat: Theſpienſes vero libentiſſimi, qui negaverunt ſe Leonide & iis qui cum eo erant deſertis abſceſſuros: permanenteſque una cum illo occubuerunt. quorum dux erat Demophilus Diadromei filius. Xerxes, ſub ex- CCXXIII ortum ſolis libaminibus factis, tantiſper moratus dum tempus eſſet quo forum ſolet maxime frequens eſſe hominibus, è caſtris movit. etenim ita ab Epialte erat mandatum. nam deſcenſus à monte, compendiarius magis ac brevioris multo ſpatii quam circuitus montis atque aſcenſus. [2] Barbari qui circa Xerxem erant, ad Leonidem & ad Græcos qui cum eo erant acceſſere: & iſti tanquam ad necem jam multo magis quam a principio fecerant, progreſſi ſunt ad fauces introitus laxiores. nam munitiones muri eos tutabantur. Et quum ſuperioribus diebus in loca arctiora prodeuntes dimicaſſent, tunc extra anguſtias facto concurſu permulti barbarorum cadebant. Nam duces à tergo ſui quiſque agminis, verberibus quæ geſtabant unumquenque cædebant, aſſidue ad procedendum adhortantes. unde multi eorum in mare decidentes abſumebantur multo plures invicem vivi perculcabantur, quum nulla pereuntis ratio haberetur.

Οὐ γὰρ τ' ταύρων φήσει μὴν θ. ὐδὲ λεόντων
Ἀντιβίην. Ζηνὸς γὰρ ἔχει μὴν θ. ὐδὲ ἑ φημὶ
Σχήσεθαι, πρὶν τῶν δ' ἕτερον λάβ πάντα δαΐσαι.

Ταῦτά τε δὴ βουλευόμενον Λεωνίδην, καὶ βουλόμενον κλέος καταθέσθαι μοῦνον Σπαρτιητέων, ἀπιπέμψαι τὸς συμμάχους μᾶλλον, ἢ γνώμῃ διενεχθέντας οὕτω ἀκόσμως οἴχεσθαι τὸς οἰχομένους. Μαρτύριον δέ μοι καὶ τόδε ἐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γέγονε. ὁ γὰρ μάντις τοῦ γένους, τὸς ἄλλους, ἀλλὰ καὶ τὸν μάντιν ὃς εἵπετο τῇ στρατιῇ ταύτῃ, Μεγιστίην τὸν Ἀκαρνᾶνα, λεγόμενον εἶναι τὰ ἀνέκαθεν ἀπὸ Μελάμποδος, τοῦτον ἅπαντα ἐκ τῶν ἱρῶν τὰ μέλλοντά οἱ ἐπαίνειν εἰπόντα, φανερὸς ἦν Λεωνίδης ἀπιπέμπων, ἵνα μὴ συναπόληται οἱ. ὁ δ', ἀπιπεμπόμενος, αὐτὸς μὲν ἐκ ἀπέλιπετο, τὸν δὲ παῖδα συστρατεύεσθαι ἐόντα μουνογενέα, ἀπέπεμψε. Οἱ μὲν νυν σύμμαχοι οἱ ἀπιπεμπόμενοι, οἴκοι τε ἀπόντες, καὶ ἐπειθοντο Λεωνίδῃ. Θεσπιέες δὲ καὶ Θηβαῖοι καρτέμεινάν μοῦνοι παρὰ Λακεδαιμονίοισι. τούτων δ', Θηβαῖοι μέν, ἀέκοντες ἔμενον, καὶ ἐκρατέοντο· καρτερὸς γὰρ σφέας Λεωνίδης, ἐν ὁμήρων λόγῳ ποιεύμενος. Θεσπιέες δ', ἑκόντες μάλιστα· οἳ ἐκ ἔφασαν, ἀπολιπόντες Λεωνίδην καὶ τὸς μετ' αὐτοῦ, ἀπαλλάξεσθαι, ἀλλὰ καταμείναντες συναπέθανον. ἐστρατήγεε δ αὐτέων Δημόφιλος Διαδρόμεω. Ξέρξης δ', ἐπεὶ ἡλίου ἀνατείλαντος σπονδὰς ἐποιήσατο, θερμῶν χρόνον, ὡς ἀγορῆς κου μάλιστα πληθούσης πρόοδον ἐποιέετο. καὶ γὰρ ἐπέφαλτο ὧδε Ἐπιάλτεω ἦτορ. ἀπὸ γὰρ τοῦ ὄρεος ἡ κατάβασις συντομωτέρη ἐστί, καὶ βραχύτερος ὁ χῶρος πολλὸν ἢπερ ἡ περίοδός τε καὶ ἀνάβασις. οἵ τε δὴ βάρβαροι οἱ ἀμφὶ Ξέρξεα προσῇισαν, καὶ οἱ ἀμφὶ Λεωνίδην Ἕλληνες, ὡς τὸν δὴ θανάτῳ ἔξοδον ποιεύμενοι ἤδη πολλῷ μᾶλλον ἢ κατ' ἀρχὰς ἐπεξήισαν ἐς τὸ εὐρύτερον τοῦ αὐχένος. τὸ μὲν γὰρ ἔρυμα τοῦ τείχεος ἐφυλάσσετο. οἱ δ', ἀνὰ τὰς προτέρας ἡμέρας ὑποξιόντες, ἐς τὰ στενότερα ἐμάχοντο· τότε δὴ συμμίσγοντες ἔξω τῶν στεινῶν, ἔπιπτον πλῆθεϊ πολλοὶ τῶν βαρβάρων. ὄπισθε γὰρ οἱ ἡγεμόνες τῶν τελέων ἔχοντες μάστιγας, ἐῤῥάπιζον πάντα ἄνδρα, αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω ἐπορυμνύοντες. πολλοὶ μὲν δὴ ἐσέπιπτον ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ διεφθείροντο· πολλῷ δ' ἔτι πλείους κατεπατέοντο ζωοὶ ὑπ' ἀλλήλων. ἦν δ' οὐδεὶς τῷ ἀπολλυμένου

1 Ac facere volentem ut id decus Spartiatarum duntaxat eſſet, remiſiſſe ſoc. 2 Barbari igitur qui cum Xerxe erant, acceſſerunt: & Græci qui cum Leonide, tanquam multo magis quam initio ad mortem pergentes; ad laxiorem faucium partem progreſſi ſunt.

ἅτε γὰρ δεδοκιμηκότες τὸν μέλλοντά σφι ἔσεσθαι θάνατον ἐκ τῶν περιόντων τὸ ἔρυμα, ἀπέδεικνυσαν ῥώμης ὅσον ἔχον μέγεθος ἐς τοὺς βαρβάρους, παραχρεώμενοί τε καὶ ἀτιμάζοντες. Δόξαντα μὲν νυν τοῖσι πλέοσι αὐτέων τιμωρῶν τὰ ἐτύγχανε καλεόμενα ἤδη, οἱ δὲ τοῖσι ξίφεσι διεργάζοντο τοὺς Πέρσας. Λεωνίδης τε ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ πίπτει, ἀνὴρ γενόμενος ἄριστος, καὶ ἕτεροι μετ' αὐτοῦ ὀνομαστοὶ Σπαρτιητέων, τῶν ἐγὼ ὡς ἀνδρῶν ἀξίων γενομένων ἐπυθόμην 10
290 τὰ ὀνόματα. ἐπυθόμην δὲ καὶ ἀπαντέων τῶν τριηκοσίων. καὶ δὴ καὶ Περσέων πίπτουσι ἐνθαῦτα ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ ἐνομαστοί, ἐν οἷς δὴ καὶ Δαρείου δύο παῖδες, Ἀβροκόμης τε καὶ Ὑπεράνθης, ἐκ τῆς Ἀπάρνεω θυγατρὸς Φραταγούνης γεγονότες Δαρείῳ· ὁ δὲ Ἀτάρνης, Δαρείου μὲν τοῦ βασιλέος ἰὼν ἀδελφεός, Ὑστάσπεϊ δὲ τῷ Ἀρσάμεω παῖς. ὃς καὶ ἐκδιδοῖ τὸν θυγατέρα Δαρείῳ, τὸν οἶκον πάντα τὸν ἑωυτοῦ ἐπιδοὺς, ὡς μούνης οἱ ἐούσης ταύτης τέκνων. Ξέρξεω τε δὴ δύο ἀδελ- 20
φεοὶ ἐνθαῦτα πίπτουσι, μαχεόμενοι ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω. Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγένετο πολλός· ἐς ὃ τέλος τὸν τε ἀρετῇ οἱ Ἕλληνες ὑπερεβάλοντο, καὶ ἐτρέψαντο τοὺς ἀναντίους πλέω. τοῦτο δὲ συνεστήκεε μέχρι οὗ οἱ σὺν Ἐπιάλτῃ παρεγένοντο. ὡς δὲ τούτους ἤκειν ἐπύθοντο οἱ Ἕλληνες, ἐνθεῦτεν ἤδη ἐτρωπῶντο τὸ νῶτον. ἐς τε γὰρ τὸ στεινὸν τῆς ὁδοῦ ἀνεχώρεον ὀπίσω, καὶ ἀπαμειψάμενοι τὸ τεῖχος, ἐλθόντες, ἵζοντο ἐπὶ 30
τὸν κολωνὸν πάντες ἀλέες οἱ ἄλλοι πλὴν Θηβαίων. ὁ δὲ κολωνὸς οὗτος ἔστι ἐν τῇ ἐσόδῳ ὄκου νῦν ὁ λίθινος λέων ἕστηκε ἐπὶ Λεωνίδῃ. ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσι τῇσι αὐλέων ἐτύγχανον ἔτι λελειμμέναι· καὶ χερσὶ καὶ στόμασι καταλέχουσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες, οἱ μὲν, ἐξ ἀναντίης ἐπισπόμενοι, καὶ τὸ ἔρυμα τοῦ τείχεος συνῳκοδομηκότες· οἱ δὲ, περιελθόντες πάντοθεν περισταδόν. Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Θεσπιέων τοιούτων γενομένων, 40
ὅμως λέγεταί γε ἄριστον ἀνὴρ γενέσθαι Σπαρτιήτης Διηνέκης· τὸν τόδε φασὶ εἰπεῖν πρὸ τοῦ πρὸς τοὺς Τρηχινίους ὡς ἐπεὰν οἱ βάρβαροι ἀπέσωσι τὰ τοξεύματα, τὸν ἥλιον ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ἀπιόντων ἀπικρύπτεσθαι· τοσοῦτό τι πλῆθος αὐτέων εἶναι. τὸν δὲ, οὐκ ὀκνήσαντα τούτοισι, εἰπεῖν (ὑπὸ ἀλογίης γενόμενον τὸ Μήδων πλῆθος) ὡς πάντα σφι ἀγαθὰ ὁ Τρηχίνιος ξεῖνος ἀγγέλλοι, εἰ ἀπικρυπτόντων τῶν Μήδων τὸν ἥλιον, ὑπὸ σκιῇ ἔσοιτο πρὸς αὐτοὺς ἡ μάχη, καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ. ταῦτα μὲν καὶ ἄλλα τοιαύτερα ἔπεα

Quumque ſcirent impendere ſibi necem ab iis qui montem circuirent, quod roboris habebant, id omne in barbaros oſtendebant, ingruentes ac ſeſe intrudentes. Quorum pleriſque quum CCXXIV jam lanceæ diffractæ eſſent, nonulli gladiis Perſas obtruncarent, tunc Leonides in hoc labore cecidit, navata ſtrenuiſſime opera, & cum eo alii inſignes Spartani: quorum ego tanctam ſtrenuorum virorum nomina audivi, & quidem trecentorum omnium. Perſarum quoque illic cum multi alii tam celebres ceciderunt quam incelebres, tum vero duo Darii filii, Abrocomes & Hyperanthes: quos Darius ex Phrataguna Atarnis filia ſuſtulerat. Atarnes autem, Darii regis frater, Hyſtaſpiſque Arſamæi filius erat, qui quum Dario filiam nuptum dedit, omnem inſuper ei domum tradidit, ut qui eſſet unicæ pater. Hi duo Xerxis fratres ſuper cadaver Leonidæ pugnantes occubuere, adeo vehementi Perſarum Lacedæmoniorumque con- CCXXV flictu, ut Græci [1] ter hoſtibus in fugam verſis, cadaver Leonidæ virtute ſubtraxerint: & eouſque perſtiterint dum ii qui cum Epialte erant adfuere. Quos ubi audiere Græci, tum vero pugnandi ardor immutatus eſt. nam ad anguſtias viæ ſeſe recepere: & introgreſſi murum, tumulum quendam occupantes, addenſati inſedere cuncti, præter Thebanos. Eſt autem tumulus in ingreſſu, ubi nunc ſuper Leonidem ſtat lapideus leo. Hoc in loco defenſantibus ſeſe gladiis, qui adhuc eis ſupererant, barbari circumfunduntur, & manibus & vocibus inceſſentes: alii ex adverſo urgentes, & munitionem muri ſubruentes, alii undique circumvenientes & circumſtantes. Lacedæmoniorum autem atque The- CCXXVI ſpienſium, quum tales extiterint, præſtantiſſimus tamen extitiſſe fertur Dieneces Spartanus: quem, antequam cum Medis confligeretur, hoc dixiſſe aiunt: quum à quodam Trachinio audiſſet barbaros præ multitudine ſagittarum quas emitterent ſolem obducere, tantam eorum eſſe copiam, adeo non expavefactus eſt, ut parvi faciens Medorum turbam, reſponderit, Omnia ſibi bona Trachinium hoſpitem nunciare, ſi Medi ſolem obducerent: ſe enim ſub umbra cum illis, non in ſole pugnaturos. Hæc & alia hujuſmodi dicta

[1] Quater

[1] memo-

1 memoratu digna aiunt Dienecem La-
CCXXVII cedæmonium reliquisse. Secundum
hunc autem è Lacedæmoniis duo fra-
tres præstantissimi feruntur fuisse, Al-
pheus & Maron, Orsiphanto geniti: è
Thespiensibus autem Dithyrambus Har-
CCXXVIII matidei filius. His eo loci ubi ceciderunt sepultis, & iis sociis qui prius quam à Leonide remissi sunt, occubuerant, epigrammata. his verbis inscripta sunt,

Terdecies centum hic certarunt millibus olim
E Peloponneso bis modo mille viri.

Hæc universis superscripta sunt: ista peculiariter Spartiatis,

Nos Lacedæmoniis refer hic peregrine jacentes,
Exhibito illorum vocibus obsequio.

Hoc epigramma inscriptum est Lacedæmoniis: istud vati,

Nobilis hoc bustum est (Medi occidere) Megistæ,
Sperchion ad fluvium: non sed inultus obit.
Qui vates obitum quamvis præsciret adesse,
Sparta haud sustinuit deseruisse duces.

3 Qui hos epigrammatis & cippis exornarunt, Amphictyones fuere: præter epigramma vatis Megistæ, quod Simonides Leoprepis filius, propter hominis
CCXXIX familiaritatem, inscripsit. Ex his trecentis duo, EUrytus & Aristodemus, feruntur 4 ob extremam lippitudinem è castris ab Leonide remissi, in Alpenis decubuisse: & quum liceret communicato inter se consilio, aut salutem sibi patare Spartam versus, aut, si reverti recusarent, una cum aliis occumbere, in neutro horum quæ licebat eis facere, inter se convenisse: sed quum sententiis discreparent, Aristodemum quidem præ ignavia remansisse: EUrytum vero audita Persarum circuitione, petiisse arma: seque eis indutum jussisse servum ut ad pugnantes deduceret. hunc ubi deduxit, fugæ se mandavisse; illum dato in agmen impetu occubuisse. Quod si vel Aristodemus solus redire Spartam neglexisset, aut si ambo reduces fuissent, videntur mihi Spartiatæ nullam iis pœnam irrogaturi fuisse: nunc altero eorum extincto, in hunc qui habens eandem occumbendi occasionem, tamen occumbere noluerit, necessario

φασὶ Διλυέκεα τὸν Λακεδαιμόνιον λιπέσθαι μνημόσυνα. Μετὰ δ' τοῦτον ἀρίστευσαι λέγονται Λακεδαιμονίων δύο ἀδελφεοί, Ἀλφεός τε καὶ Μάρων, Ὀρσιφάντου παῖδες. Θεσπιέων δ' διθύραμβος ἐπιφανέστατα τῷ ἑωυτοῦ ὀνόματι ἐχρήσατο Διθυράμβῳ, Ἁρματίδεω. Θαφθεῖσι δὲ σφι αὐτοῦ τούτοισι τοῖσπερ ἕπεσον, καὶ τοῖσι πρότερον τελευτήσασι ὑπὸ Λεωνίδεω ἀποπεμφθεῖσι οἰχέσθαι, ἐπιγέγραπται γράμματα λέγοντα τάδε,

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
Ἐκ Πελοποννήσου χιλιάδες τέτορες.

Τοῦτα μὲν δὴ πᾶσι ἐπιγέγραπται. τοῖσι δὲ Σπαρτιήτῃσι ἰδίη,

Ὦξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις ὅτι τῇδε κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Λακεδαιμονίοισι μὲν δὴ τοῦτο. τῷ δὲ μάντι, τόδε,

Μνῆμα τόδε κλεινοῖο Μεγιστία, ὃν ποτὲ Μῆδοι
Σπερχειὸν πόλεμον κτεῖναν ἀμειψάμενοι·
Μάντιν, ὃς τότε κῆρας ἐπερχομένας σάφα εἰδώς,

Οὐκ ἔτλη Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν.

Ἐπιγράμμασι μὲν νυν καὶ τούτῳ, ἔξω ἢ τὸ τῷ μάντι ἐπιγέγραπται, Ἀμφικτύονες εἰσὶ οἱ ἐπικοσμήσαντες· τὸ δὲ τῷ μάντι Μεγιστίῃ, Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεος ξεινίου ἕνεκα ἐπιγράψας. Δύο δὲ τῶν τριηκοσίων λόχων Εὐρύτου τε καὶ Ἀριστοδήμου, παρεὸν αὐτοῖσι ἀμφοτέροισι, κοινῷ λόγῳ χρησαμένοισι, ἢ ἀποσωθῆναι ὁμοῦ ἐς Σπάρτην, ὡς μεμετημένοι τε ἔσαν ἐκ τοῦ στρατοπέδου ὑπὸ Λεωνίδεω, καὶ κατικέατο ἐν Ἀλπηνοῖσι ὀφθαλμιῶντες ἐς τὸ μέγιστον· ἢ εἰγε μὴ ἐβούλοντο νοσῆσαι, ἀποδρῆναι ἅμα τοῖσι ἄλλοισι· παρεόν σφι τούτων τὰ ἕτερα ποιέειν, οὐκ ἐθελῆσαι ὁμοφρονέειν. ἀλλὰ γνώμῃ διενειχθέντας, Εὐρύτου μὲν, πυθόμενον πλὴν τὴν Περσέων περίοδον, αἰτήσαντά τε τὰ ὅπλα, καὶ ἐσδύντα, ἄγειν αὐτὸν κελεῦσαι τὸν εἵλωτα ἐς τοὺς μαχομένους. ὅκως δὲ ἄγων ἤγαγε, τὸν μὲν ἀναχάζοντα, οἰχέσθαι φεύγοντα· τὸν δὲ, ἐσπεσόντα ἐς τὸν ὅμιλον, ἀλαφδαρίζειν. Ἀριστόδημον δὲ, λειποψυχέοντα λειφθῆναι. εἰ μὲν νυν οἷός τε ἦν μοῦνον Ἀριστόδημον ἀπικόμενον ἀπονοστῆσαι ἐς Σπάρτην, καὶ κοινὸν ἐόντα ἀμφοτέρων τοῦ κήδεος ἔχειν δοκέειν ἐμοί, οὐκ ἄν σφι Σπαρτιήτας μοῦνον ἐάσαι πρόφασιν. νῦν δὲ τῷ μὲν, ἀπολομένῳ, ἢ δὲ, τῷ μὲν αὐτῆς ἐκόντι προφάσιος, οὐκ ἐθελήσαντι ἀποθνήσκειν, ἀναγκαίως σφι

---

1 Mnemosyna fui aiunt, *id est*, monumenta. 2 Jacere, 3 Veterum codicum lectionem sequutus est Valla, qui addunt quod in vulgatis edit. deest. ita enim in illis legitur, ἐπιγεγράμμασι μὲν νυν καὶ τούτῳ, ἔξω ἢ τὸ τῷ μάντι ἐπιγεγραμμένον, ἀμφικτύονες εἰσὶ σφέας οἱ ἐπικοσμήσαντες· τὸ δὲ τῷ μάντι Μεγιστίῃ Σιμωνίδης &c. 4 Ob vehementissimum oculorum morbum

ἔχειν μιωίσαι μεγάλως Ἀριστοδήμῳ. Οἱ μὲν νιν ὕστερον σωθῆναι λέγουσι Ἀριστόδημον ἐς Σπάρτην, καὶ ἀπὸ πρόφασιν τοιήνδε· οἱ δὲ, ἄγγελον πεμφθέντα ἐκ τοῦ στρατοπέδου, ἐξεὸν αὐτῷ καταλαβεῖν τὴν μάχην γινομένην, οὐκ ἐθελῆσαι, ἀλλ' ὑπομείναντα ἐν τῇ ὁδῷ, περιηλύθειν· τὸν δὲ συνάγγελον αὐτοῦ, ἀπιόντα ἐς τὴν μάχην, ἀποθανεῖν. Ἀπονοσήσας δὲ ἐς Λακεδαίμονα ὁ Ἀριστόδημος, ὄνειδός τε εἶχε καὶ ἀτιμίην· πάσχων δὲ τοιάδε, ἠτιμώθη· οὔτε οἱ πῦρ ἐδεὶς ἔναυε Σπαρτιητέων, οὔτε διελέγετο. ὄνειδός τε εἶχε, ὁ τρέσας Ἀριστόδημος καλεόμενος. ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τῇ ἐν Πλαταιῇσι μάχῃ ἀνέλαβε πᾶσαν τὴν ἐπενεχθεῖσαν οἱ αἰτίην. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλον ἀποπεμφθέντα ἄγγελον ἐς Θεσσαλίην τῷ τεσσερηκοσίων τυτέων, περιηλύθειν, τῷ οὔνομα εἶναι Παντίτην· νοσήσαντα δὲ τοῦτον ἐς Σπάρτην, ὡς ἠτιμώθη, ἀπάγξασθαι. Οἱ δὲ Θηβαῖοι, τῷ ὁ Λεοντιάδης ἐστρατήγεε, τέως μὲν μετὰ τῶν Ἑλλήνων ἐόντες ἐμάχοντο, ὡς δὲ ἀναγκαίης ἐχόμενοι, πρὸς τὴν βασιλέος στρατιήν· ὡς δὲ εἶδον κατυπέρτερα τῶν Περσέων γινόμενα τὰ πρήγματα. ἔτω δὴ τῷ σὺν Λεωνίδῃ Ἑλλήνων ἐπιγομένων ὅπι τὸν κολωνόν, ἀποχωρήσαντες τυλέων, χειρός τε προέτεινον· καὶ πίσαν ἄσσον τῶν βαρβάρων· λέγοντες τὸν ἀληθέστατον τῶν λόγων, ὡς καὶ μηδίζουσι, καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐν πρώτοισι ἔδοσαν βασιλέϊ· ἐπὶ δὲ ἀναγκαίης ἐχόμενοι, ἐς Θερμοπύλας ἀπικνέαται, καὶ ἀναίτιοι εἰσὶ τῶν τρωμάτων τῶν γενομένων βασιλέϊ. ὥστε ταῦτα λέγοντες περιεγίνοντο· εἶχον γὰρ καὶ Θεσσαλοὶ τῶν λόγων τυτέων μάρτυρας. ἐμοὶ μὲν οὗτοι τάγε πάντα οὐ τύχησαν· ὡς γὰρ αὐτοὺς ἔλαβον οἱ βάρβαροι ἐλαύνοντας, τοὺς μὲν τινας αὐτέων καὶ ἀπέκτειναν πεντηκοντοῦντας, τοὺς δὲ πλεῦνας αὐτέων, κελεύσαντος Ξέρξεω, ἔστιζον στίγματα βασιλήϊα, ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ Λεοντιάδεω. τοῦ τὸν παῖδα Εὐρύμαχον χρόνῳ μετέπειτα ἐφόνευσαν Πλαταιέες, στρατηγήσαντα ἀνδρῶν Θηβαίων τετρακοσίων, καὶ χόντα τὸ ἄχρι τὸ Πλαταιέων. Οἱ μὲν δὴ ὧδε Θερμοπύλας Ἕλληνες ἔτω ἠγωνίσαντο. Ξέρξης δὲ καλέσας Δημάρητον, ἤρετο ἀρξάμενος ἐνθένδε, Δημάρητε, ἀνὴρ εἶς ἀγαθός. τεκμαίρομαι δὲ τῇ ἀληθείῃ· ὅσα γὰρ εἶπας, πάντα ἀπέβη ἔτω. νῦν δέ μοι εἰπὲ κόσοι τινές εἰσι οἱ λοιποὶ Λακεδαιμόνιοι· καὶ τυλέων ὁκόσοι τοιοῦτοι τὰ πολέμια, εἴτε καὶ πάντες. ὁ δ' εἶπε, Ὦ βασιλεῦ, πλῆθος μὲν πάντων τῶν Λακεδαιμονίων πολλόν, καὶ πόλις πολλαί.

debuisse magnopere iratsci. Quidam CCXXX
hunc in modum & ob hanc causam Aristodemum sospitem rediisse Spartam aiunt. Alii autem, quum ab exercitu pro nuncio mitteretur, & posset pugnæ quæ fiebat adesse, tamen recusasse, sed moratum in via, fuisse superstitem: socium- que ejus qui una mittebatur, in pugnam profectum oppetiisse. Lacedæmonem CCXXXI
igitur regressus Aristodemus probro & ignominia notatus est: probro, 1 quod eum nemo neque igni neque alloquio impertivit: ignominia, quod Aristodemus fugax appellatus est. Verum hic omnem sibi objectam culpam in pugna apud Platæas gesta delevit. Fertur i- CCXXXII
tem alius ex eisdem trecentis superfuisse, in Thessaliam pro nuncio missus, cui nomen erat Pantitæ: sed Spartam reversus, quum opprobrio esset, sese strangulasse. Thebani autem quorum dux CCXXXIII
erat Leontiades, [2] vi retenti adversus regis copias, tamen à partibus Græcorum, è quibus erant, dimicaverunt: at ubi res Persarum superiores esse animadverterunt, ibi à Græcis, quibuscum fuerant, ad tumulum ire properantibus, se dissociantes, manus ad barbaros protenderunt, ad eosque propius accesserunt, referentes (quod verissimum erat) sese cum Medis sensisse, tertamque & aquam regi inter primos dedisse: ac vi coactos ad Thermopylas veniisse, & à culpa cladis illatæ abesse. Hæc regi allegantes, (quorum etiam Thessalos testes habebant) servati sunt: non tamen usquequaque fortunati fuerunt. nam barbari qui eos cepere, aliquot ut accedebant obtruncaverunt: pluribus, jussu Xerxis, regias notas inusserunt, à duce Leontiade exorsi. cujus filium EUrymachum postea Platæenses, quadringentorum Thebanorum ducem, quod urbem ipsorum occupasset, interemere. Hunc quidem in CCXXXIV
modum Græci ad Thermopylas dimicaverunt. ¶ Xerxes autem accitum Demaratum interrogavit, hinc orsus, Demarate, virum te bonum esse indicio veritatis experior: quæ enim dixisti, ea omnia perinde evenere: nunc hoc mihi pandito, Quotnam sunt Lacedæmonii, quotve eorum tales in re bellica? an & universi? Cui Demaratus, Multitudo, rex, inquit, Lacedæmoniorũ omniũ magna est, & civitates multæ:

1 Quod nullus ex Spartiatis ignem illi accenderet, aut cum eo colloqueretur: 2 Ad tempus quidem, dum fuerunt una cum Græcis, necessitate adacti adversus regis copias dimicarunt: at ubi res Pers.

quod

quod autem discere vis à me, scies: Est enim 1 Lacedæmone urbs Sparta octo millium ferme virorum, qui omnes iis qui hîc pugnavere sunt similes: cæteri Lacedæmonii, non illis quidem similes, sed tamen viri sunt strenui. Ad hunc Xerxes, Demarate, inquit, agedum expone quo pacto hos viros minima cum difficultate subigamus. tu nanque calles quo tendant eorum consilia, ut-
CXXXV. pote quorum rex fuisti. Cui Demaratus, Quum, inquit, me rex libenter consulas, æquum est me tibi quod optimum sit expromere. Id quod vis, hoc pacto fiet, si trecentas naves cum suis propugnatoribus in oram Lacedæmonicam mittas. adjacet autem illi insula nomine Cythera: quam obrui mari quàm extare conducibilius esse Lacedæmoniis Chilon aiebat, vir apud nos sapientissimus: videlicet expectans semper ab ea aliquid tale futurum quale nunc ego expono: non ille quidem tuam classem prævidens, sed quamcunque similiter extimescens. Ex hac igitur insula proficiscentes tui Lacedæmonios territent. Ita illi domestico occupati bello, neque tibi erunt intesti, neque cæteræ Græciæ, quum à tuis pedestribus copiis expugnabitur, auxilia ferent. subacta autem reliqua Græcia, Lacones per se reddentur invalidi. Quod nisi feceris, hoc fore expecta: Est Peloponnesi arctus isthmus, quo in loco Peloponnensibus omnibus coactis, alia tibi prœlia superioribus atrociora futura prospicio. At si illud feceris, & isthmus hic citra prœlium &
CXXXVI. cæteræ civitates ultro tibi se dedent. Post hunc Achæmenes, Xerxis frater, classis præfectus, quum ei colloquio interfuisset, veritus ne Xerxis ad id agendum induceretur, Animadverto, inquit, te rex verba admittere viri qui tibi prospere agenti invidet, aut etiam res tuas prodit. His enim moribus uti Græci gaudent, ut & fortunato invideant & meliorem oderint. Quod si è præsenti condicione, quum naves quadringentæ naufragium fecerint, trecentas alias è cætera classe miseris ad obeundam Peloponnesum, profecto fient nobis adversarii pares ad decertandum, at si conjuncta classis fuerit, inoppugnabilis reddetur, & ante omnia nobis illi impares erunt: simulque omnis exercitus nauticus terrestri,

"τὸ ϑ' ϑέλεις ἐκμαϑέειν, εἰδήσεις. ἔστι ἐν τῇ
"Λακεδαιμονίῃ Σπάρτη, πόλις ἀνδρῶν ἐκτα-
"κισχιλίων μάλιστα· τοὶ δ' ὅτι πάντες εἰσὶ ὁμοῖοι
"τοῖσι ἐνθάδε μαχεσαμένοισι. οἱ μὲν ἄλ-
"λοι Λακεδαιμόνιοι, τούτοισι μὲν οὐκ ὁμοῖοι,
"ἀγαθοὶ δέ. εἶπε πρὸς ταῦτα Ξέρξης, Δη-
"μάρητε, τέῳ τρόπῳ ἀπινησότατα τῷδ' ἀν-
"δρῶν τοιέων ὑπερβαλησόμεϑα; ἴϑι, ἔξη-
"γέο. σὺ γὰρ ἔχεις ἐοιέων διεξόδους τῷ βα-
"σιλεύμασι, οἷα βασιλεὺς ἡμόρμεϑα. Ὁ δ'
"ἀμείβετο, Ὦ βασιλεῦ, εἰ μὲ δὴ συμβουλεύ-
"εαί μοι προθύμως, δίκαιόν μέ σοι ἐστὶ φρά-
"ζειν τὸ ἄριστον. εἰ τῆς ναυτικῆς στρατιῆς
"νέας τριηκοσίας ἀπιστείλειας ὅϑι τὼ Λά-
"κωναν χώρην. ἔστι δ' ἔτι αὐτῇ νῆσος ὑπεκει- 292
"μένη, τῇ ἐνομὰ ἐστὶ Κύϑηρα· τὼ Χί-
"λων, ἀνὴρ παρ' ἡμῖν σοφώτατος ἡμό-
"μεϑος, κέρδος μέζον ἔφη εἶ Σπαρτιή-
"τησι κατ' τῆς ϑαλάσσης κατάσκεψιν μᾶλ-
"λον ἢ ὑποψέχειν, αἰεί τι προσδοκῶν ἀπ' αὐ-
"τῆς τοιοῦτο ἔσεσϑαι οἷόν τι ἐγὼ ἐξηγέομαι·
"ὅτι τὸν σὸν στόλον περιδώς, ἀλλὰ πάντα ὁ-
"μοίως φοβεόμενος ἀνδρῶν στόλον. ἐκ ταύ-
"της ὦν τῆς νήσου ὁρμεώμενοι, φοβεόντων τοὺς
"Λακεδαιμονίους. παρέξει δ' πόλεμον σφι ἐ-
"όντι οἰκήϊον, ἐδὲν δεινοὶ ἔσονταί τοι μὴ τῆς
"ἄλλης Ἑλλάδος ἁλισκομένης ὑπό. τῶ πε-
"ζῶ, βοηθέωσι ταύτῃ. καταδυλωϑείσης δ'
"τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, ἀσθενὲς ἤδη τὸ Λα-
"κωνικὸν μοῦνον λείπεται. ἢν δ' ταῦτα μὴ
"ποιῇς, τάδέ τοι προσδόκα ἔσεσϑαι· ἔστι τῆς
"Πελοποννήσου ἰσθμὸς στεινός. ἐν τούτῳ τῷ
"χώρῳ πάντων Πελοποννησίων συνομοσάν-
"των ὅϑι σοὶ, μάχας ἰσχυροτέρας ἄλλας τῇ
"ἡμομένων προσδέκεο ἔσεσϑαί τοι. ἐκεῖνο δ'
"πιθήσαντι, ἀμαχητὶ ὅ, τε ἰσθμὸς ἔσται καὶ αἱ
"πόλις προσχωρήσουσι. Λέγει μετὰ τοῦτον
Ἀχαιμένης, ἀδελφεός τε ἐὼν Ξέρξεω, καὶ τοῦ
ναυτικοῦ στρατοῦ στρατηγός, ὠδατυχόν τε τῷ
λόγῳ, καὶ δείσας μὴ ἀναγνώσῃ Ξέρξης τοι-
"έειν ταῦτα, Ὦ βασιλεῦ, ὁρέω σε ἀνδρὸς
"ἐκδεκόμενον λόγους ὃς φθονέει τοι δῦ πρήσ-
"σοντι, ἢ καὶ προσδοῦ πρήγματα τὰ σά. καὶ γὰ-
"δὴ καὶ τέρποισι τοιούτοισι χρεώμενοι οἱ Ἕλ-
"λωες χαίρουσι· τοῦ τε δυτυχέειν φθονέουσι,
"καὶ τὸ κρέσσον συγγέουσι. εἰ δ' ὅτι τῆσι πα-
"ρεούσησι τύχῃσι, τῷ νέες νεναυηγήκασι πε-
"τρακόσιαι, ἄλλας ἐκ τοῦ στρατοπέδου τελη-
"κοσίας ἀποπέμψεις ὠφελιμώσειν Πελοπόννη-
"σον, ἀξιόμαχοί τοι γίνονται οἱ ἀντίπαλοι·
"ἄλλης δ' ἐὼν ὁ ναυτικὸς στρατὸς, δυσμε τα-
"χείρωτός τε αὐτοῖσι γίνεται, καὶ ἀρχὴν οὐκ ἀξιόμαχοί τοι ἔσονται. καὶ πῶς ὁ ναυτικὸς τῷ πεζῷ

1 Lacedæmonio agro

"ἀρήξει, καὶ ὁ πεζὸς τῷ ναυτικῷ, ὁμοῦ πονεύ-
"μενοι. εἰ δὲ διαστάσεις, ἔτε σὺ ἐκείνοισι
"χρήσιμος, ἔτε κεῖνοι σοί. τὰ σεωυτοῦ δὲ τι-
"θεὶς εὖ, γνώμῃ ἔχων τὰ τῷ ἀντι-
"πολέμων μὴ ὀκνιλέγεσθαι πρήγματα, τῇ τε
"στρατιῇ τῇ πολεμίῃ, τά τε ποιήσουσι, ὅσοι τε
"πλῆθός εἰσι. ἱκανοὶ γὰρ ἐκεῖνοί γε αὐτοὶ ἑωυ-
"τῷ πέρι φρονέειν εἰσί, ἡμεῖς δὲ ἡμέων αὐ-
"τῶν. Λακεδαιμόνιοι δέ, ἢν ἴωσι ἀνδία
"Πέρσῃσι ἐς μάχην, ὀδὲν τὸ παρεὸν τρῶμα
"ἀνιεῶντας. Ἀμείβεται Ξέρξης τοῖσδε, Ἀ-
"χαίμενες, εὖ τε μοι δοκέεις λέγειν, καὶ πει-
"σόμενος ταῦτα. Δημάρητος δὲ λέγει μὲν τὰ ἄρι-
"στα ἔλπεται εἶναι ἐμοὶ, γνώμην μέντοι ἐκτῆται
"ὑπὸ σεῦ. ἐγὼ γὰρ δὴ κείνου γε ἐνδέξομαι, ὅκως
"μὴ δυνοέει τοῖσι ἐμοῖσι πρήγμασι, τοῖσί τε λε-
"γομένοισι πρότερον ἐκ τούτου καθημένου, καὶ
"τῷ ἐόντι· ὅτι πολίτης μὲν πολίτῃ δεῖ πρήσ-
"σοντι φθονέει, καὶ ἔστι δυσμενὴς τῇ συγῇ· ὁδ'
"ἂν συμβουλεύσωμαί τεῳ ἀρῃ, πολίτης ἀνὴρ
"τὰ ἄριστά οἱ δοκέοντα εἶναι ὑποθέοιτο, εἰ μὴ
"περὸν ἀρετῆς ἀπήκοι· (σπάνιοι δ' εἰσὶ οἱ
"τοιοῦτοι) ξεῖνος δὲ ξείνῳ δεῖ πρήσσοντι ὄχ' ἄ-
"μεινόν τε καὶ ἄριστα. ὥστε ὦν κελεύο-
"μαι τὴν ἐς Δημάρητον, ἐάν τι ἐμοὶ
"ξείνῳ, ὠφελέεσθαί τινα τοῦ λοιποῦ κελεύω.
Ταῦτα εἰπὰς Ξέρξης, διεξῆιε διὰ τῶν νεκρῶν· καὶ Λεωνίδεω περὶ ἀκηκοὼς, ὅτι βασιλεύς τε ἦν καὶ στρατηγὸς Λακεδαιμονίων, ἐκέλευσε ἀποτα-
μόντας τὴν κεφαλὴν ἀναυρῶσαι. δῆλά μοι πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι, ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε ἐκ ἧσσα γέγονε, ὅτι βασιλεὺς Ξέρξης πάντων δὴ μάλιστα ἀνδρῶν ἐθυμώθη ζώ-
οντι Λεωνίδῃ. ὃς γὰρ ἂν κοτε ἐς τὸν νεκρὸν ταῦ-
τα παρεβάλετο. ἐπεὶ τιμᾷν μάλιστα νομί-
ζουσι τῷδε ἐγὼ οἶδα ἀνθρώπων Πέρσας ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐποίευν τοῖσι ἐπετέτακτο ποιέειν. Ἥκομεν δὲ ἐκεῖσε τοῦ λόγου τῇ μοι πρότερον ἐξέλιπε. ἐπύθοντο Λακεδαιμόνιοι ὅτι βασιλεὺς στέλλοιτο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, πρῶτοι, καὶ ἅτε δὴ ἐς τὸ χρηστήριον τὸ ἐς Δελφοὺς ἀνατέτμηνται. ἔνθα δή σφι ἐ-
χρήσθη τὰ ὀλίγῳ πρότερον εἶπον.
293 δὲ τρόπῳ. δωρεῇσι. Δημάρητος δὲ ὁ Ἀ-
ρίστωνος, φυγὼν ἐς Μήδους, ὡς μὲ ἐγὼ δοκέω, καὶ τὸ οἰκὸς ἐμοὶ συμμάχεται, ἐκ τοῦ δί-
κου Λακεδαιμονίοισι,

& invicem terreſtris una itet faciens; nautico erit auxilio. Quos ſi diſtraxeris, neque tu illis vſui eris, neque illi tibi. Tu vero tua ipſius bene conſtitueris ſi adverſariorum res apud te non agitaveris. Hîc illi bellum ſiſtent, hæc agent, tot numero ſunt. Illi enim per ſeſe ad ſibiipſis proſpiciendum ſufficiunt, & nos itidem ad proſpiciendum nobis. Quod ſi Lacedæmonii adverſus Perſas in pugnam ibunt, impendentem ſibi cladem haudquaquam devitabunt. Ad CCxxxvii hæc ſubjiciens Xerxes, Recte, inquit, Achæmenes mihi videris dicere: quod & faciam. Demaratus, quod optimum ille quidem mihi ſperat eſſe, id ſuadet: ejus tamen ſententia à tua ſuperatur. Neque vero illud admitto, eum nolle rebus meis bene conſultum, ut ex iis quæ antea ab eo dicta ſunt, & ex ipſa re conjecto. Quoniam civis quidem civi ſecundis rebus prædito invidet, [1] eumque male odit: cum tamen patrio ſolo nihil eodem conſultante, quod optimum ſibi videtur, ſuadet: niſi procul abfuerit à virtute, quales pauci ſunt. Hoſpes autem hoſpiti proſpera fortuna utenti, omnium eſt benevolentiſſimus, eique conſultanti optime conſulit. Quapropter ab inſectatione, qua in Demaratum uteris hoſpitem meum, poſthac [2] abſtinere te jubeo. Hæc Xerxes lo- CCxxxviii quutus, inter cæſos tranſiit, ubi erat Leonides: quem quum audiſſet Lacedæmoniorum regem eundemque ducem eſſe, juſſit [3] abſciſſo capite in crucem tolli. ut mihi cum aliis multis indiciis, tum hoc præcipue manifeſtum ſit, regem Xerxem maxime omnium excanduiſſe in Leonidem viventem. Nam alioqui nunquam in defunctum hoc genere deliquiſſet: quum ex omnibus quos ego novi hominibus Perſæ maxime ſoleant viros in re militari præſtantes honore afficere. Illi igitur quibus imperatum erat, id exequuti ſunt. Redeo ad eam CCxxxix narrationem unde mihi diſceſſum eſt. Lacedæmonii primi regem adverſus Græciam tendere aceeperunt, atque ita Delphos ad oraculum miſerunt: ubi reſponſum eſt id redditum cujus paulo ante memini. Acceperunt autem mirum in modum. Demaratus enim Ariſtonis filius qui profugit ad Medos, non ille quidem Lacedæmoniis benevolus

1 Eumque tacito proſequitur odio. neque conſilium petenti civi dederit civis quod putet eſſe optimum, niſi ſummum virtutis gradum attingat: quales pauci ſunt. At hoſpes hoſpiti, &c. *Poteſt illud τῇ συγῇ aliter etiam exponi.* 2 Abſtinere quemlibet jubeo. 3 *Vel, caput ejus abſciſſum.*

(ut &

(ut & ego arbitror, & ratio dictat) tamen hoc fecit, ſive in hoc bene illis conſultum vellet, ut conjectare licet, ſive quod inſultaret: Nam poſteaquã Xerxes ſtatuit adverſus Græciam ſumere expeditionem, id Demaratus qui Suſis erat, quum accepiſſet, cenſuit Græcis eſſe indicandum: ſed quum aliter nequiret, (quippe periculoſum erat ne deprehenderetur) hanc rem commentus eſt: Sumptis duarum tabellarum pugillaribus, ceram illinc eradit: deinde in eorum ligno conſiliũ regis exarat. quod literis exaratum, rurſus cera inducit, nequid negocii apud viarum cuſtodes exhiberent pugillares qui ferrentur. Qui ubi Lacedæmonem allati ſunt, non poterant eos Lacedæmonii interpretari, antequam (ut ego accipio) Cleomenis filia, eademque Leonidæ uxor, Gorgo, illos admonuit, 1 ipſam rem interpretata, jubens ceram effringi. fore enim ut literas in ligno reperirent. Ita ei auſcultantes Lacedæmonii literas repertas legerunt, eaſq; deinde ad Græcos dimiſerunt.

παρεσι ὦ εἰκάζειν εἴτε δύνοιη ταῦτα ἐποίησε, εἴτε καὶ καλαχαιρών. ἐπεί τε γὰρ Ξέρξη ἔδοξε στρατηλατέειν ὅπῃ πρὸς Ἑλλάδα, ἐὰν ὁν Σέσηος ὁ Δημάρητος, καὶ πυνθάνεται ταῦτα, ἠθέλησε Λακεδαιμονίοισι δηλῶσαι. ἄλλως μὲν δὴ ἐκ εἶχε σημῆναι· δοκέοντος γὰρ εὖ μὴ λαμφθείη· ὁ δὲ, μηχανᾶται τοιάδε· δελτίον δίπτυχον λαβών, τὸν κηρὸν ἀπὸ ἐξέκνηπε, καὶ ἔπειτα ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ δελτίου ἔγραψε πρὸς βασιλέος γνώμην. ποιήσας δὲ ταῦτα, ὀπίσω ἐπέπηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, ἵνα φερόμενον κεινὸν τὸ δελτίον, μηδὲν πρῆγμα παρέχοι πρὸς τῶν ὁδοφυλάκων. ἐπεὶ δὲ ἀπίκετο ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ἐκ εἶχον συμβαλέσθαι οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρίν γε δὴ σφι, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, Κλεομένεος μὲν θυγάτηρ, Λεωνίδεω δὲ γυνὴ, Γοργὼ, ἐπέλθητο, ὑποφρασθεῖσα αὐτὴ, τὸν κηρὸν κνᾶν κελεύουσα, καὶ ὑπόψεσθαι γράμματα ἐν τῷ ξύλῳ. πειθόμενοι δὲ, εὗρον, καὶ ἐπελέξαντο, ἔπειτα δὲ τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι ἐπέστειλαν.

1 Quum rem animadvertiſſet, *vel, excogitaſſet.*

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ, ἐπιγεγραμμένη ΟΥΡΑΝΙΑ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM LIBER octavus, qui inscribitur URANIA.

ΤΑΥΤΑ μὲν δὴ ὕτω λέγεται γενέσθαι. οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες, ἦσαν οἵδε· Ἀθηναῖοι μέν, νέας παρεχόμενοι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτά. τοῦτο δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίης Πλαταιέες, ἄπειροι τῆς ναυτικῆς ἐόντες, συνεπλήρωσαν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας. Κορίνθιοι δὲ τεσσεράκοντα νέας παρείχοντο. Μεγαρέες δὲ, εἴκοσι. καὶ Χαλκιδέες ἐπλήρωσαν εἴκοσι, Ἀθηναίων παρεχόντων σφι τὰς νέας. Αἰγινῆται δὲ, ὀκτωκαίδεκα. Σικυώνιοι δὲ, δυοκαίδεκα. Λακεδαιμόνιοι δὲ, δέκα. Ἐπιδαύριοι δὲ, ὀκτώ. Ἐρετριέες δὲ, ἑπτά. Τροιζήνιοι δὲ, πέντε. Στυρέες δὲ, δύο. καὶ Κῖοι, δύο τε νέας καὶ πεντηκοντέρους δύο. Λοκροὶ δὲ σφι οἱ Ὀπάντιοι ἐπεβοήθεον πεντηκοντέρους ἔχοντες ἑπτά. Ἔσαν ὦν ὅτοι οἱ στρατιὴν ὑπόμνυοι ἔσω Ἀρτεμίσιον. εἴρηται δέ μοι καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἕκαστοι τῶν νεῶν παρείχοντο. ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισέων νεῶν ἔσω Ἀρτεμίσιον, λοιπῶν παρεξ τῶν πεντηκοντέρων, διηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κάρτος ἔσχε, παρείχοντο Σπαρτιῆται, Εὐρυβιάδεα τὸν Εὐρυκλείδεω. οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν, οὐδὲ μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔπεσθαι στράτευμα. Ἐξύετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος, 294 περὶ καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν ὅπως συμμαχήσουσι, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὼν εἴη ὅπως ἐπιτρέπειν. ἀντιβαίνοντων δὲ τῶν συμμάχων, εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα πεποιημένοι ὠφελέειν τὴν Ἑλλάδα· καὶ γνόντες, εἰ σταδιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολέεται ἡ Ἑλλάς· ὀρθὰ νοεῦντες. φάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτῳ κακίων ἐστί,

ΤΑΥΤΑ quidem ita gesta dicuntur esse. Græci autem quibus res classiaria delegata erat, hi fuere: Athenienses, qui naves centum viginti septem præbuere, junctis sibi Platæensibus: qui etsi rei nauticæ inexperti, tamen strenue alacriterque pro se illorum naves armaverunt. Corinthii, qui attulere naves quadraginta: Megarenses, qui viginti: Chalcidenses totidem sibi ab Athenienſibus præbitas armaverunt. Æginetæ, undeviginti: Sicyonii, duodecim: Lacedæmonii, decem: Epidaurii, octo: Eretrienses, septem: Trœzenii, quinque: Styreenses, duas: Chii, totidem, cum totidem penteconteris, *id est, navigiis quinquagenum remorum*, Quibus auxiliares erant Locri Opuntii cum septem penteconteris. Hæc naves ad Artemisium in stationē erant: quarum quot quique præbuerint, mihi dictum est. Universarum vero præter penteconteros, ad Artemisium coactarum, numerus fuit ducentarum septuaginta unius. His ducem, penes quem summa imperii esset, Spartiatæ præbuerunt Eurybiadem Eurycliдæ filium. Nam socii negaverunt se, nisi Lacon esset imperator, sequuturos esse Athenienses ductores, sed exercitum qui futurus erat soluturos. Etenim jam inde ab initio, antequam in Siciliam ad societatem ineundam mitteretur, agitatum sermonibus erat tanquam expediret rem nauticam Athenienſibus permittere: cæterum recusantibus sociis, cessere Athenienses, quod magni facerent Græciam superesse: quam intelligebant esse perituram si de principatu contenderent: recte sentientes. Nam intestina seditio tanto deterior est bello quod concorditer geritur,

I

II

III

1 Octodecim:

quanto

quanto bellum deterius eſt pace. Hoc itaque ipſum intelligentes, non repugnandum putaverunt, ſed tantiſper concedendum quoad magnopere illis indigebant, quemadmodum oſtenderunt. Siquidem poſteaquam expulſo Perſa, jam de illius terra dijudicabant, ſuperbiam Pauſaniæ cauſati, Lacedæmonios ducatu abdicaverunt. Verum
IV hæc poſterius geſta ſunt. Tunc autem ii Græci qui ad Artemiſium ſe contulerant, ubi viderunt & multum navium ad Aphetas eſſe contractum, & omnia plena exercitu hoſtili, perculſi metu, quod præter opinionem ſuam expectationemque res barbarorum ſuccederent, conſultabant de facienda fuga ex Artemiſio [1] interiorem in Græciam. Quorum conſultatione cognita, EUbœenſes obſecrabant EUrybiadem ut aliquãtulum temporis præſtolaretur, uſquedum ipſi liberos atque domeſticos ſubducerent. Ubi non perſuadent, ad ducem Athenienſium Themiſtoclem tranſgreſſi, paciſcuntur cum eo triginta talentis ut tandiu ante EUboeam perſtarent donec pugna navali decerneretur.
V Themiſtocles autem hac ratione Græcos retinuit: EUrybiadem ex hac, tanquam ex ſua ipſius pecunia, quinque talentis impertit: hoc perſuaſo, Adimantum Ocyti filium Corinthiorum ducem, qui ſolus reluctabatur, negans ſe permanſurum, ſed ab Artemiſio profecturum, ita alloquutus eſt jurejurando interpoſito: Tu vero haudquaquam hos deſeres, quem ego majoribus donabo muneribus quam quæ rex Medorum tibi mitteret ſocios deſerenti. Hæc loquutus, ſtatim ad navem Adimanti tria miſit argenti talenta. Iſtis pecunia corruptis, cum EUbœenſibus gratificatus eſt Themiſtocles, tum reliquum pecuniæ quam acceperat lucrifecit: quam eum intervertiſſe ideo latuit eos qui partem illius acceperant,
VI quod putabant eam ab Athenienſibus ad hoc ipſum profectam eſſe. Ita in EUboea perſtitere, ac prœlium fecere, quod ita geſtum eſt: Barbari quum ad Aphetas circa diluculum veniſſent, quumque id quod etiam ante audierant cernerent, paucas Græcorum naves ad Artemiſium ſtationem habere, libidine tenebantur aggrediendi, ſi forte eos interciperent. Cæterũ ex adverſo inva-

ὄντων ὃ τυτέων, προθύμως εἶξαν οἱ Πελοποννήσιοι· καὶ οὕτω δὴ Σαμίους τε καὶ Χίους καὶ Λεσβίους, καὶ τοὺς ἄλλους νησιώτας, οἳ ἕπονθον συστρατεύμενοι τοῖσι Ἕλλησι, ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐπεποίηντο, πίστιν καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι, ἐμμενέειν τε καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι· τούτους δὲ καταλαβόντες ὁρκίοισι, ἔπλεον τὰς γεφύρας λύσοντες. ἔτι γὰρ ἐδόκεον ἐντὸς τεταμμένας εὑρήσειν. οὕτω μὲν δὴ ἐπ' Ἑλλησπόντου ἔπλεον. Τῶν δὲ ἀποφυγόντων βαρβάρων, ἐς τὰ ἄκρα τῆς Μυκάλης καταληλυθότων, ἐσύλεον τὰ πολλά, ἐγίνετο κομιδὴ ἐς Σάρδις· πορευομένων δὲ κατ' ὁδὸν, Μαΐσιης ὁ Δαρείου παθὼν τοῦ παιδὸς τοῦ γενομένου, τὸν στρατηγὸν Ἀρταΰντην ἔλεγε πολλά τε καὶ κακά, ἄλλά τε καὶ γυναικὸς κακίω φὰς αὐτὸν εἶναι, τοιαῦτα στρατηγήσαντα· καὶ ἄξιον εἶναι παντὸς κακοῦ, τὰ βασιλέος οἰκία κακώσαντα. ταῦτα δὲ τοῖσι Πέρσῃσι, γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι, δεινὸν μέγιστόν ἐστι. ὁ δέ, ἐπεὶ πολλὰ ἤκουσε, δεινὰ ποιησάμενος, σωθῆναι ἔφη τὸν Μαΐσιην τὸν ἀκουμένα, ἀποκτείναι θέλων. καί μιν ἐπιόντα φθὰς Ξεναγόρης ὁ Πραξίλεω, ἀνὴρ Ἁλικαρνησσεύς, ὄπισθε ἑσεὼς αὐτοῦ Ἀρταύντεω, ἁρπάζει μέσον καὶ ἐξάρας, παίει ἐς τὴν γῆν. καὶ ἐν τούτῳ οἱ δορυφόροι Μαΐσεω προέσχοντο. ὁ δὲ Ξεναγόρης ταῦτα ἐργάσατο, χάριτα αὐτοῦ τε Μαΐσεω τοῦ θέλοντος καὶ Ξέρξεω, σκοπέων τὸν ἀδελφεὸν τὸν ἐκείνου· καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου Ξεναγόρης πάσης ἦρξε Κιλικίης, ἐόντος βασιλέος. τὸν δὲ κατ' ὁδὸν πορευομένων βαρβάρων, οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τυτέων, ἀλλ' ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. ἐν δὲ τῇσι Σάρδισι ἐτύγχανε ἐὼν βασιλεὺς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεί τε ἐξ Ἀθηναίων προσπλάσας τῇ ναυμαχίῃ, φυγὼν ἀπίκετο. Τότε δὴ ἐν τῇσι Σάρδισι ἐὼν ἄρα, ἤρα τοῦ Μαΐσεω γυναικὸς, ἐοσης καὶ ταύτης ἐνθαῦτα· ὡς δέ οἱ προσπέμποντι οὐκ ἐδύνατο καταεργασθῆναι, οὐδὲ βίην προσιφέρετο, προμηθεόμενος τὸν ἀδελφεὸν Μαΐσην· (ταῦτα δὲ τοῦτο ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα· δοῦ τι γὰρ θηλέη βίης ἐστὶ τευξομένη) ἐνθαῦτα δὴ Ξέρξης ἐρῶν μεν τοῦ ἄλλων, πρόσχετο τὸν γάμον τοῦτον τοῦ παιδὸς τοῦ ἑωυτοῦ Δαρείου θυγατέρα τοῦ γυναικὸς ταύτης καὶ Μαΐσεω· δοκέων αὐτὸν μᾶλλον λαμψεσθαι διὰ ταῦτα ποιήσῃ. ἁρμόσας δὲ, καὶ τὰ νομιζόμενα ποιήσας, ἀπήλαυνε ἐς Σοῦσα· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖσε ἀπίκετο, καὶ ἠγάγετο ἐς ἑωυτοῦ Δαρείου τὴν γυναῖκα, οὕτω δὴ τῆς Μαΐσεω μὲν γυναικὸς ἐπέπαυτο· ὁ δὲ, διαμειψάμενος, ἦρα τε καὶ ἐτύγχανε τοῦ Δαρείου μὲν γυναικὸς, Μαΐσεω δὲ θυγατρός· οὔνομα δὲ τῇ γυναικὶ ταύτῃ ἦν Ἀρταΰντη. Χρόνῳ δὲ προϊόντος, ἀνά-

derent, Athenienſes, libenter eis ceſſere Peloponnenſes: atque ita Samios & Chios & Lesbios ac cæteros inſulanos, qui ſecum militabant, ad ſocietatis fœdus adegerunt, data acceptaque fide cum jurejurando, ſe permanſuros in ſocietate, nèc ab ea deſcituros. Hoc jurejurando accepto, ad pontes ſolvendos navigaverunt, rati adhuc illos intentos ſe eſſe inventuros. Et iſti quidem in Helleſpontum navigabant. ¶ Ii vero CVI barbari qui profugerant, non ita multi quum ad cacumina Mycales perveniſſent, ſe Sardis recipiebant. Qui dum iter faciunt, Maſiſtes Darii filius, qui pugnæ male geſtæ adfuerat, conviciari Arataytæ cum aliis multis probris, tum vero dicere, illum muliere fuiſſe ignaviorem, [1] qui ita illam præfecturam adminiſtraſſet: dignumque omnî malo eſſe qui de regia domo male meritus eſſet. Apud Perſas autem ſummo opprobrio datur, audire ſe mulierē eſſe ignaviorem. Artayntes igitur, ubi multa audiit, indigne ferens, acinacem in Maſiſtem ſtringit, interficiendi avidus. quem irruentem cernens Xenagoras Praxilai filius, vir Halicarnaſſeus, ut ſtabat à tergo, hominem medium accipit, ſublatumque humi allidit. intereaque ſatellites Maſiſtis adfuere. Eo facto Xenagoras & ipſius Maſiſtis gratiam iniit, & Xerxis, cujus fratrem ſervaſſet. quippe ab eo ob hanc rem totius Ciliciæ præfectura donatus eſt. Nihil hoc amplius inter viam barbari egerunt, Sardiſq; pervenerunt, ubi rex erat ex eo tempore quo, prœlio navali male geſto, Athenis illuc profugerat. ¶ Sardibus autem tunc agens, adamabat uxorem Maſiſtis, quæ & ipſa illic erat. ea quum potiri non poſſet, neque donis miſſitandis, neq; vi; quam afferre nolebat, fratris Maſiſtis reſpectu; (quæ res & mulierem retinebat, probe gnaram non ſe coactum iri vi) ibi Xerxes cæteris prohibitus, huc evaſit ut filio ſuo Dario in matrimonium daret filiam hujus mulieris, ac Maſiſtis: exiſtimans, ſi hoc feciſſet, commodius ſe illa potiturum. Contracto matrimonio, aliiſque ex conſuetudine celebratis, Suſa profectus eſt, eo poſtquam pervenit, & uxorem Dario domum duxit, ita demum ab uxoris Maſiſtis amore ceſſavit, [2] adamata ex familiaritate nurus Maſiſtæ filia, cui nomen erat Artayntæ. Qua quum CVIII potiretur, proceſſu temporis res pa-

1 Qui ita munere imperatorio functus eſſet: 2 Et permutatis *ſui amoris* vicibus, adamavit, atque adeo potitus eſt ea quæ Darii quidem uxor, Maſiſtæ autem erat filia.

tefacta est, hunc in modum: Amestris uxor Xerxis, amiculum quod ipsa texuerat, grande atque variegatum, & spectatu dignum, viro donavit. Quo ille delectatus atq; amictus, ad Artayntam se confert: atque ubi se oblectavit cum ea, jussit à se petere mulierem quæ optaret sibi fieri in remunerationem obsequii. omnia enim quæ peteret, impetraturam. Ad hoc illa respondens, (debebatur enim toti familiæ infortunium) Dabisne, inquit, mihi quicquid à te petiero? Xerxes, omnia alia potius eam petituram ratus, cum jurejurando promisit. Qui postquam juravit, mulier intrepide amiculum poposcit. Xerxes enimvero recusare, non ob aliud quam quod vereretur Amestrin, ne sic illa rem quæ agebatur, jampridem suspicata, deprehenderet: sed offerre ei & urbes, & immensam vim auri, & copias militum, quibus nemo præter illam esset imperaturus. Eximium autem donum est apud Persas, exercitu donari. Verum quum non posset persuadere mulieri, amiculum dedit. Quo dono illa supramodum læta, eo gestando gestiebat.

CIX Amestris ubi mulierem habere amiculum scivit, & rem gestam, non in puellam concepit odium, sed in illius matrem, penes quam culpam & quam hujus rei authorem esse credebat, exitium machinatur. Observato itaque tempore quo vir suus Xerxes regalem instrueret cœnam, quæ cœna semel quotannis eo die quo rex creatus est instruebatur: (cœnæ nomen Persice Tycta, Græce τέλειον, *id est, perfecta*: in qua rex solùm caput [1] ornatur, Persasq; strenis donat) hoc die observato Amestris à Xerxe petiit ut se Masistæ uxore donaret. Xerxes id indignum factu nefariumq; arbitrari, uxorem germani dono dari, eamq; insontem negocii illius cujus causa uxor sua eam flagitaret.

CX Tandem hujus precibus evictus, & instituto, quo nefas est regia cœna propolita orantem non exorare, invitus admodum annuit: tradensq; uxori, ac jubens facere quod liberet, germano ad se accersito, ita inquit, Masista, tu Darii filius es, idemq; mihi frater, præterea vir eximius: tamen cum ista muliere, cum qua contubernium habes, noli habere: in cujus locum dabo tibi filiam meam cum qua contubernium habeas. Istam autem quam in matrimonio habes (non enim mihi videtur habenda)

πυσα γίνεται τρόπῳ τοιῷδε· ἐξυφήνασα Ἀμηστρις ἡ Ξέρξεω γυνὴ φᾶρος μέγα τε καὶ ποικίλον καὶ ἡδέος ἄξιον, δίδοῖ Ξέρξῃ. ὁ δέ, ἡσθεὶς, περιβάλλεταί τε καὶ ἔρχεται πρὸς τὸν Ἀρταΰντεω. ἡσθεὶς δὲ καὶ ταύτῃ, ἐκέλευσε αὐτέῳ αἰτῆσαι ὅ, τι βούλεταί οἱ γενέσθαι ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ ἐοπουργημένων. πάντα γὰρ τεύξεσθαι αἰτήσασαν. τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε παντὶ οἰκίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα εἶπαι Ξέρξῃ, Δώσεις μοι τὸ ἄν σε αἰτήσω; ὁ δέ, πάν μᾶλλον δοκέων ἐκείνεω αἰτῆσαι, ὑπισχνέετο καὶ ὤμοσε. ἡ δέ, ὡς ὤμοσε, ἀδεῶς αἰτέει τὸ φᾶρος. Ξέρξης δέ, παντοίως ἐχόμενος, οὐ βουλόμενος δοῦναι· κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, φοβεόμενος δὲ Ἀμηστριν, μὴ καὶ πρὶν καταισθομένη τὰ γινόμενα, ἔτι ἐπιδρεσῇ πρήσσων. ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον, καὶ στρατὸν τῷ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξειν ἀλλ' ἢ ἐκείνη· (Περσικὸν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς οὗτος) ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε. διδοῖ τὸ φᾶρος. ἡ δέ, περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφορέετό τε καὶ ἠγάλλετο. Καὶ ἡ Ἀμηστρις πυνθάνεται μὲν ἔχουσαν. μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν, τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ ἔσχε ἔγκοτον· ἡ δέ, ἐλπίζουσα τὴν μητέρα αὐτῆς εἶναι αἰτίην, καὶ ταῦτα ἐκείνην πρήσσειν, τῇ Μασίστεω γυναικὶ ἐβάλλετο ὀλέθρου. φυλάξασα δὲ τὸν ἄνδρα τὸν ἑωυτῆς Ξέρξεω βασιλήιον δεῖπνον παρεσκευασμένον· τοῦτο δὲ τὸ δεῖπνον παρασκευάζεται ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεύς. οὐνομα δὲ τῷ δείπνῳ τούτῳ, Περσιστὶ μὲν, τυκτά· κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον. τότε καὶ τὴν κεφαλὴν [*] σμᾶται μοῦνον βασιλεύς, καὶ Πέρσῃσι δωρέεται. ταύτην δὴ τὴν ἡμέρην φυλάξασα ἡ Ἀμηστρις, χρῄζει τοῦ Ξέρξεω, δουλώσασα οἱ τὴν Μασίστεω γυναῖκα. ὁ δὲ δεινόν τε καὶ ἀνάρσιον ἐποιέετο, τοῦτο μὲν, ἀδελφεοῦ γυναῖκα παραδοῦναι, τοῦτο δὲ, ἀναιτίην ἐοῦσαν τοῦ πρήγματος τούτου. συνῆκε γὰρ τοῦ εἵνεκεν ἐδέετο. Τέλος μέντοι, ἐκείνης τε λιταρεούσης, καὶ ἅμα τοῦ νόμου ἐξεργόμενον, (ὅτι ἀτυχήσασα τῆς χρήζοντος, ἢ σφι δυνατὸν ἔῃ βασιλῆϊ δεῖπνον παρασκευάσαι) κάρτα δὴ ἀέκων καὶ ἀνιόμενος ἐνένευσε. καὶ παραδίδοῖ, ποιέει ὧδε· τὴν μὲν κελεύει ποιέειν τὰ βούλεται· ὁ δέ, μετατεμνόμενος τὸν ἀδελφεὸν, λέγει τάδε, Μασίστα, σὺ εἶς Δαρείου τοῦ παῖς, καὶ ἐμὸς ἀδελφεός· πρὸς δ' ἔτι τούτοισι, καὶ εἰς ἀνὴρ ἀγαθός· γυναικὶ δὲ ταύτῃ τῇ νῦν συνοικέεις, μὴ συνοίκεε· ἀλλά τοι αὐτὸς ἐγὼ δίδωμι θυγατέρα τὴν ἐμήν. καὶ ταύτῃ συνοίκεε· τὴν δὲ νῦν ἔχεις (ἐμοὶ γὰρ δοκέει ἐμοί)

1 *Diversam à nostra lectionem videtur esse sequutus.* * Minùs rectè hunc locum interpretatus est Valla, nam σμᾶσθαι est operosius quiddam, cum adhibito smegmate caput defricatur, quod semel tantum quotannis, idq; die solenni factum esse legimus. *Casaub. in Athenæum.*

μὴ ἔχε γυναῖκα. ὁ δὲ Μασίστης ἀπθωϋμάσας "τὰ λεγόμενα, λέγει τάδε, Ὦ δέσποτα, τίνα "μοι λόγον λέγεις ἄχρηστον, κελεύων μοι "γυναῖκα, ἐκ τῆς μοι παῖδες γενναίαι τε εἰσὶ "τρεῖς, καὶ θυγατέρες, τῶν καὶ σὺ μίαν τῷ "παιδὶ τῷ σεαυτοῦ ἠγάγεο γυναῖκα· αὕτη "τέ μοι κατὰ νόον τυγχάνει κάρτα ἐοῦσα· "ταύτην με κελεύεις μεθεῖναι, θυγατέρα "τε σεωυτοῦ γῆμαι; ἐγὼ δέ, βασιλεῦ, μεγάλα "μοι ποιεῦμαι, ἀξιούμενος θυγατρὸς τῆς "σῆς, ποιήσω μέντοι τοι τοιάδε. σὺ δὲ "μηδαμῶς βίῳ πρήγματος τοιοῦδε δέομαι. "ἀλλὰ τῇ τε σῇ θυγατρὶ ἀνὴρ ἄλλος φανή- "σεται ἐμοῦ ἐόν ἧσσων, ἐμέ τε ἔα γυναικὶ τῇ "ἐμῇ συνοικέειν. ὁ μὲν δὴ τοιούτοισι ἀμείβετο· "Ξέρξης δὲ θυμωθεὶς λέγει τάδε, Οὕτω δή "τοι Μασίστα πέπρηκται. ἔτι γὰρ ἄν τοι δοίην "θυγατέρα τὴν ἐμὴν γῆμαι, ἔτε σκαίνῃ ἔτι "πλεῦνα χρόνον συνοικήσεις· ὡς μάθῃς τὰ διδόμενα δέκεσθαι. ὁ μὲν, ὡς ταῦτα ἤκουσε, εἶ- "πας τοσόνδε, ἐχώρεε ἔξω, Δέσποτα, οὐ "δή κω με ἀπώλεσας. Ἐν τούτῳ τῷ Ξέρξης μέσῃ χειρὶ ἐν τῷ Ξέρξης τῷ ἀδελφεῷ διελέγετο, ἡ Ἀμηστρις μεταπεμψαμένη τοὺς δορυφόρους τοῦ Ξέρξεω, ἀκρωτηριάζεται τὴν γυναῖκα τὴν Μασίστεω· τοὺς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα, κυσὶ προέβαλε· καὶ ῥῖνα, καὶ ὦτα, καὶ χείλεα, καὶ γλῶσσαν ἐκταμοῦσα, ἐς οἰκὸν μιν ἀπιπέμπει ἀκρωτηριασμένην. Ὁ δὲ Μασίστης, ἐὼν κου ἀνηκόως τυγχάνων, ἐλπόμενός τι κακὸν εἴη, ἐπείπερ δόμῳ ἐς τὸν οἶκον· ἰδὼν δὲ διεφθαρμένην τὴν γυναῖκα, αὐτίκα μετὰ ταῦτα συμβουλευόμενος τοῖσι παισὶ, ἐπορεύετο ἐς Βακτρίους σύν τε τοῖσι ἑωυτοῦ υἱοῖσι, καὶ δή κου τισι καὶ ἄλλοισι, ὡς ἀπυστήσων νομὸν τὸν Βακτρίων, καὶ ποιήσων τὰ μέγιστα κακῶν βασιλέϊ. τάχιστα ἂν καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκέει, εἰ πρότερος ἔφθη ἀναβὰς ἐς τοὺς Βακτρίους, καὶ τοὺς Σάκας· καὶ γὰρ ἐστρατήγεε τε μιν, καὶ ἐν ὑπαρχοῦ τῶν 351 Βακτρίων. ἀλλὰ γὰρ Ξέρξης πυθόμενος ταῦτα ἐκεῖνον πρόσθεν ἔπεμψας ἐπ' αὐτὸν στρατιὴν ἐν τῇ ὁδῷ κατέκτεινεν αὐτόν τε ἐκεῖνον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου. κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξέρξεω, καὶ τὸν Μασίστεω θάνατον, τοσαῦτα ἐγένετο. Οἱ δὲ ἐκ Μυκάλης ὁρμηθέντες Ἕλληνες ἐπ' Ἕλλησποντίους, πρῶτον μὲν ἔσχον Λεκτὸν ὧρμεον, ὑπὸ ἀνέμων ἀπολαμφθέντες· ἐνθεῦτεν δὲ ἀπίκοντο ἐς Ἄβυδον, καὶ τὰς γεφύρας ἔδρεον ἁρμοσθείσας, τὰς ἐδόκεον διήσειν ἔτι ἐπεταμένας· καὶ τυγχάνων ἐκ πολλοῦ ἔνεκα ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἀπίκοντο. τοῖσι μὲν νυν ἀμφὶ Λευτυχίδεα Πελοποννησίοισι

missam facias. His verbis stupefactus Masistes, Domine, inquit, [1] quam tu mecum orationem habes importunam: qui uxorem, [2] ex qua liberi mihi sunt adolescentes, & filiæ, (quarum unam tu filio tuo duxisti uxorem) jubes me relinquere (quæ mihi est ex animi mei sententia) ut filiam tuam in matrimonio ducam? Equidem, rex, etsi magni facio me dignari conjugio filiæ tuæ, tamen nutrum istorum faciam. [3] tu vero, qui nequaquam necesse habes, noli ad hoc rei me cogere. alius non inferior me existet maritus filiæ tuæ: sine me meæ uxoris consuetudine frui. Hæc ille quum respondisset, percitus ira Xerxes, Atqui, inquit, [4] ita tecum, Masista, agetur, ut neq; jam tibi filiam meam nuptum dem, neq; tu consuetudine tuæ diutius fruaris: ut discas accipere oblata. Masistes his auditis, extra abiit, hactenus loquutus, Domine, nondum me interemisti. Hoc interim tempore dum Xerxes cum fratre colloquitur, Amestris accitis satellitibus Xerxis, uxorem Masistæ excarnificat, mamillas præcidit, easq; canibus abjicit: præcidit nares, aures, labra, linguam: atque ita excarnificatam remittit domum. Harum rerum quum nihil audisset Masistes, metuens tamen aliquid sibi esse mali, cursu se domum propripiebat. ubi vero mutilatam uxorem vidit, confestim inito cum liberis consilio, abiit Bactra cum illis & aliis quibusdam, tanquam provinciam Bactriam ad defectionem inducturus, & plurimum mali regi facturus. Quod & contigisset (ut mihi videtur) [5] si occupasset ad Bactrios & ad Sacas ascendere. etenim præses erat Bactriorum, à provincialibusque diligebatur. Sed hæc eum [6] perpetraturum Xerxes audiens, missis adversus hominem copiis, & ipsum & liberos & copias in itinere trucidavit. De amore Xerxis & nece Masistæ hæc hactenus. ¶ Græci à Mycale profecti Hellespontum versus, primum circa Lecton stationem habuerunt, à ventis intercepti. Inde solventes, Abydum tenuerunt: & quum pontes, quorum præcipue causa illuc ierant, credentes se adhuc eos intentos esse inventuros, reperissent solutos, deliberabant. Leutychidi & qui cum eo erant Lacedæmoniis,

CXI CXII CXIII

1 Quæ est ista futilis qua uteris apud me, oratio? *Q. d. Quorsum spectat?* 2 Ex qua tres mihi lib. 3 Tu vero ne mihi vim adferas, hanc à me rem contendens. 4 Ita res tuæ comparatæ sunt. *vel, Ita se res tuæ habent. vel (retinendo idem loquendi genus) Ita tecum actum est.* 5 *Id est, Si ad Bactrios & Sacas prius pervenire potuisset, quam rex de eo quod moliebatur, certior factus esset.* 6 Molientem, *vel, agitantem.*

videba-

videbatur in Græciam redeundum: Athenienſibus autem & eorum duci Xanthippo, illic manendum, ut Cherſoneſum tentarent. Itaq; Peloponnenſes quidem abiere: Athenienſes vero Abydo in Cherſoneſum trajicientes, Seſtum
CXIV obſidebant. Huc, poſtquam auditum eſt Græcos in Helleſponto adeſſe, tanquam ad omnium ejus tractus urbium validiſſimo muro præditam, convenere cum alii ex aliis circa oppidis, tum ex Cardia OEbazus, vir Perſa, qui arma è pontibus illuc comportaverat. Tenebant autem id oppidum indigenæ Æoles, junctis Perſis pariter & magna
CXV ſociorum frequentia. Tyrannidem illius provinciæ obtinebat Xerxis prætor Artayctes, vir ille quidem Perſa, ſed dirus tamen & facinoroſus, qui [1] Xerxem Athenas tendentem ex Eleunte circumvenit, petitis Proteſilai Iphiclo geniti pecuniis. Etenim eſt in Eleunte Cherſoneſi Proteſilai ſepulcrum & ei fanum circumjectum ubi inerat ingens vis pecuniæ, necnon phialæ aureæ argenteæq; & æs & veſtis, aliaq; donaria quæ Artayctes rege donante compilavit, his verbis eum circumveniens, Here, eſt hoc in loco domus viri Græci, qui cum militum copiis terram tuam adortus, meritas morte pœnas dedit: ejus mihi domum dato, ut diſcant alii non militare adverſus regionem tuam. Hæc dicendo [2] facile erat perſuadere Xerxi ut largiretur ſibi domum ejus viri de quo nihil ſuſpicabatur iſtum ea ſentire. Enimvero ſentiebat Artayctes Proteſilaum in provinciam regis militaſſe, quod videlicet Perſæ omnem Aſiam ſuam eſſe arbitrabantur, & ejus ſemper qui potitur regno. Hic, poſtquam pecuniis ab rege donatus eſt, eas ab Eleunte ad Seſton exportavit, fanumq; ſevit & coluit: & quoties Eleuntem pergebat, in adyto, *id eſt, in templi loco inacceſſo*, cum mulieribus concumbebat. Tunc autem ab Athenienſibus obſidebatur, nullis rebus præparatis quæ pertinerent ad tolerandam obſidionem, quam non expectaverat,
CXVI ex improviſo à Græcis invaſus. Illi, poſteaquam ſibi obſidentibus advenerat autumnus, gravari peregrinam à patria expeditionem, quoniam murum expugnare non poſſent. itaq; orare duces ſuos ut ſe illinc reducerent. Duces negare ſe prius id facturos quam aut mu-

ἔδοξε ἀπιπλέειν ἐς τὴν Ἑλλάδα. Ἀθηναίοισι δὲ, καὶ Ξανθίππῳ τῷ στρατηγῷ, αὐτοῦ καταμείνασι, πειρᾶσθαι τῆς Χερσονήσου. οἱ μὲν δὴ ἀπέπλεον. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐκ τῆς Ἀβύδου διαβάντες ἐς τὴν Χερσόνησον, Σηστὸν ἐπολιόρκεον. Ἐς δὲ τὴν Σηστὸν ταύτην, ὡς ἐόντα, " ἰσχυρότατα τείχεα τῶν ἰσχυ-
ταύτῃ, σωμῆλδεν, ὡς ἦκον παρεῖναι τὸς εθέλοντας
Ἕλληνας ἐς τ' Ἑλλήσποντον, ἔκ τε τῶν ἄλ-
λων τῶν Θρηικίδων, καὶ δὴ καὶ ἐκ Καρδίης πόλιος, Οἰόβαζος, ἀνὴρ Πέρσης, ὃς τὰ ἐκ τῶν γεφυρέων ὅπλα ἐνθεῦτεν ἦν κεκομικώς. ἔχον δὲ ταύτην ὑπηκόοι Αἰολέες, σωίσιν δὲ Πέρσαι τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων συχνὸς ὅμιλος. Ἐτυράννευε δὲ τότε τῆς νομῆς Ξέρξεω ὕπαρχος Ἀρταύκτης, ἀνὴρ μὲν Πέρσης, δεινὸς δὲ καὶ ἀτάσθαλος· ὃς καὶ βασιλῆα ἐλαυνόντα ἐπ' Ἀθήνας ἐξηπάτησε, τὰ Πρωτεσίλεω τοῦ Ἰφίκλου χρήματα ἐξ Ἐλεοῦντος ὑφελόμενος. ἐν γὰρ Ἐλεοῦντι τῆς Χερσονήσου ἔστι Πρωτεσίλεω τάφος τε, καὶ τέμενος ἐστὶ αὐτοῦ, ἔνθα ἦν χρήματα πολλὰ, καὶ φιάλαι χρύσεαι καὶ ἀργύρεαι, καὶ χαλκὸς, καὶ ἐσθὴς, καὶ ἄλλα ἀναθήματα, τὰ Ἀρταύκτης ἐσύλησε, βασιλῆος δόντος. λέγων δὲ " τοιάδε, Ξέρξεα διεβάλετο, Δέσποτα, ἔστι " οἶκος ἀνδρὸς Ἕλληνος ἐνθαῦτα, ὃς ἐπὶ " γῆν σὴν στρατὸν ἠλόμενος δίκης μισθὸν ἔλαβε· " ἀπέθανε· τάδε μοι δὸς τὸν οἶκον, ἵνα καί τις " μάθῃ ὅτι γῆν τὴν σὴν μὴ στρατοῦδε. ταῦτα λέγων, εὐπετέως ἔμελλε ἀνασπάσειν Ξέρξεα δώσειν ἀνδρὸς οἶκον, ὀδὲν ὑποτοπήσαντα τῶν ἐκείνου ἐφρόνεε. ὅτι γῆν δὲ τὴν βασιλῆος στρατὸν ἔλεγε, νέων τοιάδε· τ' Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι εἶναι τῶν Πέρσαι ἔτι, καὶ τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος· ἐπεὶ δὲ ἐδόθη τὰ χρήματα, ἐξ Ἐλεοῦντος ἐς Σηστὸν ἐξεφόρησε, καὶ τὸ τέμενος ἔσωσε, καὶ ἐνέμετο. αὐτός τε ὅκως ἀπίκοιτο ἐς Ἐλεάνταν, ἐν τῷ ἀδύτῳ γυναιξὶ ἐμίσγετο. τότε δὲ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων, ἔτι παρεσκευασμένος ἐς πολιορκίην, ἔτε προσδεχόμενος τὸς Ἕλληνας. ἀφίκτας δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον. Ἐπεὶ δὲ πολιορκεομένοισί σφι φθινόπωρον ἐγένετο, καὶ ἤσχαλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπό τε τῆς ἑωυτῶν ἀπεδημέοντες, καὶ οὐ δυνάμενοι ἑλεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρατηγῶν ὅκως ἀπαγάγοιεν σφέας ὀπίσω. οἱ δὲ ἐκ ἔφασαν, πρὶν ἢ

1 Xerxem Ath. tendentem circumvenit, ſubreptis ex Eleunte pecuniis Iphicli. 2 Facile domum illius viri à Xerxe impetraturus erat, de iis quæ ille cogitabat nihil ſuſpicato.

ἐξέλωσι, ἢ τὸ Ἀθηναίων κοινὸν σφέας μετα-
πέμψηται. ὕστερον δὴ ἔσεργον τοὺς παρεόντας. Οἱ
δ' ἐν τῷ τείχεϊ ἀμφὶ τὸν Ἀρταύκτεα ἐς πᾶν
ἤδη κακῶν ἀπηγμένοι ἔσαν ἔτεα, ὥστε τοὺς τό-
νους ἑψοντες τῶν κλινέων, ἐσιτέοντο. ἐπεί τε δ'
οὐδὲ τούτων ἔτι ἦν, ὕστω δὴ νυκτὸς νίκα οἴχον-
ται ἀποδεδράκοντες οἵ τε Πέρσαι, καὶ ὁ Ἀρταύκτης
καὶ ὁ Οἰόβαζος, ὄπισθε τοῦ τείχεος καταβάν-
τες, τῇ ἦν ἐρημότατον πολεμίων. ὡς δὲ ἡμέ-
ρη ἐγένετο, οἱ Χερσονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσή-
μηναν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός, καὶ τὰς πύ-
λας ἀνοίξαν. τῶν δὲ οἱ μὲν πλεῦνες ἐδίωκον,
οἱ δὲ τὴν πόλιν ἔσχον. Οἰόβαζον μὲν νυν ἀποφυ-
γόντα ἐς τὴν Θρηϊκην, Θρήϊκες Ἀψίνθιοι λα-
βόντες, ἐθνικῷ Πλειστόρῳ θηκτρείῳ θεῷ, τέ-
κνῳ τῷ σφετέρῳ τὸν δὴ μετ' ἐκεῖνον, ἄλλῳ
τρόπῳ ἐφόνευσε. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταύκτην,
ὕστερον ὁρμηθέντες φεύγειν, ὡς καὶ ἐλαμβάνοντο
ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμοῦ, ἀλεξό-
352 μενοι χρόνον ἐπὶ συχνόν, οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ
δὲ, ζῶντες ἐλήφθησαν. καὶ σωθῆσαι τοὺς σφέας
οἱ Ἕλληνες, ἦγον ἐς Σηστόν· μετὰ αὐτέων δὲ, καὶ
Ἀρταύκτην δεδεμένον, αὐτόν τε καὶ τὸν παῖδα
αὐτοῦ. Καί τῳ τῶν φυλασσόντων λέγεται
τῶν Χερσονησιωτέων ταριχεύειν ὀπτῶντι, τέρας
γενέσθαι τοιόνδε· οἱ ταριχευθὲν ὑπὸ τῷ πυρὶ κεί-
μενοι ἐπήλοντό τε καὶ ἔσαιρον, ὅκως περ ἰχ-
θύες νεαλῶς ἁλισμένοι. καὶ οἱ μὲν, θωϊχυδέες ἐθαύ-
μαζον. ὁ δὲ Ἀρταύκτης ὡς εἶδε τὸ τέρας, πα-
λέσας τὸν ὀπτῶντα τοὺς ταρίχους, ἔφη, Ξεῖνε Ἀ-
θηναῖε, μηδὲν φοβέο τὸ τέρας τοῦτο. οὐ γὰρ
σοὶ πέφηνε, ἀλλ' ἐμοὶ σημαίνει ὁ δεῖνα Ἑλεσωῶτι
Πρωτεσίλεως, ὅτι καὶ τεθνεὼς, καὶ ταρίχευτος ἐὼν,
δύναμιν παρὰ θεῶν ἔχει τοῦ ἀδικέοντα τινὰ
δίκην. νῦν ὦν ἄποινά οἱ τοῦδε ἐθέλω δοῦναι
ἀντὶ μὲν χρημάτων τῶν ἔλαβον ἐκ τοῦ
ἱροῦ, ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ θεῷ·
ἀντὶ δ' ἐμεωυτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς, ἀποδώσω τρι-
ηκόσια τάλαντα δι' ἐμεωυτοῦ Ἀθηναίοισι. ταῦτα
ὑποσχόμενος τὸν ἑωυτοῦ Ξάνθιππον
πείθειν. οἱ δὲ Ἐλεουσίοισι τῷ Πρωτεσι-
λάῳ τιμωρέοντες, ἔδεον τὸ μιν κατὰ χρηστήριον,
καὶ αὐτοῦ τοῦ ἑωυτοῦ ταύτη ὁ νόος ἔφερε. ἀνα-
γαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν ἐς τὴν Ξέρξης ἔζευξε
τὸν πόρον, (οἱ δὲ λέγουσι, ὅτι τὸν κολωνὸν τὸν
ὑπὲρ Μαδύτου πόλεος) παιδὰ περονήσαντες
καλώδιοισι, ἀνεκρέμασαν· τὸν δὲ παῖδα ἐν
ὀφθαλμοῖσι τοῦ Ἀρταύκτεω κατέλευσε. Ταῦ-
τα δὲ ποιήσαντες ἀπέπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα,

rum expugnassent, aut ipsos respublica Athenienſium accersisset: [1] adeo res illa eis cordi erat. At ii qui cum Artayctę CXVII intra muros erant, in omnem adducti calamitatem, adeo ut funibus lectorum elixis vescerentur, ubi jam ne hæc quidem habebant, ita sub noctem capessserunt fugam, cum alii Persæ, tum Artayctes & OEbazus, delapsi à posteriori murorum parte, quæ præcipue destituta ab hostibus erat. Postquam illuxit, Chersonitani è turribus rem indicavere Athenienſibus, portasq; patefecere. Athenienſium plerisque fugientes Persas persequentibus, alii urbem tenuere. OEbazum in CXVIII Thraciam fuga elapsum, Thraces Apsinthii exceptum, Plestoro indigenæ deo, ritu suo immolaverunt, cæterum ejus comites aliter interfecerunt. Artayctes autem cum suis inita posterius fuga, quum pauci essent, super Ægos fluenta circumventi, quum perdiu sese defensassent, partim occubuerunt, partim vivi sunt capti. Quos Græci alligatos Sestum duxerunt, interque eos Artayctem cum filio suo. Fertur CXIX à Chersonitanis uni eorum qui istos servabant, dum [2] carnem salsam torret, tale ostentum extitisse: Offa illa salsuræ prius impolita resiliit palpitavitque, quemadmodum pisces recens capti. Qua de re quum circumsisi admirarentur, Artayctes ostentum ut vidit, accito viro qui salsuram coquebat, Hospes, inquit, Athenienſis, non est quod istud metuas ostentum: quod non tua causa extitit, sed mea: Protesilao qui est apud Eleuntem, signum dante, qui mortuus ac sale conditus, habet à diis potestatem, [3] eum à quo injuriam excepit, vexandi. Nunc igitur [4] ei donaria restituere in animo habeo: pro pecuniis quidem quas è templo sustuli hujus dei, centum talenta pendam: pro mea vero ipsius salute ac filii, [5] ducenta. Hæc pollicens Xanthippum Athenienſium ducem non persuasit, tum sua sponte animatum, tum ab Eleuntiis exoratum, quo Protesilaum ulciscerentur, ut hominem interimeret. Itaq; adductum hunc in litus in quo Xerxes trajectum junxerat, (ut alii aiunt, in tumulum urbi Madyto imminentem) depactis humi asseribus suspenderunt, filio ejus ante patris oculos lapidibus obruto. His actis Athenienses in Græciam remeaverunt, CXX

---

1 Ita tandem illi præsentem rerum statum boni consulere cœperunt. 2 Pisces salitos torret, *ut alii interpret.* 3 De eo à quo injuriam acceperit, pœnas sumendi. 4 Hæc redemptionis præmia ei tribuere volo: 5 Ducenta Athenienſibus, si servatus fuero.

portan-

portantes tum alias pecunias, tum vero arma pontium, tanquam apud templa repoliturī. Nec aliud præterea quippiam gestum est per eum
CXXI annum. Hujus autem Artayctæ, qui suspensus est, avus paternus fuit Artembares, qui orationem quandam habuit apud Persas, quam exeipientes Persæ, ad Cyrum detulerunt in hæc verba, Quandoquidem Persis Jupiter principatum dedit, & ex viris tibi Cyre, Astyage dejecto, agrestium demigrantes ex hac regione, quam exiguam habemus & asperam, obtineamus meliorem aliam. Multæ sunt nobis confines urbes, multæ longinquæ: quarum unam incolentes, efficiemur admirabiliores apud plerosque. Decet autem hoc eos viros facere [1] qui possunt. nam quando facultas nobis præstabitur melior quam dum multorum hominum imperium habemus, & universæ Asiæ? Hac oratione audita, Cyrus haudquaquam admiratus, jussit eos illud facere: sed ita ut jubendo admoneret, se posthac præpararent non ad imperandum aliis amplius, sed aliis parendum. natura enim comparatum esse ut è mollibus regionibus molles viri existant, neve ex eadem terra admirandæ fruges & egregii bello viri gignantur. Hac Cyri sententia Persæ superati, à sua destiterunt: præoptaruntq; exile solum incolentes, imperare aliis, quam campestre colentes, aliis servire.

τά τε ἄλλα χρήματα ἄγοντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ὅπλα τῶν γεφυρέων, ὡς ἀναθησοντες ἐς ἱερά· καὶ κω τὸ ἔτος τοῦτο, οὐδὲν ἔτι πλέον τυτέων ἐφύετο. Τούτου δὲ τοῦ Ἀρταΰκτεω τοῦ ἀναχρεμασθέντος περιήκων Ἀρτεμβάρης ἐστὶ, ὁ Πέρσησι ἐξηγησάμενος λόγον, τὸν ἐκεῖνοι ὑπολαβόντες, Κύρῳ προσήνεικαν, λέγοντα τάδε, Ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσησι ἡγεμονίην διδοῖ, ἀνδρῶν δὲ σοὶ Κῦρε, καταλών Ἀστυάγεα, φέρε, χρὴ γὰρ ἐκτήμεθα ὀλίγην, καὶ ταύτην τρηχέην, μεταναστάντας ἐκ ταύτης ἄλλην ἔχωμεν ἀμείνω· εἰσὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀστυγείτονες, πολλαὶ δὲ καὶ ἑκαστέρω τῆς μέσης κέουσι πλέοσι ἐόντες ἡμέων θωυμαστότεροι. εἰκὸς δὲ ἄρχοντας ἄνδρας τοιούτους ποιέεσθαι. κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον, ἢ ὅτε γε ἀνθρώπων τε πολλῶν ἄρχομεν, πάσης τε τῆς Ἀσίης; Κῦρος δὲ ταῦτα ἀκούσας, καὶ οὐ θωυμάσας τὸν λόγον, ἐκέλευε ποιέειν ταῦτα. ὥστε δὲ αὐτοῖσι παρήνεε κελεύων σφᾶς σκυτοδαψέειν καὶ ἐκέτι ἄρξοντας, ἀλλ' ἀρξομένους. φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς γίνεσθαι. οὐ γάρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι, καρπόν τε θωυμαστὸν φύειν, καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. ὥσε συγγνόντες Πέρσαι οἰχοντο ἀποστάντες, ἐνωθέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κῦρον. ἄρχειν τε εἵλοντο, λυπρὴν οἰκέοντες, μᾶλλον ἢ πεδιάδα σπείροντες, ἄλλοισι δουλεύειν.

1 Imperium obtinent. *Vel, Imperio pollent.*

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙ-ΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ τῆς τοῦ Ὁμήρου γενέσεως καὶ βιοτῆς.

EJUSDEM HERODOTI HALICARNASSEI DE GENERE vitaque Homeri libellus.

G. I. LECTORI.

Quum operæ Marnii noſtri jam ad hunc libellum perveniſſent, poſcerentque porro exemplum, commodum in mentem venit, me olim dum Heidelbergæ vivebam apud patronum meum V. ampliſſ. Georg. Mich. Lingelsheimium, ipſo mihi hæc ocia faciente, illam περὶ Ὁμήρου ἐξήγησιν ad ms. Palatinum comparaſſe, cum forte ea aliorum auctorum ſcriptis uno libro eſſet juncta. An quid boni tamen nec quod in faba ſe reperiſſe pueri clamitare ſolent inde eruiſſem, mehercle jam oblitus eram, ut qui inter ſcidas meas jacere excerpta illa neglexiſſem, nec inſpexiſſem amplius. Jamjam itaque daturus typothetis noſtris exemplum, quo operam ſuam continuare pergerent, viſo etiam, H. Stephanum nihil ſcriptæ lectionis variantis, ſicut fecerat in præcedenti novenarum ſororum choro, iſti libello adſcripſiſſe, forte quod hîc eum ms. deficeret, parvi monenti animo, & vix inventa illa excerpta ms. Palatini, perluſtrare cœpi. Quid multis? παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλ' ὀρθῶς. & διαφόρως γεγραὰς vulgatis, niſi fallor, fere meliores. verbulo etiam interdum auctior ms. immo toto verſu locum cap. IX egregie ſuppleus, quem cui ſuboluit defectum? minutiora alia, ſed rectiora tamen. Et nulla invidia, credo, ſi nos etiam in minutis iſtis, quod verum & rectum, maximorum Criticorum exemplo, invenire labor habet, inveniſſeque juvat. Qui aliter ſentiunt, iis non ideo tamen κλαίειν λέγομεν, uti Dario Indathyrſus. Cæterum in contextu, ſicut eum H. Stephanus edidit, nihil mutavimus: ſed eadem religione, qua in prioribus libris, & hic verſari mihi fuit decretiſſimum. Iſta vero excerpta omnia præpoſitis ſiglis ΞΞ in oram contextus Græci ſuis locis ſpectanda appoſuimus ſingula. Tu ideo te Bibliothecæ Palatinæ debere ſcias, mi lector.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς περὶ Ὁμήρου γενέσεως καὶ ἡλικίης καὶ βιοτῆς τάδε ἱστόρησε, ζητήσας ἐπεξελθεῖν εἰς τὸ ἀκριβέστατον. ἐπεὶ γὰρ ἡ πάλαι Αἰολιῶτις Κύμη ἐκτίζετο, συνῆλθον ἐν ταὐτῷ πανταχόθεν ἔθνεα Ἑλληνικά, καὶ δὴ καὶ ἐκ Μαγνησίας, ἄλλοί τέ τινες, καὶ Μελάνωπος ὁ Ἰθαγένεος τοῦ Κρίθωνος, οὐ πολύφορτος, ἀλλὰ βραχέα τοῦ βίου ἔχων. οὗτος ἔγημε τὴν Κύμης τῆς Δηναιέως Ὀμυρήτην, καὶ αὐτῇ γίνεται ἐκ γαμετῆς θῆλυ τέκνον, ᾧ οὔνομα τίθενται Κριθηΐς. καὶ αὐτὸς μὲν ὁ Μελάνωπος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐτελεύτησαν τὸν βίον· τὴν δὲ θυγατέρα ἐπιτρέπει ἀνδρὶ ᾧ ἐχρῆτο μάλιστα, Κλεάνακτι τῷ Ἀργείῳ.

HERODOTUS Halicarnaſſeus [1] de genere, vita atq; adeo ætate Homeri ſtudens quam veriſſima referre, hæc tradidit. Quum vetuſta illa Æolum civitas Cuma primum conderetur, eodem cum aliæ permultæ omniſq; generis gentes convenæ confluxerunt, tum è Magneſia illuc pleriq; commigrarunt: inter quos fuit Melanopus Ithagene Crithonis filio genitus, [2] homo fortunæ non perinde amplæ, at tamen expeditæ. Hic Melanopus Omyretis Cumani filiam duxit uxorem, procreavitque è legitimo toro fœmineam prolem, cui nomen indidit Critheidem. At ipſe Melanopus una cum uxore vita functus eſt, commiſſa interim filia Cleanactis Argivi tutelæ, quo familiariſſime uti conſueverat.

1 De Homeri natalibus, ætate & vita, hæc memoriæ prodidit: quæ exactiſſime ad veritatem perſequi eſt conatus. 2 Non cum multis ſarcinis illuc ſe conferens, ſed tenues fortunas habens.

Porro

II Porro tempore interjecto accidit forte ut puella ista è furtivo concubitu prægnans deprehenderetur: [1] id quod paulisper suppressum quum Cleanax resciviſſet, vehementer rei indignitate commotus, Critheidem seorsum ad se accersitam acerbe objurgavit, commemorans quæ futura esset apud populares infamia. Postremo hujusmodi quippiam *quo illam excuteret*, comminiscitur: Cumani jam tum in Hermei sinus recessu ædificabant. Civitati autem quæ condebatur, nomen imposuit Smyrnam Theseus, ab uxoris nomine, cujus memoriam relinquere volebat. Hic Theseus è primariis Thessalorum fuit, qui Cumam condiderant, ab Eumelo Admeti filio oriundus, vitæ facultatibus apprime instructus. Clam exportatam huc Critheidem Cleanax Ismeniæ Bœotio commisit, ex iis qui coloniam illuc duxerant, in primis sibi amico.

III Progressu deinde temporis, Critheis cum aliis mulierculis ad festum quoddam egressa, juxta fluvium Meletem, quum partui jam vicina esset, Homerum peperit, non cæcum, sed videntem: nominavitq; eum Melesiginem, à fluvio videlicet prope quem editus esset. Quum autem apud Ismeniam Critheis antea diversata esset, ab eo digressa, manuaria industria se filiumq; alebat, aliunde alia sumens opera: unde filium quoq; quantum potuit,

IV honestis disciplinis erudivit. Erat autem eo tempore Smyrnæ quidam nomine Phemius, qui juventuti illic literas musicenq; tradebat: hic [2] quum citra uxorem viveret, Critheidem conduxit quæ lanam illi exerceret quam à discipulis in mercedem acceperat [3] Illa vero industria multa atq; elegantia freta, Phemio cœpit impense placere: adeo ut tandem Phemius eam verbis ad conjugium solicitaret, referens cum alia quibus ei fidem facere confidebat, tum præcipue, quod Melesigenem in filium adoptaturus, liberaliterque simul aliturus institutursque esset. Siquidem hunc cernebat jam miram quandam & ingenii & indolis spem de se polliceri. Persuasa igitur Critheis, Phemio assentitur. Melesigenes cum naturæ bonitate præstans, tum

V cura accedente institutioneque, continuo omnes sui ordinis adolescentes facile

Χρόνῳ ὕ περιόντι Θ., συμβῆ τὴν παῖδα μιγεῖσαν ἀνδρὶ λαθραίως, ἐν γαστρὶ σχεῖν. τὸ μὲν οὖν πρῶτα ἐλάνθανεν. ἐπεὶ δ ἤσθετο ὁ Κλεάναξ, ἤχθετο τῇ συμφορᾷ, καὶ καλέσαμενος τὴν Κριθηίδα χωρὶς πάντων, ἐν ἀγορᾷ μεγάλῃ εἶχεν, ὅπλεγόμενος τὴν αἰσχύνην τὴν πρὸς τοὺς πολίτας, προβαλόμενος ἃ ἦν αὐτῇ περὶ αὐτῆς τάδε. ἔτυχον οἱ Κυμαῖοι κτίζοντες τὸ Ἑρμείου κόλπου τὸν μυχόν· κτίζομένοις δ τὴν πόλιν Σμύρναν ἔθετο τὸ ὄνομα Θησεύς, μνημεῖον ἐθέλων καταλιπεῖν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐπώνυμον. ἦν γὰρ αὐτῇ τοὔνομα Σμύρνη. ὁ δ Θησεὺς ἦν τῶν τὴν Κύμην κτισάντων ἐν τοῖς πρώτοις Θεσσαλῶν, ἀπὸ Εὐμήλου τοῦ Ἀδμήτου καθ᾽ ἕλκων τὸ βίου. ἐνταῦθα ὑπεκτίθεται ὁ Κλεάναξ τὴν Κριθηίδα πρὸς Ἰσμηνίλαν τὸν Βοιώτιον τῶν ἀποίκων λελογχότα, ὃς ἔτυχεν αὐτῷ ἐὼν ἑταῖρος. τριφύλιστα. Χρόνῳ ὕ περιόντι Θ. ἐξελθοῦσα ἡ Κριθηὶς μετ᾽ ἄλλων γυναικῶν πρός τινα ἑορτὴν ἐπὶ τὸν ποταμὸν καλούμενον Μέλητα, ἤδη ἐπίτοκος ἦσα, τίκτει τὸν Ὅμηρον, οὐ τυφλόν· ἀλλὰ διόρατον. καὶ τίθεται ὄνομα τῷ παιδὶ Μελησιγένεα, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὴν ἐπωνυμίαν λαβοῦσα. τέως μὲν οὖν ἡ Κριθηὶς ἐν τοῖς Ἰσμηνίου τοῦ Ἰσμηνίου περιόντος ὕ τοῦ χρόνου ἐξῆλθε, καὶ ἀπ᾽ ἐργασίης χειρῶν ὠρμημένη ἔτρεφε τὸ παιδίον καὶ ἑαυτήν, ἄλλοτε παρ᾽ ἄλλων ἔργα λαμβάνουσα· καὶ ἐπαίδευσε τὸ παῖδα ἀφ᾽ ὧν ἐδυνάτο. Ἦν δέ τις ἐν Σμύρνῃ τοῦτον τὸν χρόνον Φήμιος τοὔνομα, παῖδας γράμματα καὶ τὰ ἄλλα μουσικὴν διδάσκων πάρος. ὅτε μισθοῦται τὴν Κριθηίδα, ὧν μονότροπος, ἐργασαμένην αὐτῷ ἔργά τινα ἃ ἔδει τὴν παίδων εἰς μισθὸς ἐλάμβανεν. ἡ δὲ παρ᾽ αὐτῷ εἰργάζετο, πολλῷ κόσμῳ καὶ σωφροσύνῃ πολλῇ χρωμένη, καὶ τῷ Φήμιῳ κάρτα ἤρεσκετο. τέλος δὲ προσηύξατο αὐτῇ λόγους, πείθων ἑωυτῷ συνοικεῖν, ἄλλα τε πολλὰ λέγων οἷς μιν ᾤετο προσάξεσθαι, καὶ ἔτι περὶ τοῦ παιδός, ὡς ποιήμενος καὶ ὅτι τεθραμμένος καὶ παιδευθεὶς παρ᾽ αὐτοῦ, ἄξιος λόγου ἔσται (ἐώρα γὰρ τὸν παῖδα ὄντα συνετὸν καὶ κάρτα εὐφυέα) ἔστ᾽ ἀνέπεισεν αὐτὴ ποιεῖν ταῦτα. Ὁ παῖς ὕ ἦν τὰ φύσιν ἔχων ἀγαθὴν, ὑπομελίης τε καὶ παιδεύσιος προσγινομένης, αὐτίκα πολλὸν τῶν πάντων

356

---

1 Quod initio quidem celatum fuit: sed quum Cleanax resc. 2 Quum vitam solitariam degeret. 3 Illa igitur opus apud eum faciebat, modeste & caste se gerens. quo nomine Phemio tantoperè placebat ut eam ad nubendum sibi sollicitaret, cum alia quibus se id illi persuasurum sperabat, tum se filium ejus adoptaturum, eumque ita educaturum & instituturum ut in virum egregium evaderet. polliceus. Siquidem hunc cern.

ὑπῆρξε. χρόνῳ ὦν ὕστερον μυθολογέουσι ἀνδρὶ μούσῃ, ἐόντι τὸ Φημίῳ ὑποδεέστερον. ἐν δὲ τῇ διδασκαλίῃ. καὶ ὥστε ὁ Φήμιος ἐτελεύτησε τὸν βίον, καταλιπὼν πάντα τῷ παιδί. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ Κρεώφυλος ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ Μελησιγένης ἐπὶ τῇ διδασκαλίῃ καθεζόμενος, μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐωρᾶτο· καὶ αὐτὸν θωύμασαι καθεζόμενοι οἵ τε ἐγχώριοι καὶ τῶν ξένων οἱ ἐσαπικνεόμενοι. ἐμπόριον γὰρ ἐν Σμύρνη, καὶ οὕτως ἐξήνετο πολὺς αὐτόθι ἐκ τῆς ὑπερκειμένης χώρης, δαψιλέως καρπὸς ἐσαγόμενος ἐς αὐτήν. οἱ οὖν ξένοι, ὁκόταν παύσοιντο τῶν ἔργων, ἀπεχόλαζον ὧδε τῷ Μελησιγένεϊ ἐγκαθιζόντες. Ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τότε καὶ Μέντης ναύκληρος ἀπὸ τῶν ὧδε Λευκάδα τόπων καταπεπλευκὼς ἔχων οἶνον, ἔχων ναῦν, πεπαρεσκευάσμενός τε ἀνὴρ ὡς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ καὶ πολυΐστωρ· ὃς μὲν ἔπεισε τὸν Μελησιγένεα μεθ' ἑωυτοῦ πλεῖν καταλύσαντα τὴν διδασκαλίαν, μισθόν τε λαμβάνοντα, καὶ τὰ δέοντα πάντα, καὶ ὅτι τὰ χ· ὅπως χώρας καὶ πόλιας θεησάμενος ἄξιον εἴη αὐτῷ ἔως νέος ἐστί. καὶ μὲν οἴομαι μᾶλλόν τι τούτοισι πειθήσασθαι· ἴσας γὰρ καὶ τῇ ποιήσει τότε ἐπιοίη ὑπηνήσεως. καταλύσας δὲ τὴν διδασκαλίαν, ἐναυτίλλετο μετὰ τοῦ Μέντεω. καὶ ὅπου ἐκάστοτε ἀφίκοιτο, πάντα τὰ ὑπερώϊα διεωρᾶτο, καὶ ἱστορέων ἐπιθυμέετο. εἰκὸς δέ μιν καὶ μνημόσυνα πάντων γεγράφειν. Ἀναχθεὶς δὲ ἐκ Τυρσηνίης καὶ τῆς Ἰβηρίης, ἀπικνέεται εἰς Ἰθάκην· καὶ τῷ Μελησιγένεϊ σιωπῇ, νοσήσαντι τὸν ὀφθαλμὸν, καρτερὰ δεινῶς ἔχειν, καὶ αὐτὸν, θεραπείης εἵνεκα πλεῖν μέλλοντα εἰς τὴν Λευκάδα, καταλιπεῖν ὁ Μέντης ὧδε ἀνδρὶ φίλῳ ἑωυτοῦ ἐς τὰ μάλιστα Μέντορι τῷ Ἀλκίμου Ἰθακησίῳ, πολλὰ δεηθεὶς ὅπως ἐπανάπλωσιν ἔχειν· ὃς ἐπαναπλώσας ὦν, ἀναλήψεως αὐτόν. ὁ δὲ Μέντωρ ἐνοσπόλευσεν αὐτὸν ἐκτενέως. καὶ γὰρ τῷ βίῳ ἀρκεόντως εἶχε, καὶ ἦκεν εὖ ἐς δικαιοσύνην τε καὶ φιλοξενίην μακρῷ μάλιστα τῶν ἐν Ἰθάκῃ ἀνδρῶν. ἐνταῦθα σιωπῇ τῷ Μελησιγένεϊ ὧδε περὶ Ὀδυσσέος ἐξιστορήσαι πυθέσθαι. οἱ μὲν δὴ Ἰθακήσιοι λέγουσι τότε μὲν παρ' ἑωυτοῖς τυφλωθῆναι· ὡς δὲ ἐγὼ φημι, τότε μὲν ὑγιῆ γενέσθαι, ὕστερον δὲ ὃν

ὅπ. ἐξις. καὶ

ὅπ. ὀπμαλείην

ὅπ. ἐνοσπόλευεν

præverrit: atque non ita multo post eruditionis auctibus crescens, nihilo ipso Phemio [1] in disciplinis factus inferior. Et quum Phemius vita functus universa ei legasset, paulo post Critheis quoque fato concedit. Melesigenes itaque ludo præfectus, suique jam juris effectus, in magna fuit hominum admiratione, non apud suos modo, verum apud peregrinos etiam, qui frequentes illuc, mercatus gratia, conveniebant. Erat enim Smyrna emporium celebre, unde frumenta è vicinis agris abunde convecta exportabantur. Peregrini igitur quum ab opere cessarent, Melesigeni libenter vacabant. Commodum inter VI hos Mentes fuit navicularius, qui è finibus Leucadis solvens, navem meritoriam comparaverat, qua frumenta Smyrna deveheret, vir, quantum illa ferebant tempora, & eruditus, & multarum rerum usu exercitatus. Hic Melesigeni persuasit ut relicto ludo secum navigaret, accepturus & mercedem & quæ ad profectionem essent necessaria. [2] Ad hæc Melesigenes, quandiu juvenis esset, civitates regionesq; spectare operæ pretium fore ducebat sibi, qui conscribendæ poeseos jam argumentum in animo concepisset: qua nimirum occasione potissimum eum arbitror pellectum. Proinde relicto ludo cum Mente navigavit Melesigenes: & quocunque locorum appellebat, studiose universa rimans, contemplabatur siquid esset loci alicujus peculiare memoratu dignum: [3] adeo ut appareat commentarios eum profectionis suæ descripsisse, eorumque quæ quoque loco lustrando didicerit. Porro quum ex Hispania Thusciaque VII delati in Ithacam deveherentur, contigit Melesigenem oculis jam ante parum valentem, extreme laborare: ita ut Mentes, negociorum gratia in Leucadem trajecturus, eum apud Mentorem Alcimi filium Ithacensum reliquerit, hominem sibi vehementer amicum: multis precibus adigens eundem quo Melesigenis curam haberet tantisper dum è Leucade reverteretur ipse. Mentor vero ægrotantem Melesigenem seduso curavit, vir nimirum facultatibus pollens: quique ob egregiam æquitatem hospitalitatemque inter cæteros Ithacenses maxime prædicaretur. Atque hic accidit ut de Ulysse multa Melesigenes percontando cognosceret. Narrantque ipsi Ithacenses, tum visum eum amisisse ibidem: atqui ego affirmare non dubitem, jam tum eundem convaluisse, ut postea apud

1 In docendo *pueros* erat inferior. 2 Addens etiam, decere eum, dum juvenis esset, regiones & urbes visere. Atque his potissimum adductum eum fuisse arbitror. fortassis enim poesin aggredi jam tum cogitabat. Proinde r. 3 Verisimile est autem eum illarum omnium rerum commentarios confecisse. Porro q.

Colophonem prorsus cæcum factum fuisse. id quod ipsi quoq; Colophonii
VIII mecum fatentur. At vero Mentes è Leucade Ithacam reversus, Melisigenem recepit, [1] cum quo jam inde diu ultro citroque navigavit, donec Colophonem appellenti eveniret ut in veterem morbum recideret. quem quum effugere non daretur, visu putatur privatus fuisse. E Colophone autem jam cæcus Smyrnam remeans, ad poemata
IX conscribenda animum convertit. Tempore deinde interjecto, quum Smyrnæ victu necessariisque destitueretur, constituit Cumam proficisci: commodumq; Hermi prata transiens, ad eum locum pervenit qui appellatur Novus murus, Cumanorum coloniam. qui locus post Cumam habitatus fuit annis octo. Hic memoratur primum Melesigenes apud coriarii officinam consistens, hujusmodi quædam carmina recitasse,

Hospitium præbete viro profugoq; vagoq;
Urbem qui celsam Cumen, Eriopida prolem,
Radicem incolitis Sardenes alticomantis,
Divini potatis aquam qui fluminis Hermi,
Vorticibus torti, pater est cui Jupiter ipse.

Sardena autem, cujus hic commeminit, mons est ad Hermum fluvium Novumque murum situs. At coriario illi nomen erat Tychio, cui continuo auditis versibus visum est hominem recipiendum. commiseratione enim motus est quum videret oculis tam misere mulctatum: justitq; præsentibus secum frui. Melesigenes ingressus sutrinam, præsentibus etiam aliis, poesin suam ostendit, Amphiarai in Thebas expeditionem, atq; hymnos in deos à se scriptos. [2] Et quum inter fabulandum crebras sententias in medium, multamq; eruditionem afferret, in magna habitus est ab
X auscultantibus admiratione. Atq; jam tum apud Novum murum agens è poesi victus subsidia habebat. Ostenditurque ad nostra usque tempora ibidem locus ubi Melesigenes sedens carmina sua exhibuerit. qui locus in magna illic habetur veneratione ab incolis, memoraturque populus arbor ab Homeri
XI adventu in eodem loco enata. Porro egestate postea adactus, quum vix alimenta haberet, statuit in animo Cumam ad feliciorem successum reverti. Iturusq;

Κολοφῶνι τυφλωθῆναι. συμφορᾷ δὲ μοι
καὶ Κολοφώνιοι τοῦτο. Ὁ δὲ Μέντης, ἀνα-
πλέων ἐκ τῆς Λευκάδος περισχὼν εἰς τὴν
Ἰθάκην, καὶ ἀνέλαβε τὸν Μελησιγένη· χρό-
νον τε δὴ συχνὸν συμπεριέπλευσαν αὐτῷ· ἀπο-
κομιδῇ δὲ ἐς Κολοφῶνα σωθεὶς πάλιν νοσή-
σαντα τὰς ὀφθαλμὰς, μὴ δύνασθαι ἀφαφυγεῖν
τὸν νόσον, ἀλλὰ τυφλωθῆναι ἐνταῦθα. ἐκ
δὲ τῆς Κολοφῶνος τυφλὸς ἐὼν ἀπενέσταν
εἰς τὴν Σμύρναν, καὶ ὅτως ἐπεχείρει τῇ
ποιήσει. Χρόνῳ δὲ περιόντος ἐν τῇ Σμύρ-
νῃ ἀπορουμένου ἐὼν τοῦ βίου, διενοήθη ἀπιέναι ἐς
Κύμην· πορευόμενος δὲ διὰ τοῦ Ἕρμου πε-
δίου, ἀπικνέεται ἐς Νέον τεῖχος, ἀπικόμην
Κυμαίων. οἰκίδιόν δὲ τοῦτο τὸ χωρίον ὕστερον
Κύμης ἔτεσιν ὀκτώ. ἐνταῦθα λέγεται αὐτὸν
ὑποσταθέντα δὴ σκυτεῖόν τι, εἰπεῖν πρῶτα τὰ
ἔπεα τάδε,

Αἰδεῖσθε ξείνων κεχρημένον ἠδὲ δόμοιο,
Οἳ πόλιν ἀμφείνεμθε Κύμαιον Ἐριώπιδα
κούρην
Ναίετε, Σαρδιανῆς πόδα νείατον ὑψικόμοιο·
Ἀμβρόσιον πίνοντες ὕδωρ θεῖο ποταμοῖο
Ἕρμου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.
ἡ δὲ Σαρδιανὴ, ὅσσος ὅδε κατύπερθε μάλιστα τοῦ
τε Ἕρμου ποταμοῦ καὶ τοῦ Νέου τείχους. τοῦ
δὲ σκυτεῖ ὄνομα ἦν Τύχιος· ἀκούσαντα δὲ
τῶν ἐπέων ἔδοξεν αὐτῷ δέξασθαι τὸν ἄν- 357
θρωπον. πλέονα γὰρ ἀλγέοντα τυφλόν. τὸν μὲν οἰκτείρον-
καὶ μεθέξειν ἔφη τῶν παρεόντων. ὁ δὲ τα τυφλὸν,
ἐσῆλθε. κατήμενος δὲ ἐν τῷ σκυτείῳ, καὶ ἐπήλθε-
παρεόντων καὶ ἄλλων, τήν τε πύησιν σιν ἐσήγα-
αὐτοῖς ἐπεδείκνυτο, Ἀμφιάρεώ τε τὴν τε αὐτὴ εἰς
ἐξέλασίαν τὴν ἐς Θήβας, καὶ τοὺς ὕμνους μεθέξ.
τοὺς ἐς θεοὺς ποιημένους αὐτῷ· καὶ ὅσα
τῶν λεγομένων ὑπὸ τῶν παρεόντων ἐς
τὸ μέσον γνώμας ἀποφαινόμενος, θαύ-
ματος ἄξιος ἐφαίνετο εἶναι τοῖς ἀκού-
ουσι. Τέως μὲν οὖν κατεῖχεν ὁ Μελησι-
γένης περὶ τὸ Νέον τεῖχος, ἀπὸ τῆς
ποιήσιός γε τοῦ βίου τὴν μηχανὴν ἔχων.
ἐξεῖκυον δὲ οἱ Νεοτειχεῖς μάχεσθαι ἐπ'
ἐμοῦ τὸν χῶρον ἐν ᾧ κατίζων τῶν ἐπέ-
ων τὴν ὑπόδεξιν ἐποιέετο. καὶ κάρτα
ἐσέβοντο τὸν τόπον· ἐν ᾧ καὶ ἄγγειρος
ἐπέφυκει, ἣν ἐκεῖνοι ἔφασαν, ἐφ' οὗ ὁ Μέ-
λησιγένης ἥλθεν, αὐτοῖς πεφυκέναι. Χρόνῳ
δὲ περιόντος, ἀπόρως κειμένου, καὶ μόλις τὴν
τροφὴν ἔχων, ἐπενοήθη εἰς τὴν Κύμην ἀπικό-
σθαι, ὅτι βέλτιον πράξει. μέλλων δὲ πορεύεσθαι, τοῦτο

1 Eumque diu variæ navigationis socium habuit, 2 Et quum sententiam suam proferret de iis quæ in medium proponebantur ab illis qui aderant, admiratione dignus ab audientibus judicabatur.

τοῦτο

πάδε τὰ ἔπεα λέγει,

Αἶψα πόδες με φέρσιεν ἐς αἰδοίων πόλιν ἀνδρῶν·

Τῶν γὰρ ἡ θυμὸς πρόφρων ἠ μῆτις ἀρίστη.

ἀπὸ δὴ τοῦ Νέου τείχεος πορεύομενος, ἀπίκετο εἰς τὴν Κύμην, διὰ Λαρίσης τὴν πορείαν ποιησάμενος. ἰδὼν γὰρ ἄτην αὐτὸν δυπορώτατον. καὶ, ὡς Κυμαῖοι λέγουσι, τῷ Φρυγίης βασιλῆϊ Μίδῃ τῷ Γορδίεω, δεηθέντων πενθερῶν αὐτοῦ, " ποιεῖ καὶ ὅδε ἐπίγραμμα τόδε, τὸ ἔτι καὶ νῦν ὀπὶ τῆς στήλης τοῦ μνήματος τοῦ Γορδίεω ὑπογέγραπται,

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδεω δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι·

Ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,

Ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,

Καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα,

Αὐτοῦ τῆδε μένουσα " πολυκλαύτῳ ὑπὲρ τύμβῳ

Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδης ὅτι τῆδε τέθαπται.

Καπίζων δὲ ἐν ταῖς λέσχαις τῶν γερόντων ἐν τῇ Κύμῃ ὁ Μελησιγένης τὰ ἔπεα τὰ πεποιημένα αὐτῷ ἐπεδείκνυτο, καὶ ἐν τοῖς λόγοις ἔτερπε τοὺς ἀκροωμένους· καὶ αὐτὸν θαύματος καθίστη. γνοὺς δὲ ὅτι ἀποδέκονται αὐτοῦ τὴν ποίησιν οἱ Κυμαῖοι, καὶ εἰς σωφροσύνην ἔλκων τοὺς ἀκροωμένους, λόγους πρὸς αὐτοὺς τοιούσδε προσφέρεται, λέγων ὡς εἰ θέλοιεν αὐτὸν δημοσίῃ τρέφειν, ὑπισχνέεται αὐτοῖς τὴν πόλιν ποιήσειν. τοῖς δὲ ἀκούσασι, βουλομένοις τε ἦν ταῦτα, καὶ αὐτοὶ παρῄνεον ἐλπίδα ὅτι τὴν βουλὴν δεηθῆναι τῆς βουλευτέων· καὶ αὐτοὶ ἔφασαν συμπρήξειν. ὁ δὲ ἐπείθετο αὐτοῖς, καὶ βουλῆς συλλεγομένης ἐλθὼν ὅτι τὸ βουλεῖον, ἐδέετο τοῦ ὅτι τῇ τιμῇ ταύτῃ καθίσωσι, ἀπαγαγεῖν " αὐτὸν ὅτι τὴν βουλήν. ὁ δὲ ὑποδεξάμενός τε, καὶ, ἐπεὶ καιρὸς ἦν, ἀπήγαγε. καλέσας δὲ ὁ Μελησιγένης ἔλεξε περὶ τῆς τροφῆς τὸν λόγον ὃν καὶ ἐν ταῖς λέσχαις ἔλεγε. ὡς δὲ εἶπεν, ἐξελθὼν ἐκάθητο. Οἱ δὲ βουλεύοντο, τι χρεὼν εἴη ἀπαρείναντος αὐτοῦ. προθυμεομένου δὲ τοῦ ἀπάγοντος αὐτὸν, καὶ ἄλλων ὅστις τῶν βουλευτέων ἐν ταῖς λέσχαις ἐπήκοος ἐγένοντο, τῶν βουλευτέων ἕνα λέγεται σιαγονιωθῆναι τῇ χρήμῃ αὐτοῦ, ἄλλά τε πολλὰ λέγοντα, καὶ ὡς εἰ τοὺς ὁμήρους δοξει τρέφειν αὐτοῖς, ὄμιλον πολλόν τε καὶ ἀχρεῖον ἕξουσιν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὄνομα Ὁμήρου ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγένει

hæc pronunciavit carmina,

Vos me hominum rapide plantæ portetis in urbem,
Quorum animus promptus, pollent qui mente ſagaci.

Proficiſcens igitur Cumam è Novo muro, per Lariſſam iter fecit, utpote compendioſiſſimum. Ubi, ut Cumani narrant, flagitante ſocero, epigramma hoc ſcripſit Midæ Phrygum regi Gordii filio, id quod etiam nunc in Gordii cippo inſcriptum viſitur,

Ænea ſum virgo, Midæ quæ incumbo ſepulcro.
Dum fluit unda levis, ſublimis naſcitur arbor,
Dum ſol exoriens & ſplendida luna relucet,
Dum flumina labuntur, inundant litora fluctus,
Hic conſtanter ago, lacrymaſq; in marmore tinctis
Fixa, Midam moneo tumulatum hic ſtare viator.

Reverſus autem Cumam, in ſenum paſſim conventiculis carmina ſua quæ fecerat oſtentabat, colloquiique ſuavitate auſcultantes in ſui admirationem facile pertrahebat. Intelligens igitur Cumanos poeſin ſuam recipere, pergit eoſdem conſuetudine ſua oblectare, ac poſtremo hujuſmodi condicionem proponere, ſi publice eum alere vellent, ſe civitatem Cumanorum celeberrimam redditurum. Qui præſentes hæc audiebant, inſtitutum probabant: addentes ſe quoque adjuturos, ſi petitionem ſuam ad ſenatum referret, ut votis ſuis fieret ſatis. Meleſigenes his verbis erectus, collecto ſenatu in curiam proceſſit: rogatoque eo cujus id muneris erat, ut in ſenatum duceretur, ille nihil recuſans, ubi opportunum videbatur. hominem deduxit. Hîc conſiſtens Meleſigenes, eadem verba habuit in ſenatu quæ paulo ante in illis conventiculis de alimentis præſtandis propoſuerat. Ubi dixiſſet egreſſus pro curia ſedebat. Dum autem ſenatores agitarent quidnam par eſſet homini reſpondere, viſumq; eſſet cum ei qui deduxerat, tum aliis omnibus quotquot in conventiculis Meleſigenem audierant, petitionem admittendam: unus tantum è ſenatoribus

XII

XIII

refertur Meleſigenis poſtulatis calculo ſuo repugnaſſe, interq; alia multa, hæc quoq; commemoraſſe: quod ſi ſemel ὁμήρους, *hoc eſt*, cæcos, alendos ſuſciperent, futurum eſſet ut continuo turbam & multam & inutilem haberent. Atq; hic primũ Homeri nomen Meleſigeni inditũ eſt,

à cæ-

à cæcitatis videlicet calamitate. nam Cumani cæcos ὁμήρους appellant. Jamq; inde, qui prius Meletigenes, nomen obtinuit Homeri. Breviter hæc sententia evicit, perque prætorem fuit approbata, qua contendebatur non
XIV alendum Homerum. Hæc quum illi nunciaretur, vehementer commotus, his versibus calamitatem suam deplorabat,

Hei mihi quam fatum dat Jupiter almus iniquum.
Infanti mihi lac venerandæ ex ubere matris
Prabuit, Æolicæ Smyrnæ, quam martia quondam
Gens Phriconitis, certamine fortis equestri,
Condidit ad pelagus, præterlabente Melete.
Ducta Jovis proles mecum hinc digressa volebat
Carminibus celebrare urbem quam nomine dicunt
Cumam, quosque viros intra sua mœnia claudit.
Illi audire sacræ spreverunt carmina vocis,
Sed quicunque mihi cladem exitiumque paravit,
Non impune feret læva quod mente volutat.
At mihi quam dederint nascenti numina sortem,
Ægro animo quamvis, certum est perferre patique.
Sed jam per sacræ vestigia ponere Cumæ
Compita non suadit mihi mens, potiusq; remota
Inq; peregrina sedem mihi quærere terra.

XV Cuma deinde abiens ad Phocæam contendit, imprecans interim Cumanis nequis unquam insignis poeta in illa regione existeret qui Cumanos celebraret. Apud Phocæam autem eodem modo sibi victum paravit, in conventiculis videlicet passim carmina sua ostentans. Erat autem eo tempore apud illam Thestorides quidam, qui pueros illic literas docebat, homo fidei parum probatæ. Hic animadversa Homeri poesi, hujusmodi verbis Homerum compellavit, paratum se inquiens & ministrare ei, & victum suppeditare, si carmina quæ meditatus esset, describere pateretur, & alia subinde faciens,
XVI ad se deferret. Homerus, jam ministerii alicujus atq; adeo necessariorum indigens, recipiendam hanc conditionem putavit: commoratusq; apud Thestoridem, minorem illam fecit Iliadem,

ἀπὸ τ̃ συμφορ̃ς· οἱ γὰρ Κυμαῖοι τὸς τυφλὸς ὁμήρους λέγουσιν· ὥστε πρότερον ὀνομαζομένου αὐτ̃ Μελησιγενέος, τοῦτο ἡνίκα τὸ ὄνομα Ὁμήρου· καὶ οἱ ξένοι διλώσεγκαν, ὅτε μισθοῦ αὐτ̃ ἐποιοῦντο. ἐτελεύτα δ' οὖν ὁ λόγος τῷ ἄρχοντι μὴ τρέφειν τ̀ Ὅμηρον, ἔδοξε δέ πως τῇ ἄλλῃ βουλῇ. ἐπελθὼν ὁ διδάσκαλος καὶ παρεζόμενος αὐτῷ διηγήσατο τὸς ἀναπιωθέντας λόγους τῇ χρήμῃ αὐτ̃, καὶ τὰ δόξαντα τῇ βουλῇ. Ὁ δ', ὡς ἤκουσεν, εὐσυμφόρητέ τε καὶ λέγει τὰ ἔπεα τάδε,

Οἵη μ' ἄρτι δῶκε πατὴρ Ζεὺς ὠρμαι 358
ἡνίκα δὴ,
Νήπιον αἰδοίης ἔτι γέγαασι μαζοὺς ἀτάλλων,
Ἦν ποτ' ἐπούρωσαν βουλῇ Διὸς αἰγιόχοιο
Λαοὶ Φρικώνος, μάργων ὀπαδήτορες ἵππων·
Ὁπλότεροι μαλερο῀ πυρὸς κείνοιο τέκνα
Ἄρηος
Αἰολίδα Σμύρνην ἁλιγείτονα πολυιανάκτων·
Ἦν τε δι' ἀγλαὸν εἶσιν ὕδωρ ἱερο῀ Μέλητος,
Ἔνθεν ἀπορνύμεναι κύδεαι Διὸς, ἀγλαὰ τέκνα,
Ἡθελέτην κλῆσαι δῖαν χθόνα καὶ πόλιν ἀνδρῶν.
Οἱ δ' ἀπὸ νηνεμίην ἱερὴν ὄπα, φημὶ ἀοιδήν.
Ἀφραδίην τ̃ μοί τι παθὼν τις φράσσεται αὐδὴς,
Ὅς σφιν ὀνειδείσειν ἐμὸν διεμήσατο πότμον.
Κῆρα δ' ἐγὼ τὴν μοι θεὸς ὤπασε γεινομένῳ περ,
Τλήσομαι ἀκαχόντων φέρων τετληότι θυμῷ.
Οὐδέ τι μοι φίλα γοῦα μολεῖν ἱερὰς ὑπ' ἀγυιὰς
Κύμης ὁρμαίνουσι, μέγας δέ με θυμὸς ἐπείγει
Δῆμον ἐς ἀλλοδαπὸν ἰέναι ὀλίγον περ ἐόντα.

Μετὰ τοῦτο ἀπαλλάσσεται ὁ τ̃ς Κύμης ἐς Φωκαίην, Κυμαίοις ἐσαρησάμενος μηδένα ποιητὴν δόκιμον ὑπ τῇ χώρᾳ γενέσθαι ὅστις Κυμαίους ἐπαγλαϊεῖ. ἀπικόμενος δ ἐς Φωκαίην, τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐβιότευσεν, ἔπεα ὑποδεικνύμενος ὑπ ταῖς λέσχαις κατίζων. ὑπ δ τῇ Φωκαίῃ τοῦτον τὸν χρόνον Θεστορίδης τις ἰδίῳ γράμματα διδάσκων τὸς παῖδας, ἀνὴρ οὐ χρήσιμος· καταγνόντας δ τοῦ Ὁμήρου τῷ πίσυνον, λόγους ποιέσθαι αὐτῷ προσιόντας, φὰς ἑτοίμως ἐπιθεραπεύειν καὶ τρέφειν αὐτὸν ἀναλαβὼν, εἰ ἐθέλοι ἄγειν παρὰ σφᾶς, καὶ ἄλλα ποιῶν, πρὸς ἑωυτ̃ ἀναφέρειν αἰεί. Τῷ δ Ὁμήρῳ ἀκούσαντι, ἔδοξε ποιητέα εἶναι ταῦτα· ἐνδεὴς γὰρ ἦν τ̃ ἀναγκαίων καὶ θεραπείης. διατελέοντι δ τῷ τῶν ᾠδῶν τ̃ Θεστορίδῃ, ποιεῖ Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω, ἀ-

ἧς ἡ ἀρχὴ,
Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐύπωλον,
πολλὰ πολλὸν ἔπαθον Ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος.

cujus initium est,
Trojam & Dardaniam canto, quæ mater equorum,
Quæ Danais Mavorte satis male plurima vexit.

καὶ τὴν καλεομένην Φωκαΐδα, ἣν φασιν οἱ Φωκαεῖς Ὁμήρου παρ' αὐτοῖσι ποιῆσαι. ἐπεὶ δὲ τήν τε Φωκαΐδα καὶ τἄλλα πάντα ὡσαύτως τοῦ Ὁμήρου ὁ Θεσπιείδης ἐγεγάφατο, διενοήθη ἐκ τῆς Φωκαίης ἀπαλλάσσεσθαι, τὴν ποίησιν θέλων τοῦ Ὁμήρου ἐξιδιώσασθαι· καὶ ἐκ ἔτι ὁμοίως ἦν δημοτελείης εἶχε τὸν Ὅμηρον. ὁ δὲ λέγει αὐτῷ τὰ ἔπεα τάδε,

Phocaidem quoq; quam vocant, Phocenses apud se conditam ab Homero asserunt. Jam vero Thestorides, ubi Phocaidem atq; alia pleraq; ab Homero communicata descripsisset, constituit è Phocæa discedere, Homerique poesin pro sua venditare. Unde factum ut quum Homeri non perinde curam haberet, ille ad Thestoridem hujusmodi sit usus disticho,

Θεσπιείδης, θνητοῖσιν ἀνωΐστων πολέων περ,
Οὐδὲν ἀφραστότερον πέλεται νόος ἀνθρώποισιν.

[1] *Thestoride, ex multis, mortalibus abdita quæ sunt,*
Mens habet in primis cæcos humana recessus.

ὁ μὲν δὴ Θεσπιείδης ἐκ τῆς Φωκαίης ἀπαλλάξας ἐς τὴν Χίον, καὶ τὴν διδασκαλίην κατεσκευάσατο· καὶ τὰ ἔπεα ἐπιδεικνύμενος ὡς ἑωυτοῦ ἐόντα, ἔπαινόν τε πολλὸν εἶχε καὶ ὠφελεῖτο· ὁ δὲ Ὅμηρος πάλιν τὸν αὐτὸν τρόπον διηιτᾶτο ἐν τῇ Φωκαίῃ, ἀπὸ τῆς ποιήσιος τὴν βιοτὴν ἔχων. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ μετεπέμψαντο ἄνδρες Χῖοι ἐμπειροι ἀπικόμενοι ἐς τὴν Φωκαίην· ἀκούσαντες δὲ τῶν ἐπέων τοῦ Ὁμήρου τὰ πρότερον ἀκηκόεσαν πολλαχοῦ ἐν τῇ Χίῳ τοῦ Θεσπιείδεω, ἐξήγγελλον ὅτι ἐν τῇ Χίῳ τὰς ἐπιδεικνύμενος τὰ ἔπεα ταῦτα γεγραμμάτων διδάσκαλος, κάρτα πολλὸν ἔχει. ὁ δὲ Ὅμηρος κατενόησεν ὅτι Θεσπιείδης ἂν εἴη, καὶ παντὶ θυμῷ ἐσπεύδαζεν εἰς τὴν Χίον ἀπικέσθαι. καταβὰς δὲ ὅτι τὴν λιμένα, ἐς μὲν τὴν Χίον οὐ κατελαμβάνει εὑρὼν πλοῖον πλέον, ἐς δὲ τὴν Ἐρυθρηίαν τινὲς ὅτι ξύλα παρεσκευάζοντο πλεῖν. καλῶς δὲ εἶχε τῷ Ὁμήρῳ δι' Ἐρυθρηίης τὸν πλοῦν ποιήσασθαι. καὶ περιελθὼν ἔχρηζε ὡσαύτως τῶν ναυτέων δέξασθαι αὐτὸν σύμπλοον, πολλά τε προσαγαγὼν λέγων οἷς σφέας ἔμελλε πείσειν. τοῖς δὲ ἔδοξε δέξασθαι αὐτόν· καὶ ἐκέλευον ἐσβαίνειν ἐς τὸ πλοῖον. ὁ δὲ Ὅμηρος πολλὰ ἐπαινέσας ἰθύνειν, ἐσέβη· καὶ ἐπεὶ ἕζετο, λέγει τὰ ἔπεα τάδε,

Κλῦθι Ποσειδάων μεγαλοδενὲς ἐννοσίγαιε,
Εὐρυχόρῳ μεδέων ἠδὲ ξανθῇ Ἑλικῶνι.
Δός δ' ἔσον καλὸν καὶ ἀπήμονα νόστον ἰδέσθαι
Ναύτῃσι, οἵ νηὸς πομποὶ ἠδ' ἀρχοὶ ἔασι.
Δός δ' ἐς ὑπώρειαν ὑψιχρήμνοιο Μίμαντος
Αἰδοῖόν μ' ἐλθόντα βροτῶν ὁσίων γε κομῆσαι.

cujus initium est,
Trojam & Dardaniam canto, quæ mater equorum,
Quæ Danais Mavorte satis male plurima vexit.
Phocaidem quoq; quam vocant, Phocenses apud se conditam ab Homero asserunt. Jam vero Thestorides, ubi Phocaidem atq; alia pleraq; ab Homero communicata descripsisset, constituit è Phocæa discedere, Homerique poesin pro sua venditare. Unde factum ut quum Homeri non perinde curam haberet, ille ad Thestoridem hujusmodi sit usus disticho,
[1] *Thestoride, ex multis, mortalibus abdita quæ sunt,*
Mens habet in primis cæcos humana recessus.
Thestorides igitur relicta Phocæa in Chium concessit: ubi erecto ludo, carmina illa pro suis evulgans, egregiam simul laudem sibi paravit & fructum haudquaquam vulgarem. Porro Homerus suo eodemq; more vivere pergebat apud Phocenses, nimirum è poeti victum habens. Tempore deinde non XVII
ita multo post, viri aliquot è Chio eruditi, audientes eadem carmina quæ jam sæpius in Chio à Thestoride pro suis recitari audierant, indicabant in Chio hæc ipsa à quodam ludimagistro pro suis cum magno fructu ostentari. Homerus intelligens continuo Thestoridem esse, magno studio properabat in Chium transmittere. Et quum portum adiisset, neq; offendisset navem qua trajiceret, essent autem qui pro lignis devehendis in Erythræam solvere pararent, belle convenire videbatur si per Erythræam iter faceret. Accedens igitur nautas, flagitavit ut comitem se navigationis reciperent, multis blandisque usus verbis, quibus quod poscret persuaderet. Nautæ admittentes hominis preces, jusserunt navem eum conscendere. Quo impetrato Homerus considens in navi, his versibus nautis bene precatur,
Audi qui pelagus valido Neptune tridenti
Imperioq, regis, spatiosaq; culta Heliconis:
Da precor his nautis reditum, ventosq; secundos,
Qui mihi sunt comites placidi, navisq; magistri:
At mihi da misero sacram contingere terram,
Aerius qua parte Mimas ad sidera surgit,
Inde hominis justi me fac succedere tectis,

[1] Legendo Θεσπιείδη, &c.

Ulci-

Vlciſcique virum qui me improbitate fefellit,
Laſit & hoſpitii ſacra jura Jovemq; benignum.

XVIII Ubi vero ſecundo vento Erythream appuliſſent, Homerus in navi diverſatus eſt. poſtero autem die nautas rogavit ut aliquem præberent qui ad urbem eum perduceret. Illi obſequuti, ducem itineris unum è ſuis permiſerunt, Quumque iam pergendo ad Erythræam appropinquaſſet, deprehendiſſetque urbem aſperam atque montoſam, in hæc prorupit carmina,

O ſacra multorum largitrix terra bonorum,
Quàm tu plana aliis & parte æqualis ab omni,
Aſpera contra aliis, in quos converteris iram.

Ingreſſus deinde Erythræorum urbem, percontatur de navi. Et quum forte quidam occurriſſet ſalutaturus, qui eum in Phocæa vidiſſet, ab hoc contendit ut ſecum diſpiceret ſicubi navis appareret

XIX qua in Chium tranſmitteret. Atque quum in portu navalibuſque nullum reperiretur trajectitium navigium, ille Homerum ad eum locum ducit ubi piſcatoriæ naviculæ ſtationem habebant. Et forte fortuna incidit in quoſdam qui in Chium erant trajecturi. Hos adiens precatus eſt ut Homerum tranſportarent. Verum illi nullis precibus permoti, non recepto Homero ſolverunt. Homerus autem hæc cecinit carmina,

Inſidi nautæ, gens diris triſtior ipſis,
Sæva quibus veluti mergis dant æquora victum,
Si vobis nulla eſt hominum reverentia cordi,
At ſperate Iovem, ſummo qui regnat Olympo.
Triſtis enim vultus Iovis eſt, pœnæque paratæ,
His quibus hoſpitii non eſt pia teſſera curæ.

At vero in altum jam provictis contigit ut adverſo vento rapti, eodem unde ſolverant recurrerent, ubi etiamdum Homerum in litoris crepidine conſidentem offenderunt. qui cognito navis recurſu, hunc in modum eos alloquitur, *Vos, ô peregrini, ventus adverſus excepit; ſed me nunc quoque admittite, & ſecunda vobis navigatio erit.* Piſcatores autem, pœnitentia ducti quod prius hominem non receperant, compellato eodem, jubent conſcendere, ſi velit, navem. Recepto Homero rurſus vela faciunt: quumque exacto itinere litus appuliſſent, piſcatores ad ſua quiſque opera digreſſi. Homerum in litore ea nocte relinquunt;

Φῶτά τε τισαίμιν ὅς ἐμὴν νόον ἤπερ ὀπύσας,
Ὠδύσατο Ζῆνα ξένιον ξενίην τε τραπέζην.

Ἐπεὶ δ' ἀπίκοντο δύπλοήσαντες ἐς τὴν Ἐρυθραίην, τότε Ὅμηρος τὴν αὐλὴν ὅτι τῷ πλοίῳ ἐποιήσατο· τῇ δ' ὑστεραίῃ ἔχρηζε τῶν ναυτέων τινὰ ἡγήσασθαι αὐτῷ ἐς τὴν πόλιν. οἱ δ' συνέπεμψαν ἕνα αὐτῷ. προδύμου δ' Ὅμηρος ἐπεὶ ἔτυχε τῆς Ἐρυθραίης, τραχείης καὶ ὀρεινῆς ἐούσης, φθέγγεται τάδε τὰ ἔπεα,

Πότνια γῆ, πάνδωρε, δότειρα μελίφρονος ὄλβου,
Ὡς ἄρα δὴ τοῖς μοι φωτοῖς εὐοχθος ἐτύχθης,
Τοῖσι δ' δύσβωλος καὶ τρηχεῖ οἷς ἐχολώθης.

ἀπικόμενος δ' ἐς τὴν πόλιν τῶν Ἐρυθραίων ἐπηρώτησε τοὺς ἐς τὴν Χίον πλοῦ καί τινος προσελθόντος αὐτῷ τὴν εὐρακότων ἐν τῇ Φωκαίῃ, καὶ ἀπασαμένου, ἔχρηζεν αὐτοῦ συνεξευρεῖν αὐτῷ πλοῖον, ὅπως ἂν εἰς τὴν Χίον ἀφίκηται. Ἐκ μὲν δὴ τοῦ λιμένος εὐδὲν ἦν ἀπόπλουν, ἄγει δ' αὐτὸν ἔνθα τῶν ἁλιέων τὰ πλοῖα ὁρμίζεται. καί πως συντυγχάνει μέλλουσι τισὶ ἀφαπλεῖν ἐς τὴν Χίον, ὧν ἐδέετο προσελθὼν ὁ ἄγων αὐτὸν ἀναλαβεῖν τὸν Ὅμηρον. οἱ δ', οὐδένα λόγον ποιησάμενοι, ἀνήγοντο· ὁ δ' Ὅμηρος φθέγγεται τάδε τοῖς ἔπεα,

Νωῦται πυντοπόροι συγερῇ ἐναλίγκιοι ἄτῃ,
Πτωχοῖσιν αἰθυίῃσι βίον δύζηλον ἔχοντες,
Αἰδεῖσθε ξενίοιο Διὸς σέβας ὑψιμέδοντος.
Δεινοὶ γὰρ μέτοπις ξενίου Διὸς, ὅς κ' ἀλίτηται.

ἀναχθεῖσι δ' αὐτοῖς συμβὰν, σφαντίον ἀνέμου ῥιπισθέν, παλινδρομῆσαι, καὶ ἐς τὸ χωρίον ἀναδραμεῖν ὅθεν ἀνηγάγοντο, καὶ τὸν Ὅμηρον ἀναλαβεῖν καθήμενον ὅπου τὰ κυμάτων. μαθόντες δ' αὐτὸν πεπαλινδρομηκότας, ἔλεξε τάδε· "δέ, Ὑμᾶς ὦ ξένοι ἔλαβεν ὁ ἄνεμος ἀντίος "ῥιπίσας· ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν με δέξασθε, καὶ ὁ πλοῦς ὑμῖν ἔσται. οἱ δ' ἁλιεῖς, ἐν μεταμελείᾳ μεταμελείᾳ ῥιπίσαντες ὅτι οὐ πρότερον ἐδέξαντο, εἰπόντες ὅτι οὐ καταλιμπάνουσιν ἣν ἐθέλοι συμπλεῖν, ἐκέλευον ἐσβαίνειν· καὶ ὕστας ἀναλαβόντες αὐτὸν ἀνήχθησαν, καὶ ἴσχυσιν ἐπ' ἀκτῆ. Οἱ μὲν δὴ ἁλιεῖς πρὸς ἔργον ἐτράποντο· ὁ δ' Ὅμηρος τὴν νύκτα ὅπου τοῦ ἀγιαλοῦ κατέμεινε· τὴν δ'

τῷ ὃ ἡμέραν πορδύμῳ, ϗ πλανώμενος, ἀπίκετο εἰς τὸ χωρίον ὁ Πίτυς καλέεται. καὶ ταῦτα αὐτῷ ἀναπαυομένῳ τῷ νύκτα, ἔπιπίπει καρπὸς τῆς πίτυος, ὃν δὴ μετεξέτεροι στρόβιλον, οἱ δὲ κῶνον καλέουσιν. ὁ δὲ Ὅμηρος φθέγγεται τὰ ἔπεα τάδε,

Ἄλλη τίς σε πόθεν ἀμείνονα καρπὸν ἴησιν
Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπίδακι μητέρος ὀσσης,
Ἔνθα σίδηρος Ἄρηος ὀπιχθονίοισι βροτοῖσιν
Ἔσσεται οὔτ' ἄν μιν Κεβρήνιοι ἄνδρες ἔχωσι.

τὰ δὲ Κεβρήνια τῆσδε τῆς χθονὸς κτίζειν οἱ Κυμαῖοι παρεσκευάζοντο τότε. ἱδρώς γίνεται αὐτόθι σίδηρος. Ἐντεῦθεν ἀναστὰς Ὅμηρος ἐπορεύετο κατὰ φῶλά τινα αἰγῶν νεμομένων. ὡς δὲ ὑλάκτεον αὐτὸν οἱ κύνες, ἀνέκραγε. ὁ δὲ Γλαῦκος ὡς ἤκουσε τῆς φωνῆς, ἦν γὰρ τοῦτο ὄνομα τῷ νέμοντι τὰς αἶγας) ἐπέδραμε σταλέως, τάς τε κύνας ἀνεκαλεῖτο, ϗ ἀπεσίβησεν ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου. ἐπὶ πολλὸν δὲ χρόνον ἐν δεύματι ἦν, ὅκως τυφλὸς ὢν, μὴ ἀπίκοιτο ἐς τοιούτους χώρους, ϗ ὅ, τι θέλων· προελθών τε μιν ἱστόρεεν ὅστις τε ἦν, ϗ τίνι τρόπῳ ἀπίκοιτο ἐς τόπους ἀοικήτους καὶ ἀγριβέα χωρία, ϗ τίνος κεχρημένος εἴη. ὁ δὲ Ὅμηρος, αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ πάθην καταλεγόμενος, εἰς οἶκον τὸν ἑωυτοῦ προηγάγετο. ἦν γάρ, ὡς ἔοικεν, οὐδ' ἀγνώμων ὁ Γλαῦκος. ἀναλαβὼν δὲ αὐτὸν ἀπήγαγε ἐπὶ τὸν σταθμόν· πῦρ δὲ ἀνακαύσας δεῖπνον παρεσκεύαζε, ϗ παρῆσαν, δεῖπνον ἐκέλευε ὁ Γλαῦκος. Τῶν δὲ κυνῶν μὴ ἐθιόντων ϗ ὑλακτέοντων δεῖπνα, καὶ τότε εἰώθεσαν, λέγει πρὸς τὸν Γλαῦκον Ὅμηρος τὰ ἔπεα τάδε,

Γλαῦκε πέπον, θᾶσσον τὸ ἔπος ἐπὶ φρεσὶ θήσω·
Πρῶτον μὲν καὶ δεῖπνον ἐπ' ἀλλήλοισι δύρησι
Δοῦναι. ὡς γὰρ ἄμεινον· ὃ γὰρ ϗ πρῶτον ἀκούει
Ἀνδρὸς ἐπερχομένου, ϗ ἐς ἔρκεα θηρὸς ἰόντος.

ταῦτα ἀκούσας ὁ Γλαῦκος, ἤδη τῇ παραινέσει, ϗ ἐν δεύματι εἶχεν αὐτόν. δειπνήσαντες δὲ, ἅμα λόγων εἰσιῶντο. ἀπηγεομένου δὲ Ὁμήρου τήν τε πλάνην τὴν ἑωυτοῦ ϗ τὰς πόλεις ἃς ἐσαπίκοιτο, ἔκπληκτος ἦν ὁ Γλαῦκος ἀκούων.

Ubi diluxit, itineri ſe accingens oberranſque, ad eum locum pervenit qui appellatur Pinus: illicque quieſcenti noctu pini fructus eſt illapſus, quem aliqui στρόβιλον, alii κῶνον appellant. Homerus autem hos cecinit verſus,

Funduntur fructus alia magis arbore dulces,
Quam fovet umbroſis felix in collibus Ida:
Hinc ferrum veniet Martis validaque ſecures
His ubi conſiſtet campis Cebrenia pubes.

Eo enim tempore Cumani Cebrenia ad Idam montem ædificare parabant, unde ferrum effoditur. Cæterum illinc abiens XXI
Homerus, vocem caprarum quæ ibidem forte, paſcebantur, ſequutus, in canes incidit paſtorales: qui quum ferocius eum adorirentur, vociferabatur. Quod audiens Glaucus (id enim erat caprario nomen) accurrit feſtinanter, compellatoſque canes, ab Homero excuſſit. Atque ubi diu multumque admiratus fuiſſet, quod nimirum cæcus exiſtens eo locorum perveniſſet, tandem accedens rogabat quiſnam eſſet & cujus rei indigens, quibusque modis ad inhabitata illa vaſtaque loca divertiſſet. Homerus, omnem ſuam calamitatem commemorans, ad commiſerationem Glaucum pertraxit. [1] ſiquidem homo erat (vt apparet) cordatus. Excipiens igitur Homerum, ad ſuum deduxit tugurium, incenſoque igne cœnam inſtruxit: qua appoſita juſſit cœnare ſecum hoſpitem. At vero quum canes à cibo abſtinentes XXII
non ceſſarent ſuo more cœnitantem adlatrare, Homerus Glaucum his verſibus alloquitur,

Glauce precor, paucis me audi, pareque monenti:
Præ foribus ſtabuli canibus ſua ferculæ primum
Fac tradas: nam ſic melius. cuſtodibus illis,
Nec fera nec fures venient ad ſepta doloſi.

Hæc audiens Glaucus, lætatus eſt admonitione illa, habuitque in magna hominem admiratione. Cœnati autem, ultro citroque habitis ſermonibus, mutuis quoque colloquiis oblectabantur. Nam quum Homerus errores ſuos, civitateſque quas adiiſſet, commemoraret, Glaucus hæc audiens, præ admiratione ſtupebat:

1 Nec enim inhumanus (ut conjicere licet) erat Glaucus. *vel, Non inhumanum enim fuiſſe Glaucum veriſimile eſt.*

erat-

eratque jam tum cubandi tempus, &
XXIII quieti se dabant. Postero die Glaucus
cogitavit ad herum suum proficisci, animo hæc de Homero indicandi. Proinde
commissis socio capris pascendis, Homerum intra tecta reliquit, promittens se
quamfestinantissime iturum. Descendens
autem ad Bolissum (id erat vicino huic
loco nomen) herumque suum adiens,
narravit de Homero quemadmodum res
se habebat: quod nimirum pro miraculo adventum hominis duceret: demum
rogat quid facere conveniat. Herus parum delectatus hoc nuncio, cœpit cum
Glauco expostulare, qui quoslibet citra
delectum errones mutilosque reciperet
aleretque: tamen præcepit ut hospitem
XXIV ad se perduceret. Glaucus vero ad Homerum reversus narravit, jussitque sequi
se in urbem. fore enim hæc ei ad felicem fortunæ successum. Quibus non
gravatim assentiens Homerus, caprarium
sequitur. Hic Chius *Glauci herus* ubi in
colloquium cum Homero venisset, reperisset hominem esse [1] cordatum,
multaque rerum peritia instructum, cœpit suadere ei ut apud se commoraretur,
liberorumque quos habebat adolescentes,
formandorum curam susciperet. Ille accepta condicione, pueros sibi concreditos erudivit. Interim Cercopas, Batrachomyomachiam, Epicichlidas, & alia
omnia quæcunque juvenilia ludicraque
ejus extant, apud Chium illum condidit
in Bolisso. hincque cœpit per urbem inclarescere. Jam vero Thestorides, utprimum intellexit Homerum adesse,
navigans è Chio fugam capessebat.
XXV Deinde progressu temporis impetrata
ab hero Chium, visendi copia, urbem
adiit, ludumque illic instituens, pueros
carmina docebat. Id quum magna [2] felicitate Chiis facere videretur, multos sibi admiratores conciliavit. [3] Hinc igitur
victum parans tolerabilem, uxorem duxit, è qua duas suscepit filias, quarum
XXVI una decessit innupta, alteram viro Chio
elocavit. Enimvero hic poesi manum
admolitus, gratiam habuit bene de se
merentibus. Et primum quidem Mentori Ithacensi, in Odyssea, ut qui laborantem ex oculis curavisset in Ithaca.
hujus enim beneficii gratia ejus nomen
poesi suæ inserens, Ulyssis fingit socium: cujus fidei Ulysses, Trojam navigans,

καὶ τότε μὴν, ἐπεὶ ὥρη κοίτης ἦν, ἀνεπαύετο. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ διενοήθη ὁ Γλαῦκος πρὸς τὴν δεσπότην προθυμίαν, σημαινέων τὸν περὶ Ὁμήρου. ἀποτρέψας ἦ τῷ συοδούλῳ νέμειν τὰς αἶγας, τὸν Ὅμηρον καταλείπει ἔνδον, εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, ὅτι διαταχέων προθύσομαι. καταβὰς δὲ ἐς Βολισσὸν, (ἔστι ἦ πλησίον τῆς χώρης τούτῳ) καὶ συγκλήσας τὴν δεσπότην, ἀπηγέετο τὰ περὶ Ὁμήρου πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ὡς τε αὐτὸς τῆς ἀφίξιος, ἐν θαύματι ποιεύμενος. καὶ ἠρώτα τε ὅ, τι χρὴ ποιέειν περὶ αὐτοῦ. ὁ ἦ ὀλίγα μὴν προσίετο τοῦ λόγου, καταγινώσκε ἦ τοῦ Γλαύκου ὡς ἄφρονος ἐόντος, καὶ τὸν ἀναπήρης δεχόμενόν καὶ τρέφοντος. ἐκέλευσε ἦ ὅμως τὸν ξεῖνον ἄγειν πρὸς ἑωυτόν. Ἐλθὼν ἦ πρὸς τὸν Ὅμηρον διηγήσατο ταῦτα ὁ Γλαῦκος, καὶ ἐκέλευσε πρόθυρα τάττειν· οὕτω γὰρ δὴ πρήξειν ὁ ἦ Ὅμηρος ἤθελε πρόθυρα. ἀναλαβὼν ἕν αὐτῶν ὁ Γλαῦκος ἦγαγε πρὸς τὸν δεσπότην. Ἅμα λόγων ἦ ἶον τῷ Ὁμήρῳ ὁ Χῖος, δύσκεν ἐόντα δεξιὸν καὶ πολλῶν ἔμπειρον· ἐπειδή τε αὐτὸν μύσειν, καὶ τῶν παιδίων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι. ἦσαν γὰρ τῷ Χίῳ παῖδες ἐν ἡλικίῃ. τούτους ἓν αὐτῷ φρατίδησι παιδεύειν. ὁ ἦ ἐπῄνεσε ταῦτα· καὶ τοὺς κέρκωπας, καὶ βατραχομυομαχίην, καὶ ἐπικιχλίδας, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα παίγνιά ἐστιν Ὁμήρου, ἐνταῦθα ἐποίησε περὶ τῷ Χίῳ ἐν Βολισσῷ. ὥστε καὶ ἐν τῇ πόλει περιβόητος ἤδη ἐγίνετο ἐν τῇ ποιήσει. καὶ ὁ μὴν Θεστορίδης, ὡς τάχιστα ἐπύθετο αὐτὸν παρεόντα, ᾤχετο ἐκπλέων ἐκ τῆς Χίου. Χρόνου δὲ προϊόντος, δεηθεὶς τοῦ Χίου προθύσαι αὐτὸν εἰς τὸν Χίον, ἀπίκετο εἰς τὸν πόλιν· καὶ διδασκαλεῖον καταστησάμενος, ἐδίδασκε παῖδας τὰ ἔπεα. καὶ κάρτα δεξιὸς ἐδόκεεν εἶναι τοῖς Χίοις, καὶ πολλοὶ θωϋμασταὶ αὐτοῦ καθειστήκεσαν. συλλεξάμενος ἦ βίον ἱκανὸν, γυναῖκα ἔγημε ἐξ ἧς αὐτῷ θυγατέρες δύο ἐγένοντο· καὶ ἡ μὲν αὐτῷ ἄγαμος ἐτελεύτησε, τὸν ἦ συοφοίτησεν ἀνδρὶ Χίῳ. Ἐπιχειρήσας ἦ τῇ ποιήσει, ἀπέδωκε χάριν τοῖς ἔσχε, πρῶτον μὲν Μέντορι τῷ Ἰθακησίῳ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, ὅτι μιν κάμνοντα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐν Ἰθάκῃ ἐνοσήλευσεν ἐκλεκῶς, τὄνομα αὐτοῦ ἐναρμόσας ἐς τὴν ποίησιν, Ὀδυσσέως τε ἑταῖρον φάς εἶναι· ποιήσας, Ὀδυσσέα, ὡς ἐς Τροίην ἔπλεε, Μέντορι

ἀφέπαυε.

τὸν ποιεύμενον

τοῖς ἠρώτα

ἐκέλευε

ἐνοσήλευε

---

1 Naturali ingenii dexteritate præditum. 2 Dexteritate. 3 Hinc igitur quum satis superque facultatum comparasset, *vel*, *Quum abunde magnas facultates acquisisset.*

ἐπιτρέψαι τὸν οἶκον, ἐόντι Ἰθακησίων ἀρίστῳ καὶ δικαιοτάτῳ, πολλαχῆ δὲ καὶ ἄλλῃ ἐποίησεως τιμῶν αὐτὸν, τῷ Ἀθηναῖ, ὁπότε ἐς λόγον τινὶ καθίσαται, τῷ Μέντορι εἰκύην ποιεῖ. ἀπέδωκε δὲ καὶ Φημίῳ τῷ ἑωυτῦ διδασκάλῳ τερφθεῖα καὶ διδασκαλεῖα ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, μάλιστα ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσι, Ὀδυσσεία

Κήρυξ δ' ἐν χερσὶν κίδαριν περικαλλὲ' ἔθηκε
Φημίῳ, ὅστις πολλὸν ἐκαίνυτο πάντας ἀείδειν.

καὶ πάλιν,

Αὐτὰρ ὁ φορμίζων. ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

μέμνηται δὲ καὶ τῦ ναυκλήρυ, μεθ' ὃ ἐκπλεύσειε πλοῦσεν, καὶ εἶδε πόλιάς τε πολλὰς καὶ χώρας, (ᾧ ὄνομα ἦν Μέντης) ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε,

Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος οὖχμαγ εἶναγ
Υἱὸς, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω.

ἀπέδωκε δὲ χάριν καὶ Τυχίῳ τῷ σκυτεῖ, ὃς ἐδέξατο αὐτὸν ἐν τῷ Νέῳ τείχει, προσελθόντα πρὸς τὸ σκυτεῖον, ἐν τοῖς ἔπεσι καταζούξας ἐν τῇ Ἰλιάδι τοῖσδε,

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε, φέρων σάκος ἠύτε πύργον,
Χάλκεον, ἑπτάβοειον· ὃ οἱ Τύχιος κάμε τεύχων,
Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων.

Ἀπὸ δὲ τῆς ποιήσεως ταύτης δόξαν μεγίστην Ὅμηρος φέρεται τε πρὸ Ἰωνίαν, καὶ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἦλθε φέρεται αὐτῦ λόγος ἀναφέρεται· καὶ οἰκέων δὲ ἐν τῇ Χίῳ, καὶ δόξαν μέγιστον φέρεται τὴν ποίησιν, ἀπικομένων πολλῶν, συνεβάλλοντο οἱ ἐντυγχάνοντες αὐτῷ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπικέσθαι· ὁ δὲ προσεδέξατο τὸν λόγον, καὶ χάρτα ἐπεθύμει ἀποδημήσαι. Κατανοήσας δὲ ὅτι ἐς μὲν Ἄργος πολλαὶ καὶ μεγάλαι εἶεν δόξαι πεποιημέναι, ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας οὔ, ἐμποιεῖ ἐς τὴν ποίησιν, ἐς μὲν Ἰλιάδα τὴν μεγάλην, Ἐρεχθέα μεγαλωστὶ ἐν νεῶν καταλόγῳ, τὰ ἔπεα τάδε,

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Μενεσθέα, ὡς πάντων εἴη ἄριστος τάξαι πεζὸν στρατὸν καὶ ἱππέας,

domum familiamque concrediderit, tanquam Ithacenſium præſtantiſſimo atque æquiſſimo. Aliis etiam pleriſque locis eundem laudibus vehit, ſiquidem Minervam, quoties cum aliquo humana ſpecie congredi fingit, Mentori identidem tradit aſſimilatam deam. Ad hæc Phemio præceptori gratiam eruditionis ſimul & nutricationis in Odyſſea retulit, in hæc verba,

Phemius at cunctis præſtantior arte canendi
Inſignem citharam, dederat quam præco, tenebat.

Et rurſum,

Fundere & hanc pulſans modulamina dulcia cœpit.

Meminit & navicularii in cujus comitatu navigans, urbes locaque plurima perluſtravit. Huic nomen erat Mentæ: cujus commeminit his verſibus,

Anchialo Mentes forti genitore creatus,
Imperito Taphiis, quibus eſt ars nautica cordi.

Habuit etiam Tychio coriario gratiam, nimirum qui venientem ad ſutrinam apud Novum murum hoſpitio excepiſſet. Hunc enim Iliadi inſerſit his verſibus,

Comminus acceſſit clypeo ſeptemplice tutus
Ajax: huic clypeum turris fabricarat ad inſtar
Urbe in Hile Tychius non ſutor doctior alter.

A poeſi vero hac inclareſcens Homerus, non per Joniam ſolum celebrabatur ſed in ipſam uſque Græciam multus de eodem ſermo perferebatur. Et quum jam eruditionis exiſtimatione augeſcentem multi viſerent, inciderunt forte qui ſuaderent ut in Græciam ſe transferret. Quod conſilium admittens, impenſe cupiebat adornato itinere illuc demigrare. Commodumque intelligens Argos multis egregiiſque elogiis celebratum, Athenas non item, poeſi ſuæ inſerit, in majori quidem Iliade hos verſus, quibus Erechtheum magnifice laudibus vehit, in navium catalogo,

XXVII

XXVIII

Ortum ab Erechtheo populum: nutriverat illum
Pallas Erechtheum, tellus quem vaſta crearat.

Meneſtheum etiam, ducem Athenienſium, tradit in exercitu tam pedeſtri quam equeſtri ordinando peritiſſimum, idque

idque his carminibus,

Hos tunc ducebat patria virtute Menestheus,
Maximus: huic nemo poterat certare regendis,
Aut etiam ornandis vel equis, vel in arcta locandis
Agmina militibus.

Ajacem vero Telamonium ipsoque Salaminios Athenienſibus in navium nomenclatura annumeravit, ſic ſcribens,

Bis ſex è Salamine rates Telamonius Ajax
Egit, & adduxit ſtatuens in litore juxta
Cecropias naves.

Poſtremo in Odyſſea Minervam, poſtquam cum Ulyſſe in colloquium venerit, ad Athenienſium urbem, quam præcipue colebat, conceſſiſſe fingit.

Ad Marathona dehinc & magnas venit Athenas,
Tectaque Erechthei ſubiit.

XXIX [1] Hæc ubi hunc in modum meditatus compoſuiſſet, animo in Græciam trajiciendi, commodum profectionem capeſſens, Samum appulit: contigitque forte ut eodem tempore Samii Apaturia feſtum agerent. Hic Samius quidam agnito Homero (utpote quem jam ante in Chio vidiſſet) contribules ſuos adiens, indicavit tanti hominis adventum. Illi, audita multa hominis prædicatione, jubebant adduci eum. Conveniens igitur Homerum Samius, Quandoquidem, inquit, hoſpes, Apaturiorum feſtum agit civitas, invitant te contribules ad idem feſtum concelebrandum. Homerus adfuturum ſe affirmans, comitatur
XXX invitantem. Porro quum jam illuc quo vocatus erat pergeret, in mulieres impegit quæ in trivio Cerotropho ſacra faciebant. Sacrificia occurſantis aſpectu indignata, exclamat, Vir, inquiens, faceſſas à ſacris. Homerus dictum illud in animo volvens, rogabat quiſnam eſſet qui loqueretur, & cui deo ſacrificaret. Dux ejus indicavit mulierem eſſe quæ Cerotropho ſacrificaret. Quod audiens Homerus, hujuſmodi carmina protulit,

Dive preces audito meas, mulierque ſacrifica,
Averſata torum juvenili ætate virentum,
Canorum veterumque ſenum capiatur amore,
Eſt ætas effœta quibus, ſed prompta voluntas.

ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν εἰπὲ,

Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς·
Τῷ δ' ἔπω τις ὁμοῖος ὀπιχθονίοις ἐρίζοι
ἀνὴρ
Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας

Αἴαντα δ' ἐκ Τελαμῶνος καὶ Σαλαμινίους ἐν νεῶν καταλόγῳ ἔταξε πρὸς Ἀθηναίους, λέγων τάδε,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

ἐς δὲ τιὼ Ὀδυσσείῳ τάδε ἐποίησεν, ὡς Ἀθηνᾶ ἐς λόγους ἐλθοῦσα τῷ Ὀδυσσεῖ ἐς τιὼ Ἀθηναίων πόλιν ἀπίκετο, τιμῶσα ταύτεω τῷ ἄλλων πολλῷ μᾶλιστα,

Ἵκετο δ' ἐς Μαραθῶνα καὶ εὐρυχόρους ἐς Ἀθήνας.

Δῖος δ' Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον.

Ἐμποιήσας δὲ ἐς τιὼ ποίησιν ταῦτα, καὶ παρασκευασάμενος, ἐς Ἑλλάδα βουλόμενος πλεῖν, πυνθάνεται τὸν πλοῦν, περισχεῖ τῇ Σάμῳ. ἔτυχον δὲ οἱ ἐκεῖσε τὸν τότε καιρὸν ἄγοντες ἑορτιὼ Ἀπατούρια· καί τις τῶν Σαμίων ἰδὼν τὸν Ὅμηρον ἀπιγμένον, πρότερον αὐτὸν ὑποσάμενος ἐν Χίῳ, ἐλθὼν ἐς τοὺς φράτορας διηγήσατο, ἐν ἐπαίνῳ μεγάλῳ ποιεύμενος αὐτόν. οἱ δὲ φράτορες ἐκέλευον ἄγειν αὐτόν. ὁ δὲ, "ἐντυχὼν τῷ Ὁμήρῳ, ἔλεξεν, Ὦ ξένε, Ἀ- "πατούρια ἀγούσης τῆς πόλιος, καλοῦσί σε οἱ φράτορες οἱ ἡμέτεροι συνεορτάσοντα. ὁ δὲ Ὅ- μηρος ἔφη ταῦτα ποιήσειν, καὶ ἦλθε μετὰ τοὺς καλέσαντας. Γοργυθίωνος δὲ ἐγχρίμπτεται γυναιξὶ κυροτρόφῳ θυούσας ἐν τῇ τεμένει. ἡ δὲ ἱέρεια εἶπε πρὸς αὐτὸν, δυσχεράνασα τῇ "ὄψει, "Ἀνερ ἀπὸ τοῦ ἱερῶν. ὁ δὲ Ὅμηρος ἐς θυμόν τε ἔβαλε τὸ ῥηθέν, καὶ ἤρετο τὸν ἀγόντα τίς τε εἴη ὁ φθεγξάμενος, καὶ τίνι θεῶν ἱερὰ θύεται. ὁ δὲ αὖτις διηγήσατο ὅτι γυνὴ εἴη κυροτρόφῳ θύουσα. ὁ δὲ, ἀκούσας, λέγει τάδε τὰ ἔπεα,

Κλῦθί μοι ὀλχομένῳ κυροτρόφε, ὅς τε γυναῖκα
Τιώδε νέων μὲν ἀνήνασθαι φιλότητα καὶ εὐνὴν,
Ἣ δὲ θεοτρεφέως πολιοκροτάφοισι γέρουσιν,
Ὧν ὥρη μὲν ἀπαμβλυώσεται, θυμὸς δὲ μενοινᾷ.

ποίησις

---

1 Quum igitur hæc poeſi ſuæ inſeruiſſet, & res ad ſuam in Græciam profectionem neceſſarias comparaſſet, Samum app.

Ἐπεὶ ὃ ἦλθεν εἰς τὸ φρήτριον, καὶ τῷ οἴκῳ ἔνδα δὴ ἐδαίνυντο, ὅτι τ' ὠδὸν ἔσῃ, οἱ μὲν λέγουσι, καταμῦσαι πυρὸς ἐν τῷ οἴκῳ, οἱ δὲ φασι τότε ἐκκαῦσαι σφᾶς, ἐπειδὴ Ὅμηρος τὰ ἔπεα εἶπεν,

Ἀνδρὸς μὲν στέφανος, παῖδες· πύργοι δ' πόλης·
Ἵπποι δ' ἐν πεδίῳ κόσμος· νῆες δ', θαλάσσης·
Χρήματα δ' αὔξει οἶκον· ἀτὰρ γεραιὸν βασιλῆες
Ἥμενοι εἰν ἀγορῇ, κόσμος τ' ἄλλοισιν ὁμῶς·
Αἰθομένῳ δ' πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι.

εἰσελθὼν ὃ, κατακλιθεὶς ἐδαίνυτο μετὰ τῶν φρατόρων· καὶ αὐτὸν ἐτίμων, καὶ ἐν θυμάτι εἶχον· καὶ τότε μὲν τῷ κοίτῳ αὐτῷ ἐποιήσατο Ὅμηρος. Τῇ δ' εἰσαύριον ἀποπρομόλυνον ἰδόντες κεραμέες τινὲς, κάμινον ἐγκάοντες κεράμου λεπτοῦ, προσεκαλέσαντο αὐτὸν, πυθόμενοι ὅτι σοφὸς εἴη· καὶ ἐκέλευόν σφιν ἀείσαι, φάμενοι δώσειν αὐτῷ τοῦ κεράμου, καὶ ὅ, τι ἂν ἄλλο ἔχωσιν. ὁ δ' Ὅμηρος ἀείδει αὐτοῖς τὰ ἔπεα τάδε, ἃ καλεῖται κάμινος,

Εἰ μὲν δώσετε μισθὸν, ἀείσω ὦ κεραμῆες,
Δεῦρ' ἄγ' Ἀθηναίη, καὶ ὑπείρεχε χεῖρα καμίνῳ·
Εὖ δ' μελανθείεν κύτινοι, καὶ πάντα μάλ' ἰσά·
Φρυχθεῖσαί τε καλῶς καὶ τιμῆς ὦνον ἀρέσθαι,
Πολλὰ μὲν εἰν ἀγορῇ πωλούμενα, πολλὰ δ' ἀγυιαῖς,
Πολλὰ δ' κερδήναι· ἡμῖν δ' δὴ ὥς σφι νοῆσαι.
Ἦν δ' ἐπ' ἀναιδείῃ τρεφθέντες φθόνῳ ἄρηθε,
Συγκαλέω δ' ἅπειτα καμίνῳ δηλητῆρας,
Σμύτειβ' ὁμῶς Σμφεσγόν τε καὶ Ἄσβετον, ἠδὲ Σαβάκτην,
Ὠμόδαμόν θ' ὃς τῇδε τέχνῃ κακὰ πολλὰ πορίζει.

Ubi vero ad contribulum collegium accessisset Homerus, jamque in limine ædium consisteret in quibus epulum instructum erat, aliqui narrant jam tum ardente igne poetam ceciniſſe, alii postea accensum quàm carmina ista ceciniſſet, XXXI

Ut patris, nati, sic turres sunt decus urbis:
Sic & equi campum decorant, sic æquora naves,
Sic & opes ornant ædes: præsentia regum
Augusto in solio decorat fora lata sedentum:
At lucente domus multo est augustior igne.

[1] Ingressus autem reclinatusque, cum illis contribulibus epulo fruens, in magno honore admirationeque ab accumbentibus est habitus, ibidemque ea nocte cubile sibi paravit. [2] Crastino die XXXII conspicantes eum figuli quidam qui in figlina laterunculos tegulasque coquebant, quum intellexissent hominem esse eruditum, [3] compellatum jusserunt canere, pollicentes cum tegulas, tum alia, qualia ea cunque essent quæ haberent, se illi daturos. Homerus hæc illis cecinit carmina quæ vocantur Caminus, *id est fornax.*

Si mihi mercedem dabitis figuli, ista canemus,
Huc ades o Pallas, dextraque foveto caminum,
Pulchre ut durescant calices, & mollia cuncta,
Siccenturque probe, & figulis lucra magna reportent,
Vendita perque forum multa, & per compita, multa.
Sic illis quæstus crescat, prudentia nobis.
At si deposito juvat irridere pudore,
Huc precor ut pestes veniant quæcunque per orbem
Grassantur, fundant & in hunc mala cuncta caminum.
Irruat huc Smaragus, gravis Asbetus, que Sabactes:
Contere tu Pallas flammamque & vasa camini,
Ille licet rapido multum nunc ferveat æstu.
Insuper Omodamus fervatque & damna det arti.

---

1 Quum autem ingressus esset, & accubuisset, 2 Postridie autem abeuntem cum conspicati fig. 3 Advocarunt & juss.

Omnia

Omnia miſceto, fornacem, vaſa, domumque,
Ut fragor immenſus fiat, figulique tremiſcant:
Non ſecus ac malæ crepitu clauduntur equinæ,
Sic ſubita fornax crepitetque cadatque ruina,
Inque lutum redeant calices & vaſa minuta.
Hæc quoque Solis ades nata, incantare perita,
Inque ipſos & opus tua noxia ſparge venena.
Hæc ducat longo Centaueros agmine Chiron:
Quique manu Herculea cecidere ſuperque fuerunt,
Illi confundant opus omne, ipſumque caminum
In nihilum penitus redigant. figuli iſta videntes
Plorent, & lacrymis ſpectent ingentia damna.
Improbitatis ego ſpectabo hæc præmia latus.
Denique qui pronus fornacem reſpicit, illi
Flamma vorax faciem rapiat, penituſq; perurat.
Sic ſcelus agnoſcent omnes, atque inde cavebunt.

XXXIII At vero in Samo hybernans, calendis potentiorum ædes oſtiatim adiens aliquid accipiebat, canens hæc carmina quæ Ereſione, *hoc eſt*, *vamalia*, vocantur: ducente eum comitanteque aliquot puerorum indigenarum choro,

Venimus ad magnas ædes civemque potentem,
Cujus divitiis reſonat domus atque redundat.
Vos aditum præbete fores: feliciter intrent
Divitiæ, & requies hilaris, Chariteſque ſequantur:
Vaſa opibus tumeant, nihil hic videatur inane:
Sintque laborata Cereris repleta caniſtra.
Excelſo curru nurus hic portetur, & ipſam
Veloci curſu revehant ad limina muli.
Hæc premat electram pedibus, telaſque laboret.
Abſt ego vos repetam, repetam (mihi crede) quotannis,
Non ſecus atque redit ſub tectum garrula Progne.

Πεῖδε πυρὶ θυσαν καὶ δώματα, σοὶ δ' ὁ κάμινος.
Πᾶσα κυκηθείη, κεραμέων μέγα κακυσάντων. 361
Ὡς γνάθος ἵππειη βρύκει, βρύκοι δ' ὁ κάμινος,
Πάντ' ἔντοσθ' αὐτῆς κεραμήια λεπτὰ ποιῆσαι.
Δοῦρε καὶ ἠελίου θυγάτηρ πολυφάρμακος Κίρκη,
Ἄγρια φάρμακα βάλλε, κάκυε δ' αὐτές τε καὶ ἔργα.
Δοῦρε δ' ὅ καὶ Χείρων ἀφ' ὅτων πολέας Κενταύρους
Οἵ θ' Ἡρακλείους χεῖρας φύγον, οἵ τ' ἀπόλοντο,
Τύπτοιεν τάδε ἔργα κακῶς, πίπτοι δ' ὁ κάμινος.
Αὐτοὶ δ' οἰμώζοντες ὁρῴατο ἔργα πυρηρά.
Γηθήσω δ' ὁρέων αὐτῷ κακυδαίμονα τέχνην.
Ὅς δέ κ' ἀφρύψει, δὲ τύτε πᾶν τὸ πρόσωπον
Φλεχθείη· ὡς πάντες ὄψ ἐσαεὶ ἀσιμφορέζειν.

Παραχειμάζων δ' ὁ τῇ Σάμῳ, ταῖς νομιμωτάτας προσιὼν οἰκίας τὰς δυναμενεστάτας, ἐλάμβανέ τι, ἀείδων τὰ ἑπόμενα τάδε ἃ καλεῖται Ἐιρεσιώνη, (ᾠδήν τινα δ' αὐτὸν καὶ συμπαρῆσαν ἀεὶ τῶν παίδων τινὲς τῶν ἐγχωρίων)

Δῶμα προσερχόμεθ' ἀνδρὸς μεγάλου δυναμήνου,
Ὅς μέγα μὲν δύναται, μέγα δ' βρέμει ὄλβιος αἰεί.
Αὐτὰρ ἀνακλίνεσθε θύραι· πλοῦτος δὲ ἔσεισι
Πολλός, σὺν πλούτῳ δ' καὶ δίφρεσιν πεδαλίῃσι
Εἰρήνη τ' ἀγαθή. ὅσα δ' ἄγγεα, μεστὰ μὲν εἴη,
Κυρβαίη δ' αἰεὶ κατὰ καρδόπου ἕρπετο μᾶζα.
Τῆ παιδὸς δ' γυνὴ κατὰ δίφρακα βήσεται ὑμμιν·
Ἡμίονοι δ' ἄξουσι κεραΐποδες ἐς τόδε δῶμα.
Αὐτὴ δ' ἰσόν ὑφαίνοι ἐπ' ἠλέκτρῳ βεβαῶτα.
Νύμφαι σοὶ νύμφην ἐνιαύσιον, ὥστε χελιδών.

Ἔστηκ' ὲν παιδύεσσι· κὴ εἰ μήτι δώσεις, εἰ ὴ μὴ,
Οὐχ ἑστήξομεν· οὐ γὰρ σπουδὴν ἐνθάδε πηλύομεν.

Assumus in porta: seu munera ferre placebit,
Seu nihil, est tamen hinc abeundi certa voluntas.
Non etenim hic habitare diu nec adesse paramus.

ἤδετο ὴ τάδε ὲν τῇ Σάμῳ ὅτι πολιὼ χρόνον ὑπὸ τῶν παίδων, ὅτε ἀγείροιεν ὲν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἀρχομένου ὴ τοῦ ἔαρος, ἐπεχείρησε πλεῖν Ὅμηρος εἰς τὰς Ἀθήνας ὲκ τῆς Σάμου. κὴ ἀναχθεὶς μετά τινων ἐγχωρίων, ἀπενέχθη εἰς τὴν Ἰον· κὴ ὡρμίσθησαν οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλ' ἐπ' ἀκτῆς. σωέβη ὴ τῷ Ὁμήρῳ κατὰ πολύ τι ἀρχαίως μαλακῶς ἔχειν· ὀκβὰς ὴ ὲκ τοῦ πλοίου, ὲκοιμᾶτο ὅτι τῆς κυματωγῆς ἀθυμότατος ἦν. πλείους ὴ ἡμέρας ὁρμισμένων αὐτῷ δι' ἀπλοίαν, καταβαίνοντες ἀεί τινες τῶν ὲκ τῆς πόλεως, ἀπεσχόλαζον τῷ τε Ὁμήρῳ, κὴ ὲν θυμῷ εἶχον αὐτὸν, ἀκούοντες αὐτοῦ. Τῶν ὴ ναυτέων, κὴ τῶν ὲκ τῆς πόλεως τινῶν ἡμῖν ὕστερον τῷ Ὁμήρῳ, κατέπλωσαν παῖδες ἁλιῆες τὸν τόπον, κὴ ὀκβάντες ὲκ τοῦ ἁγκῶνος, προσελθόντες αὐτοῖς τάδε εἶπον, Ἄγετε ὦ ξένοι, ἐπακούσατε ἡμέων, ἤν ἄρα δυνησθε ἀμφαγνῶναι ὅσα ἂν ὑμῖν εἴπωμεν. καί τις τῶν παρεόντων ὲκέλευε λέγειν· οἱ ὴ εἶπαν, Ἡμεῖς ὅσα εἴλομεν, κατελίπομεν· ἃ ὴ μὴ εἵλομεν, φέρομεν. οἱ δὲ φασιν μέτρῳ εἰπεῖν αὐτούς,

Ὅσ' ἕλομεν, λιπόμεσθα. ἃ δ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα.

οὐ δυναμένων ὴ τῶν παρεόντων γνῶναι τὰ ῥηθέντα, διηγήσαντο οἱ παῖδες ὅτι ἁλιεύοντες, οὐδὲν ἐδυνάσαντο ἑλεῖν· καθήμενοι ὴ ὲν γῇ, ἐφθειρίζοντο. κὴ ὅσους μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν, κατέλιπον· ὅσους ὴ μὴ ἐδυνάσαντο, ἐς οἴκους ἀπεφέροντο. ὁ ὴ Ὅμηρος, ἀκούσας ταῦτα, ἔλεξε τὰ ἔπεα τάδε,

Τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ὲκγεγάατε,
Οὔτε βαθυκλήρων, οὔτ' ἄπεστα μῆλα νεμόντων.

Hi vos, o pueri, tales genuere parentes,
Nec latis fundis, gregibus neque mille potentes.

Ἐκ ὴ τῆς ἀθηνείας ταύτης σωέβη τὸν Ὅμηρον τελευτῆσαι ὲν Ἰῳ, οὐ θάψαι τὸ μὴ γνῶναι τὸ θάψαι τῶν παίδων ῥηθὲν (ὡς οἴονταί τινες) ἀλλὰ τῇ μαλακίῃ. τελευτήσας ὴ ὲν τῇ Ἰῳ, αὐτοῦ ἐπ' ἀκτῆς ἐτάφη ὑπό τε τῶν συμπλεόντων κὴ τῶν πολιτέων ὅσοι ὲν Δαλογῇ ἐγίνοντο αὐτῷ. κὴ τὸ ἐλεγεῖον τόδε ἐπέγραψαν Ἰῆται ὕστερον χρόνῳ πολλῷ, ὡς ἤδη ἡ τε ποίησις ἐξεπεπώκει, κὴ ἐθαυμάζετο ὑπὸ πάντων· ὧδε Ὅμηρος ἔφη.

Atque hæc carmina poſtea in Samo diu à pueris decantabantur, quoties ad Apollinis feſtum collecti convenicbant. Ineunte deinde vere moliebatur Homerus è Samo Athenas proficiſci: ſolvenſque una cum popularibus quibuſdam, ad Jon appulit: ubi ſtationem non ad urbem ſed in litore habebant. Hîc contigit Homerum graviter ægrotare: egreſſus igitur è navi, in crepidine litoris jacebat ægrotus. Quumque diutius illic ob navigandi difficultatem in portu remorarentur, ſubinde plerique [1] ex urbe Homero vacabant, eumque audientes, reverenter obſervabant. Jam vero nautis cæteriſque aliquot qui è civitate convenerant, illic apud Homerum conſidentibus, forte pueri piſcatores eo appulerunt: qui è navicula egreſſi, hæc illis verba fecerunt, Agite peregrini, audite nos, num quid eorum quæ proponemus explicabitis. Ibi è præſentibus quidam jubebat eos proloqui. Illi, Nos, inquiunt, quæcunque cepimus, reliquimus: quæ vero non cepimus, nobiſcum portamus. Et quum nemo id ænigmatis interpretari poſſet, piſcatores explicabant: ſignificantes nimirum, ſe, quum piſcium nihil capere poſſent, deſidentes in ſicco, pediculos venatos: & horum quotquot cepiſſent, abjeciſſe: quos autem non inveniſſent, domum retuliſſe. Quæ audiens Homerus, hæc dixit carmina,

Ex hac autem ægritudine extremum diem clauſit Homerus in Jo, non (ut arbitrantur aliqui) ænigmatis perplexitate enectus, ſed morbo. Extinctus vero in Jo Homerus, à comitibus ſuis atque civibus qui ex urbe in colloquium cum eodem venerant, in litore ibidem honorifice ſepultus eſt. Cujus ſepulcro multo poſt tempore Jenſes, ubi poeſis ejus jam publicata ab omnibus celebraretur, hujuſmodi inciderunt carmen elegiacum,

1 Ex urbe deſcendentes, operam Homero dabant, eumque audientes admiratione proſequebantur.

Condit

Condit humus, caput hæc ſacrum, qui verſibus arma
Fortia divinis heroum oruavit, Homerum.

Ἐνθάδε τὸν ἱερὸν κεφαλὸν κατὰ γαῖα καλύπτει,
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

κεκλυ-
μένον

XXXVII Porro quod Æolius fuerit Homerus, & non Jon, neque Dorienſis, partim è jam dictis perſpicuum eſſe poterit, partim etiam his conjecturis deprehenditur. Si quidem poetam tantum, qui hominum peculiares mores in ſuam poeſin transferre ſtuduerit, par eſt aut laudatiſſimos excogitaſſe, aut patrios commemoraſſe. Jam vero carmina ejus expendentes, indidem pronunciabitis. nam quum ſacrificii ritum hujuſmodi quendam referat, aut ipſe eundem tanquam probatiſſimum excogitavit, aut quod cum patris inſtitutis conveniret. Sec enim inquit,

Ὅτι ὁ μὲν Αἰολεὺς Ὅμηρος, ἢ ὅτι Ἴων, ἢ ὅτι Δωριεύς, τοῖς τε εἰρημένοις δεδήλωται μοι, καὶ δὴ καὶ τοῖσδε τεκμαίρεσθαι παρέχει· ἄνδρα ποιητὴν πλεῖστον εἰκὸς ἦν τῶν νομίμων τῶν ἑαυτοῦ τοῖς ἀνθρώποις ποιοῦντα ἐς τὴν ποίησιν, ἢ τὰ κάλλιστα ἐξευρόντα πιέειν, ἢ τὰ ἑαυτοῦ, πάτρια ἐόντα. ἤδη τοίνυν τὸ ἐνθένδε αὐτοὶ τῶν ἐπέων ἀκούοντες κρινεῖτε. ἱεροποιΐαν γὰρ ἢ τὴν κρεωπωλικὴν ἐξεύρων ἐποίησεν, ἢ τὴν ἑαυτοῦ πάτρια ἐόντα προσήκουσαν. λέγει γὰρ ὧδε,

Protractus jugulant pecudes, & tergora coſtis
Diripiunt, femorumque toros & crura recidunt,
In parteſque ſecant geminas: tum pinguia nidor
Viſcera nube tegit denſa.

Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,
Μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτοῖς δ' ὠμοθέτησαν.

In his verſibus de iliis nulla mentio, quibus in ſacrificiis tamen utebantur cæteri, præter unam Æolicam gentem, quæ ilia non concremabat. Indicat præterea his quoque verſibus quod Æolius exiſtens, ſuæ gentis ritibus uſus ſit,

ἐν τούτοις γὰρ ὀσφὺν οὐδὲν εἰρηται, ἢ ἐς τὰ ἱερὰ χρέονται· μονώτατον γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὸ Αἰολικὸν ἔθνος οὐ καίει ὀσφύν. δηλοῖ δὲ καὶ ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν ὅτι Αἰολεὺς ὢν, τοῖς νόμοις τοῖς τούτων ἐχρῆτο,

——tum ſegmina carnium
Ipſe focis multo crepitantibus admovet igni
Cruda ſenex, & vina ſuper nigrantia fundit:
Quem verubus quinis juvenes onerata tenentes
Brachia circumſtant.

Καὶ ὁ μὲν ὅπη σχίζης ὁ γέρων, ὅπῃ δ' ἄνθοπα οἶνον
Λείβε· νέοι δ' παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.

Æoles enim ſoli inteſtina quinq; verubus defixa torrebant, reliqui Græci tribus. etenim πέμπε dicunt Æoles pro πέντε, XXXVIII *id eſt, quinque.* Atq; hæc ſane de genere, vita interituque Homeri à nobis relata ſint. Cæterum ætatem Homeri, ſiquis diligenter recteque ratiocinetur, ex hiſce facile deprehendet. Nempe ab expeditione Græcorum quam Agamemnon & Menelaus in Ilium habuerunt, annis centum poſt atque triginta Lesbus oppidatim habitari cœpit, quum antea nullam prorſus haberet civitatem. Poſt Lesbum habitatam annis viginti Cuma Æolica & Phricotis appellata habitata fuit. Porro à Cuma annis duodeviginti, in Smyrnam Cumani colonias deduxerunt: quo tempore natus fuit Homerus.

Αἰολέες γὰρ μόνοι τὰ σπλάγχνα ἐπὶ πέντε ὀβελῶν ὀπτῶσιν, οἱ δ' ἄλλοι Ἕλληνες ὅπῃ τριῶν. καὶ γὰρ ὀνομάζουσιν οἱ Αἰολεῖς τὰ πέντε, πέμπε. Τὰ μὲν οὖν παρὰ τῆς θυσίου καὶ τελούντης καὶ βίου δεδήλωταί μοι. Περὶ δὲ ἡλικίης τῆς Ὁμήρου, ἐκ τῶνδ' ἄν τις ὅτι σκεπτόμενος, ἀκριβῶς καὶ ὀρθῶς λογίζοιτο. ἀπὸ γὰρ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας, ἣν Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος ἦγειραν, ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα Λέσβος ᾠκίσθη κατὰ πόλεις, πρότερον ἔθνος ἄπολις. μετὰ δὲ Λέσβον οἰκισθεῖσαν ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι Κύμη ἡ Αἰολιῶτις καὶ Φρικωνὶς καλεομένη ᾠκίσθη. μετὰ δὲ Κύμλιν, ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν ὕστερον Σμύρνα ὑπὸ Κυμαίων κατῳκίσθη· καὶ ἐν τούτῳ γίνεται Ὅμηρος.

ἀφ' οὗ

ἀφ' ἧς ἡ Ὁμήρου ἐγένετο, ἔτεά ἐστιν * ἑξακόσια εἰκοσιδύο μέχρι τῆς Ξέρξεω διαβάσεως, ἣν στρατιὴν ἀμφὶ Θρῄκην ἐποιήσατο, καὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, διέβη ἐκ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Εὐρώπην. ἀπὸ δὲ τούτου ῥηϊδίως ἐστὶν ἀριθμῆσαι τὸν χρόνον τῷ ἐθέλοντι ζητεῖν ἐκ τῶν ἀρχόντων Ἀθήνησι. τῷ δὲ Τρωϊκῶν ὕστερον γέγονεν Ὅμηρος ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξηκοντατρισκαιδεκατῷ.

Ab Homero autem nato anni ſunt ſexcenti vigintiduo ad Xerxis uſq; in Græciam trajectum, qui videlicet juncto pontibus Helleſponto cum exercitu ex Aſia in Europam penetravit. Ex his igitur tempus illud calculo colligere facile fuerit ei qui prætorum Athenienſium rationem habuerit. Centum autem & ſexaginta octo poſt Trojanum bellum annis extitit Homerus.

* τετρακόσια. Scaliger.

ΤΕΛΟΣ

τῶν ἱερῶν Μουσῶν Ἡροδότου τοῦ Ἁλικαρνασσέως, καὶ ἐξηγήσεως τῆς περὶ Ὁμήρου.

APPEN.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

HENRICI STEPHANI
APOLOGIA PRO
HERODOTO,
SIVE
HERODOTI *Historia fabulositatis accusata.*

UT antiquitatem nonnulli nimium religiosè atq; adeo superstitiosè colunt, ita non desunt qui eandem merito honore meritaque observantia fraudare videantur. Horum autem vitiorum utrunq; non peculiare seculo nostro, sed illi cum superioribus esse commune, multa nobis argumento esse possunt. Posterioris quidem certè fidem nobis vel ipsa Græci sermonis consuetudo facit, in quo ἀρχαῖος & ἀρχαϊκὸς de homine nimia simplicitate prædito, interdum verò & de planè stolido bardoq; dicuntur: & ἀρχαῖον ἔργον itidem. Atq; hinc, id est ex hoc priscorum morum & institutorum (utpote quibus nimium rudis simplicitas inesset) contemptu, manarunt & illa, κρόνος, κρόνιος, κεχνόληρος, βεκκασέλλως. Hinc & illi versus,

Prisca juvent alios: ego nunc me deniq; natum
Gratulor, hæc ætas moribus apta meis.

At illi priori vitio eorum qui superstitiosè antiquitatem colunt, quid ansam præbuerit, assequi conjectura nequaquam facile est. Non jam de illa altè repetita antiquitate, nec de iis loquor qui mores sui seculi exosi, vota contraria votis Nasonis fecerunt: ut quum dicit Tibullus,

Tunc mihi vita foret: vulgi nec tristia nossem
Arma, nec audissem corde micante tubam.

Quæ verba eruperunt huic Poetæ postquam aurei seculi felicitatem commemoravit. Atq; hunc, dum eò respiceret, pertæsum vitæ suæ fuisse, mirum videri non debet: quum ipse Hesiodus multis antè ætatibus hæc protulerit,

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθεθανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι.

Sed & ille ipse Naso, qui in versibus quos modò citavi antiquitatem ludibrio habet, illam laudari solitam, alibi fatetur, quum dicit,

Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.

Et qui (obsecro) prisci seculi laus dissimulari posset, cujus ut rudis simplicitas iis quæ dixi verbis apud Græcos notata, ita vicissim probitas & fides consuetudine Latini sermonis celebrata fuit ille demum antiquis est adolescens moribus, inquit Plautus. Homo antiqua virtute ac fide, inquit Terentius. Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent, inquit Cicero. His autem loquendi generibus materiam non alios quàm poetas præbuisse verisimile est: sed hi quàm angustis spatiis tempus illud circunscribant, vel ex his Juvenalis versibus patet,

Antiquum & vetus eſt alienum Poſthume lectum
Concutere, atq; ſacri genium contemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas,
Viderunt primos argentea ſecula mœchos.

Sed & ipſum Heſiodum longo intervallo argentei ſeculi mores ab aurei ſeculi moribus ſeparantem audimus. Dubium verò nemini eſſe debet quin aureo ſeculo argenteum, ut æreo ferreum poetæ ſubjunxerint, id ipſum exprimere volentes quod Horatius his verſibus cecinit,

Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Quam ſententiam ex hoc Arati loco mutuatus videri poteſt,

Οἷλυ χρύσειοι πατέρες ἠμελὼ ἐλίποντο
Χειροτέρῳ. ὑμεῖς ὃ κακώτερα πέξεσθε.

Hujus autem rei (meo judicio) non obſcura ratio eſt. quum enim poſteri ultra nequitiam ſuorum majorum, cujus hæredes relinquuntur, ſibi novam in dies comparent, nequiores evadere neceſſe eſt. Verùm (ſi ſeriò loquendum eſt) ne primum quidem ſeculum, vel potius ne primos quidem illos primi ſeculi homines nequitia caruiſſe, & ea vel maxima, ſacræ literæ nos Caini exemplo docent. Quò minus Romuli multis ſeculis poſterius factum in perpetranda itidem fratris ſui cæde, mirum videri debuit. Atque (ut huic ſermoni finem imponamus) priſcorum hominum majorem ſimplicitatem atq; adeo ruſticitatem fuiſſe, quàm probitatem, & aut nullo vitio aut ſola avaritia minus quàm nos laboraſſe, credibile eſt. At noſtrum ſeculum ſi auream ea vocari ratione non poteſt ob quam nomen id primo ſeculo impoſitum fuit, illa certè eadem ratio hanc appellationem ei vendicat, propter quam Naſo in his verſibus (nam eorum authorem illum eſſe potius quàm Propertium judico) eam ſuæ ætati tribuit,

Aurea ſunt verè nunc ſecula: plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.

Quibus adjicienda ſunt quæ apud Propertium ſequuntur,

Auro pulſa fides, auro venalia jura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

Adjiciendus ad hæc verſus, qui diſtichon illud *Aurea ſunt*, &c. præcedit,

Aurum omnes victa jam pietate colunt.

Verum enimvero non de illis (uti dixi) altè repetitæ antiquitatis admiratoribus loquor, qui, quæcunq; poetæ de ea ſomniarunt, vera eſſe in animum induxerunt. De quibus igitur? de iis qui ſuæ ætatis artifices, (præſertimq; pictores & ſculptores) necnon poetas, præ illis quos ſuperiores ætates tulerant, floccifaciebant. Nam quis vel ex Cicerone non didicit quanto ſtudio olim antiquæ operis tabulæ, ſigna, toreumata conquiri quanto pretio comparari ſolita fuerint?

Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo

inquit Horatius: ad quàm multos præterea eadem inſania & circa ſtatuas & circa res hujuſmodi laboraſſe putamus, perinde ac ſi cum Apelle & Zeuxide ars pingendi, cum Scopa, Myrone, Praxitele, ars ſculpendi ſive fingendi ſepulta eſſet? Nec verò aliunde quàm hinc ortum apud Latinos habuiſſe crediderim illa loquendi genera, Nihil antiquius mihi fuit, Nihil antiquius habui, Antiquiſſimum mihi fuit, aliaque hujuſmodi. Nam qui hæc ab ea quæ ſenili ætati debetur reverentia petita eſſe exiſtimant, aut falluntur, aut ego fallor. Quæ tamen origo voci Græcæ πρεσβύτερον meritò fortaſſe tribuatur: ſed vocabulum Antiquius, ut illi ſignificatione reſpondet, ita origine reſpondere, nequaquam dixerim. Et de artificibus quidem hactenus. Quod autem de poetis, dixi, vel ſolius Horatii querimonia nobis ſatis ſuperq; teſtatum reddet: in qua inter cætera hæc dicit,

Si meliora dies, ut vina, poemata reddit,
Scire velim pretium chartis quotus arroget annus
Scriptor ab hinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos vetereſq; referri debet, an inter
Viles atque novos

Similis autem cum alibi, tum lib. ſecundo Anthologiæ Græcorum epigramm. extat querimonia. Veruntamen ut hodie cantilenæ ſive cantica, quo recentiora, eo ſunt gratiora, ita jam Homeri ſeculo novitatem illa non vetuſtatem commendaſſe, ex his illius verſibus diſcimus,

Τῷ γὰρ ἀοιδὴ μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Cui ſubſcribens Thebanus Poeta dixit, Αἶνει παλαιὸν μὲ οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Ubi animadvertendum eſt negari à Pindaro quod Horatius ex vulgi ſententia affirmat.

SED quorſum hæc omnia? dicat aliquis. Nimirum ut propoſitis duobus hiſce hominum generibus, quorum unum nimis religioſos, alterum nimis irreligioſos oculos & aures ad antiquitatem affert, iis qui veterum hiſtoriarum lectores futuri ſunt, ut mediam quandam viam teneant, author ſim: ſic tamen ut veteres hiſtoricos (ſicut & poetas) dum legunt, illos ab eorum poſteris, tanquam magiſtros à diſcipulis, diſtinguendos eſſe meminerint. Nam ad hiſtorias quidem quod attinet, ſi verè illud dictum fuit, diſcipulum prioris eſſe poſteriorem diem, quin facta plurima quæ in poſterioribus hiſtoriis celebrantur, priores hiſtorias (id eſt facta quæ in illis commemorantur) tanquam exemplar ſibi propoſuerint, nemo (ut opinor) inficiari volet. Nam quis L. Tarquinium (ut unum aliquod in hiſtoria Græca celebre factum cum celebri in Romana facto comparem) in decutiendis ſummis papaveram capitibus Thraſybulum imitari voluiſſe neget? Imò verò ut hunc ille imitatus eſt, ita hiſtoricos Latinos in deſcribendo ejus facto Græcos imitari voluiſſe dicas. Ego verò ex Græcis Herodotum, ex Latinis T. Livium, deligens utriuſq; locum (nequid fingere videar) proferam. Herodotus igitur (ſi bene interpretor) hæc ſcribit, Præconem ad Thraſybulum Periander miſit qui ex eo ſciſcitaretur quis maximè tutus ipſi rerum ſtatus & ad exercendum in urbem ſuam imperium accommodatiſſimus futurus eſſet. Thraſybulus hunc à Periandro miſſum ſecum ex urbe educens, ſegetem ingreſſus eſt, eamq; perambulans, dum illum repetitis ſubinde ſuper ejus è Chorintho adventu interrogationibus compellaret, ut quamq; ſpicam ſupra reliquas eminere cernebat, retundebat: & poſtquam retuderat, projiciebat. donec quotquot in tota ſegete pulcherrimæ altiſſimæq; erant, hoc modo labefactavit. Quum autem univerſum prædium obiiſſet, præconem nullo dato conſilio remiſit. Reverſo deinde præcone, quum Periander Thraſybuli conſilium audire ſummopere cuperet, is nullum ſibi ab eo datum reſpondet: & ſe mirari addit qui illi in mentem venerit, ut ad talem virum eum mitteret, qui ita mente captus eſſet ut etiam ſuas ipſius res profligaret. Quæ dicens, ſimul quæ facientem Thraſybulum viderat, narrare cœpit. At Periander quum hujus facti mentem percepiſſet, & Thraſybulum ipſi de interficiendis civibus conſilium dare animadvertiſſet, mala omnia civibus ſuis inferre cœpit. Hactenus Herodotus, Livium nunc audiamus de ſexto Tarquinio ita loquentem, Itaq; poſtquam ſatis virium collectum ad omnes conatus videbatur, tum è ſuis unum ſciſcitatum Romam ad patrem mittit quidnam ſe facere vellet quandoquidem ut omnia unus ipſe Gabiis poſſet, ei dii dediſſent. Huic nuntio (quia credo dubiæ fidei videbatur) nihil voce reſponſum eſt: rex, velut deliberabundus, in hortum ædium tranſit ſequente nuntio filii. ibi inambulans tacitus ſumma papaverum capita dicitur baculo decuſſiſſe. Interrogando expectandoq; reſponſum nuncius feſſus, ut re imperfecta, redit, Gabios: quæ dixerit ipſe, quæq; viderit refert: ſeu ira, ſeu odio, ſeu ſuperbia inſita ingenio, nullam eum vocem emiſiſſe. Sexto ubi quid vellet parens, quòdve præciperet tacitis ambagibus, patuit, primores civitatis, criminando alios apud populum, alios ſua ipſos invidia opportunos, interemit. Hactenus & Livius. Quis autem hoc ea quæ dixi id eſt παραλλήλους πράξεις & παραλλήλους διηγήσεις non agnoſcit? Jam verò ſi fluviorum quos vidimus, fontes quoque videre juvat, cui non lectio veterum hiſtoriarum (à quibus aliqui in poſteriores ſive rivi ſive rivuli profluxerint) gratiſſima eſſe debet? Nam ut Homeri poeſin fontem appellat Naſo, (quum canit,

——à quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis)

ita ego Herodoti & Thucydidis ſcripta fontibus comparare, duab. de cauſis non dubitem. Una eſt, quòd ex illorum lectione præſtantiſſimos quoſque & bellica virtute clariſſimos viros prudentiam hauſiſſe, & de variis rebus gerendis vel non gerendis conſilium, tanquam ex oraculo certiſſimo petiiſſe, (felices, quos facerent aliena pericula cautos) atque adeo illorum facta non in ſimilibus tantum rebus imitatos eſſe, ſed interdum ad uſus alioqui diſſimiles

accommodaſſe, viriſimile eſt. Altera, quòd ex horum utroq; (ac præſertim ex Thucydide) omnes propemodum qui ſequuti ſunt hiſtoricos, cum alia tum varias ſcribendæ hiſtoriæ regulas derivaſſe, & horum ſcripta tanquam ideas illis ſcribentibus obverſatas fuiſſe, multa nobis argumento eſſe poſſint. Verùm quum iſta ſint ejuſmodi quæ multò faciliùs mente comprehendi quàm verbis explicari poſſint, quæ addi huc pertinentia poſſent, cogitanda relinquo. Hoc autem nequaquam ſilentio prætereundum cenſeo, veteres hiſtoricos (ſicut & poetas) ſi non ob aliud, ob eam certè reverentiam qua fictitium numen ſuum ſuaq; adulterina ſacra proſequuntur, digniſſimos eſſe quos revereamur. Hanc autem illorum reverentiam fateri cogentur quicunq; multa loquendi genera, quibus ſacræ literæ nobis Dei providentiam, & (ut theologica voce utar) omnipotentiam teſtantur, itidem ab illis uſurpata invenient: quæ contrà eorum poſteri neglexerunt. Duobus exemplis contentus ero: quis non, quum hæc verba audit, Deus in cor meum immiſit, Deus in manus meas illum tradidit, Davidem, vel Eſaiam, vel Jeremiam, aliúmve quempiam è ſanctorum Prophetarum numero, potius quàm Homerum vel Heſiodum aut alium poetam loquentem audire ſibi videtur? At ego & hæc & alia loquendi genera Herodoto veteri hiſtorico cum veteribus illis poetis dico eſſe communia: ut omittam quæ præterea ore Chriſtiano itidem digniſſima ſibi habet ille peculiaria, quæ quoniam ut omnino impietatis, ita mendacii ſuſpicione aliqua eum ex parte liberare poſſe videntur, non omittenda, ſed alii loco ſervanda judico: atq; hactenus in gratiam & laudatorum & virtuperatorum antiquitatis, ex multis pauca præfatus, ad ipſum diſputationis caput venio.

QUUM in legendis hiſtoriis duo conſideranda ſint, quæ narrantur & à quo narrentur. prius de eo qui hæc memoriæ prodidit, nobis dicendum eſt. Herodoti fabuloſitatem ita omnibus omnium ſermonibus fuiſſe jam olim jactatam. ut in proverbium propemodum abierit, quis eſt qui neſciat? Sed quod hodie in multis experimur, idem plurimis ſuperiorum ſeculorum hominibus uſuveniſſe credibile eſt, ut aliena fide illum mendacii arguerent: quippequi ne librorum quidem ejus titulum unquam niſi per tranſennam aſpexiſſent, ſed aliorum à quibus lectos eſſe credebant, judicio ſtandum ſibi eſſe exiſtimarent. Verùm ut hujuſmodi hominum voces olim exibilari potius quàm refelli ſolitas veriſimile eſt, quippe qui temerariam ſuam credulitatem impudentiamque prodentes, non Herodoti ſed ſuam ipſorum famam læderent: ſic & hodie ſimilem impudentiam ſimiliter exibilandam explodendamque potiùs quàm argumentis ullis confutandam cenſeo. Quare hos miſſos faciens, illos compellabo, qui Herodotum non ſemel, ſed ſæpius, non ejus partem ſed opus integrum, non oſcitanter, ſed ſumma cum attentione volverunt. Ac primum ex illis ſcire velim utrum Herodotus prudens ſcienſque, an imprudens mentiatur. Illum prudentem ac ſcientem mentiri, ſi reſpondebunt, mendacii ipſimet ex ejus ſexcentis locis convincentur. Si enim mentiri propoſitum illi eſſet, cur quoties aliquid commemorat quod perſpectum exploratumque non habet, hac de re nos admonet? cur tot locis tam ſolicitè ſe excuſat? Aut quid hæc, Ut audivi, Ut narrant, Ut aiunt, addere paſſim attinebat? Aut quid horum quidem ſe teſtem eſſe oculatum, at illorum teſtem auritum duntaxat, fateri neceſſe erat? ut in Euterpe, μέχρι μὲν τῆς Ἐλεφαντίνης πόλιος αὐτόπτης ἐλθὼν, τὰ δ' ἀπὸ τοῦδε ἀκοῇ ἤδη ἱστορέων. Sed & ſæpe de rebus ſibi dubiis ſcribens, neſcire ſe quàm veræ ſint illæ, ſed quæ ab aliis referantur, narrare, & penes eos fidem eſſe velle dicit. Atque adeo in Polymnia, hoc ſuum eſſe in univerſo opere conſilium pronuntiat, ut ſibi commemoranda quæ ab ab aliis acceperit, non item omnino ſibi credenda eſſe cenſeat, ἐγὼ δὲ, inquit, ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαι δὲ μοὶ οὐ παντάπασιν ὀφείλω. καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον. Ac ne his quidem contentus ſæpe etiam ſuſpicionem lectoris prævenit, & hoc vel illud narrari quidem, ſed veriſimile ſibi non fieri profitetur. ut quum in Clione ſcribit, φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι, ἐμοὶ μὲν ἃ πρὸς λέγοντες, τὸν θεὸν αὐτὸν φοιτᾶν. &c. Sic in Terpſichore dicit, ἐμοὶ μὲν ἃ πρὸς λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ. At multis locis hanc admonitionem non attexit, in quibus videtur eſſe neceſſaria. Nimirum tibi neceſſaria videtur, at illi contrà ſupervacaneam (quippe cui ſui dicti ratio conſtaret) viſam fuiſſe, perſuaſum habeo. Atq; hanc meam opinionem confirmat (ni fallor) iſte Clionis locus, in quo Babylonici ſoli fertilitatem exponens, ſcribit, In quam autem altitudinem miſlium & ſeſamum arboreſcant, etſi probè norim, tamen id non referam: quum certò ſciam, iis qui nunquam Babylonicam regionem adierunt, quæ de fructibus dicta ſunt, plane incredibilia videri. Meam, inquam, opinionem confirmat (ut opinor) hic locus, ut enim de his tacere voluit quòd fidem impetratura non crederet, quidni de illis quoq; tacuiſſet, ſi fide majora fore putaſſet: aut aliquo ſaltem verbo, ut aliis in locis ſuſpecta ſibi eſſe teſtatus eſſet? Quid quòd comperta ſibi aliorum mendacia diſſimulare non poteſt, ut cum in Euterpe, tum alibi apertè oſtendit? Atqui mendacia exagitare, nequaquam ejus qui mendaciis gaudeat, eſſe videtur. Ac primum quidem hoc ſit φιλαληθείας Herodoti argumentum. Secundum eſſe poſſit, quòd non, ut alii pleriq; hiſtorici, quæ vel à dicendo vero eum deterrent, vel ad mentiendum impellerent, habuerit. Cui enim illum aſſentari voluiſſe, aut quòd aſſentationis præmium ſibi propoſuiſſe dicemus? Adde quòd aſſentari & παῤῥησίαν amare, velut ex diametro inter ſe pugnent: quam tamen illum amaſſe,

cum

cum ex aliis locis, tum ex hoc in Polymnia deprehendimus, Hîc ego, quòd ſentio & verum mihi videtur, non diſſimilabo: licet ejuſmodi eſſe ſciam quod mihi invidiam apud multos conflare poſſit. Atenim quorundam encomia ſuæ hiſtoriæ inſeruit. Id quidem fateor: ſed & rara & nullam aſſentationis ſpeciem præ ſe ferentia eſſe dico. nec quicquam aſſentatorium vel in Polycratis laude in Thalia, vel Bogis aut Cadmi in Polymnia, agnoſco. Remoto autem aſſentationis ſtudio, quid ei lucri fuiſſet (ut ille apud comicum loquitur) nos fallere? Eſto tamen, aliquos hiſtoriæ ejus locos criminis illius ſuſpectos nobis eſſe: at quis eam ſaltem partem quæ non res geſtas, ſed varios hominum variorum mores ac ritus deſcribit, (quæ potiſſimùm calumniis obnoxia eſt) ſuſpicione hujuſmodi non liberet? Tertium argumentum (niſi quis conjecturam vocare malit) ex magna hominis circa ſuum numen ſuaq; ſacra obſervantia peti poſſe dixerim, quam & paulò antè attigi. Multæ enim ſententiæ ſive γνῶμαι tum quas aliis locis adhibuit, tum quas narrationibus vel præfixit, vel tanquam corollaria adjunxit, tanta illum pietate præditum fuiſſe teſtantur, quanta in hominem Chriſtianæ religionis ignarum cadere poteſt: imò verò ea & divina potentia providentiaque ſenſiſſe quæ Chriſtianum ſentire & deceat & oporteat. Hujuſmodi ſunt hæc in Thalia, SED profectò providentia Dei, pro ſua ſapientia, quæcunque animalia meticuloſa & eſculenta ſunt, valde fœcunda reddidit, ne aſſiduo eſu abſumpta deficerent: at quæcunque improba & pernitioſa, parum fœcunda. At hinc fit ut lepus, &c. Conſideremus & hæc ex Polymnia, VIDEN' ut Deus animalia prægrandia fulmine feriat, eorum faſtum non tolerans: at puſilla ne videlicet quidem? Viden' ut in editiſſima quæque ædificia & in celſiſſimas quaſque arbores tela hæc ingruant? Gaudet enim Deus quæcunque eminent, deprimere. Unde etiam contingit ut ingens exercitus ab exiguo profligetur: Deo videlicet illis quorum inſolentiam exoſam habet, terrorem aut fulmen immittente: ita ut ſuperiores eorum ſucceſſus exitus exitiales habeant. Magnificè enim de ſe ſentire nemine commune ſecum eſſe ſinit Deus. Quid, obſecro, de divina potentia divinius iſtis dici potuit? Heſiodeam illam γνῶμην laudibus omnes efferunt,

Ῥέα μὲν γὰρ βεβάει, ῥέα δ' ἔβεβήκοντα χαλίπτει,
Ῥεῖα δ' ἀείζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει.
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγλωώεσσα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Quem imitatus Horatius dixit.

———valet ima ſummis Mutare, & inſignem attenuat Deus,
Obſcura promens,

Et meritò quidem certè illam veteris poetæ ſententiam laudibus extollunt: ſed quanto tamen ulterius progreditur hic noſter hiſtoricus? Jam verò gnomen illam quæ Deo vindicem oculum tribuit, quot nobis exemplis confirmat? vel potius, quot locis eam tanquam in ſpeculo intuendam proponit? Primùm quæ de Pheretima narrat, & verba quibus narrationem ſuam claudit, audiamus: ac quoniam eſt valde memorabilis, eam à capite ipſo arceſſamus, diſperſa ejus membra in unum corpus colligentes. Erat hæc Pheretima Batti claudi Cyrenes regis uxor. hic Arceſilai filius erat; quem Cyrenes regnum tenentem, dum morbo laboraret, frater Aliarchus ſtrangulaverat: iſq; viciſſim ab illius uxore cui nomen Eryxo, ex inſidiis interfectus fuerat. Batto hoc mortuo, Arceſilaus quem is è Pheretima ſuſtulerat, regni hæres relinquitur: ſed quum orta inter hunc & populum ſeditione, factio populi ſuperior evaſiſſet, Arceſilaus Samum, Pheretima ejus mater Salaminem profugit, & ab Elelſhone, imperium ejus obtinente, exercitum à quo unà cum filio Cyrenen reducatur, petit. At Elelthon quidvis potius illi quàm exercitum dabat. Illa, quicquid dabatur accipiens pulchrum quidem & id eſſe dicebat, ſed pulchrius futurum eſſe ſi ipſi quem petebat exercitum daret. Atque hoc reſponſo donum unumquodq; proſequebatur. Tandem verò Elelthon ei fuſum aureum, & colum cui circumpoſitum ſtamen erat, dono miſit. Quum autem iiſdem quibus prius verbis inter accipiendum hoc munus uſa eſſet, tunc Elelthon ſe talia fœminis non exercitum donare dixit. Arceſilaus autem interea Sami agens exercitum coegit, à quo quum Cyrenen reductus, & in antiquum ſtatum reſtitutus eſſet, magnam in ſuos ſævitiam exercuit: ob quam ſibi metuens quum ad Alacerem Barcæorum regem ſocerum ſuum ſe contuliſſet, à Barcæis quibuſdam, quibus ſe nonnulli Cyrenæi exules adjunxerant, in foro interfectus fuit: ejuſq; cædem mox Alazeris ſoceri cædes ſequuta eſt. At Pheretima, tantiſper quidem dum Arceſilaus filius Barcæ ageret, ejus gradum apud ſuos cum aliis in rebus, tum in præſidendo ſenatui tenebat: ſed ubi filium Barcæ interemptum audivit, fuga ſe in Ægyptum proripuit: atque ibi Aryandem (quem Cambyſes Ægypto præfecerat) ſupplex rogavit ut vicem ſuam ulciſceretur, hoc prætextu utens, quod filium ſuum, quia Medorum partibus favebat, interfectum diceret. Quum Barcem perveniſſent quos exoratus Aryandes ex

Ægypto

Ægypto miſerat, eamq; urbem vi capere fruſtra conati, fraude cepiſſent, Pheretima ex Barcæis eos qui perpetrandæ cædis principes fuerant, crucibus per ambitum murorum ſuffixit: eorum autem uxoribus mammas amputavit, quibus eoſdem muros tanquam notis quibuſdam interpunxit. Cæteros Barcæos Perſis diripiendos reliquit, præter eos qui Battiadæ & affines cædis non erant: his autem urbis gubernacula tradidit. Hactenus de Pheretimæ facto. nunc animadvertere operæpretium fuerit, quòd huic narrationi (interjectis tamen nonnullis) corollarium. librum claudens, attexat. At Pheretima (inquit) ne ipſa quidem mitem vitæ exitum habuit, quumprimum enim è Libya, Barcæos ulta in Ægyptum rediit, miſerabilem mortem obiit. viva enim vermibus ſcatere cœpit, à quibus corroſa fuit. Nempe homines tam atrocibus vindictis invidiam ſibi apud deos conflant. Hactenus de Pheretima. Ad Hermotimum eunuchum veniamus. ſcriptam enim de illo hiſtoriam religio mihi eſſet ſilentio præterire. Hermotimo, inquit, amplior illatæ ſibi injuriæ, quàm ulli unquam mortali (quod ſciam) contigit ultio. Is ab hoſtibus captus & venalis à Panionio quodam Chio emptus fuerat, qui ex ſceleſtiſſimo facinore quæſtum faciebat, quoſcunq; enim nanciſci poterat formoſos pueros, caſtrabat, moxq; Sardis aut Epheſum abductos magna pecunia vendebat. Barbaris enim eunuchi in pretio ſunt, quòd iis majorem quàm aliis fidem in rebus omnibus habendam putant. Ex eorum autem numero quos caſtraverat Panionius, erat Hermotimus: cui felici ſorte contigere ut cum aliis donis Sardibus ad Xerxem mitteretur: temporis autem progreſſu primum inter eunuchos locum apud illum obtineret. Quum autem rex Perſicas copias in expeditionem adverſus Athenas educens, Sardis perveniſſet, tum Hermotimus negotii ejuſdam gratia quum in Myſiam regionem deſcendiſſet, quæ à Chiis incolitur, Atarneus dicta, hîc Panionium offendit. Quem agnitum quum blandè compellaſſet, & primùm quidem ei expoſuiſſet quanta bona ejus opera conſequutus eſſet, deinde verò magnam ſe illius meriti gratiam relaturum promiſiſſet, ſi cum ſuis liberis illuc commigraret, ei ut id faceret perſuaſit. Poſtquam verò eum in poteſtate habuit, quippe qui cum liberis & uxore illuc commigraſſet, his eum affatus eſt verbis, O qui præ omnibus mortalibus è ſceleſtiſſimo facinore quæſtum feciſti, quid de te ego aut meorum majorum quiſpiam, de te inquam vel aliquo tuorum commeruimus, propter quod me ex viro nihil eſſe feceris? Nempe deos tuas illas artes ignoraturos ſperabas: at te rem adeo injuſtam auſum, juſto ipſi contrà judicio in manus meas compulerunt, ut tantas, quantis dignus es pœnas mihi dares. Quæ dum Panionio exprobrantur, adductis in conſpectum quatuor filiis, eorum amputare genitalia coactus fuit: quod quum illis feciſſet, ad idem ei viciſſim faciendum addacti ipſi fuerunt. Ita Hermotimo adverſus Panionium divinæ ultionis vices adjutrices fuerunt. Quid quæſo hîc legimus quod ore Chriſtiano ſonari non mereatur, ſi tantum pluralem deorum numerum in ſingularem vertamus? Sed & in Euterpe quàm pulchrè ab eo dicitur magnorum ſcelerum magnas immitti à diis ultiones? τῷ δαιμονίῳ παραστάζοντα. ὅκως παντελεθρίῃ ἀπολόμενοι, καταφανὲς τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποισι ποιήσωνται ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν. Illis autem verbis quibus ſuum de Hermotimi ultione ſermonem finit, conſona ſunt (ſi ipſum etiam loquendi genus ſpectemus) hæc quæ in Thalia habentur, χρόνῳ δ' οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Ὀρσίπεα Πολυκράτεα τίσιες μετῆλθον. dixerat enim illic, Πανιώνιον μὲν νῦν ὕτω δεῖ λέγειν ὅτι τίσις καὶ ὁ Ἑρμότιμος. Sed & τίνειν δίκην τινὶ interdum dicit, ut in Eratone, οὐ μὴν ἐδὲ Λυσιχίδης κατηγήσατο ἐν Σπάρτῃ, ἀλλὰ τίσιν τοιήνδε τινὰ Δημαρήτῳ ἐξέτισε. & in eodem libro de Cleomene, cujus inſaniam vindictæ divinæ imputat, ἐμοὶ δὲ δοκέει τίσιν ταύτην ὁ Κλεομένης Δημαρήτῳ ἐκτίσασθαι. In Calliope autem δίκην τοῦ φόνου τοῦ Λεωνίδεω ἐκ Μαρδονίου dicit. Huc etiam pertinet vocabulum μείλιξις, ut quum ſcribit in Polymnia τοῖσι δ' ὦν Λακεδαιμονίοισι μείλιξις κατέσκηψε Ταλθυβίου τοῦ Ἀγαμέμνονος κήρυκος. & paulo pòſt, ὅτι μὲν δὴ κατέσκηψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μείλιξις, &c. in quo etiam loco obſervatione digniſſimum eſt quod tradit de ſcelere quod in filiis authorum ejus Deus vindicaverit. Frequens eſt illi uſus & vocis χρεών, ſive ἐδόκει (pro ἔδει, quod & ipſum apud eum extat) de eo quod ut à Deo decretum fuerit, ita fieri oportuerit & neceſſe fuerit: ut non procul à Cliûs initio. χρεὼν δὴ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς Et circa finem Calliopes, κακῶς δὲ ἔδοξε πανοικὶῃ γενέσθαι. Et in Terpſichore, οὐ γὰρ ἔδοξε τούτῳ τῷ χώρῳ Ναξίους ἀπολέσαι. In eadem ἔδει δὲ ἐκ τοῦ Ἡετίωνος γόνου Κοίνθῳ κακὰ ἀναβλαστεῖν. Item in Eratone, δεῖν δὲ Μιλτιάδεα τελευτᾶν μὲν εὖ. Nec verò mihi dubium eſt quin Livius imitari Herodoteum iſtud loquendi genus volens, (ut antea dixi à veterib. hiſtoricis poſteros multa mutuatos eſſe) non procul à primi libri initio ita loquutus ſit, Sed debebatur, ut opinor, fatis tantæ origo urbis, maximiq; ſecundum deorum opes imperii principium. Quod ſi hujus χρεὼ vel ἔδοξε explicationem quærimus, eam nobis ejuſdem Herodoti Calliope ſuppeditabit, Hoſpes, inquit, quod à Deo contingere oportet, homo nulla ratione avertere à ſe poteſt. quoniam ne veriſimilia quidem dicentibus quiſquam auſcultare vult. Sed narrationem à qua dictum illud pendet, audiamus. Dum autem, inquit, hac in re occupati ſunt barbari, Attaginus Phrynonis filius. vir Thebanus, convivio magnificentiſſimè inſtructo,

inſtructo, Mardonium ipſum, & quinquaginta eorum qui cum illo erant honoratiſſimos, excepit. Secundum cœnam Perſa quidam Therſandrum Orchomenium cujas eſſet interrogavit: queri ubi Orchomenium eſſe accepit, Quoniam, inquit, te mihi menſæ & libaminum conſortem eſſe contigit, tibi ſententiæ meæ mnemoſyna relinquere libet, ut & ipſe eorum quæ impendent præſcius, tuis rebus conſulere poſſis. Vides Perſas qui hîc epulantur, & exercitum quem ad ilumen caſtra habentem reliquimus? Ex hoc univerſo numero non multo pòſt perpaucos videbis ſuperſtites. Atque his verbis multas lacrymas ille miſcebat. Quæ quum admiratus Therſander dixiſſet, Nónne Mardonio hæc ſignificanda ſunt, & Perſis qui ſecundum ab eo locum obtinent? tum ille ſubjecit, Hoſpes, quod à Deo contingere oportet, homo à ſe arte nulla depellere poteſt. ſiquidem ne veriſimilia quidem dicentibus fidem quiſquam adhibere vult. Atqui adeo ex Perſis multi quamvis hoc ſciamus, ſequimur neceſſitate conſtricti. Ex his, (ſicut & ex aliis quæ antè attuli) quæ fuerit noſtri hiſtorici pietas, patere ſatis arbitror. quamvis enim hæc poſtrema verba non in ſua ſed in Perſæ cujuſdam perſona proferat, (cui eum illa nequaquam affingere dixerim) illi tamen aliqua ex parte adſcribi poſſunt: quòd ſic ea commemoret ut illis ſe aſſentiri planum faciat. Reliquum eſt ut ſcrupulum, quem animis aliquorum injicere potuit vocabulum τύχη, eximam. Nam quomodo (dicent nonnulli) huic quem prædicas pietati conſentanea ſit illa τύχης appellatio, quæ quum apud vetuſtiſſimos ſcriptores rarò, apud Homerum autem nunquam reperiatur, hic contrà illi eventus rerum imputat? Qui fortunam conſtituit, nónne is providentiam tollit? Hoc ego ſanè fateor: ſed τύχῃ illis in locis vulgarem fortunæ ſignificationem habere nego. Alioqui enim quomodo adderet θεία cum τύχη? ut in Melpomene, τὰς δὲ οἱ ἵπποι τὰς ἀπὸ τῦ ἅρματος νεμομένας ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ ἀφανισθῆναι θείῃ τύχῃ. Et in Terpſichore, ἡ λαβόντα τῶν ἀνδρῶν θείῃ τύχῃ περιγένεσθαι τὸ παιδίον. Hic enim θείῃ τύχῃ nihil aliud ſonat quàm θείῃ μοίρᾳ, & quod vernaculo ſermone dicimus, *Ainſi que Dieu voulut.* Quod illa etiam verba Calliopes indicant, εἶτα κληδόνος εἵνεκα θέλων πυθέσθαι, εἴτε κατὰ συμβολήν, θεῶν ποιεύντων. Illæ porrò Gallicæ voces aliud loquendi genus in memoriam mihi revocant, quod quum ineptum alioqui judicetur, magnam tamen cum iſto Herodoteo habet affinitatem, atque adeo tantam ut ejus videri poſſet ἀπόγονον. Ita enim loquitur ſæpe apud nos vulgus, *O eſt fortune: Dieu le veult.* Quàm multas autem alias habeat hic ſcriptor dicendi formulas ſibi magna ex parte inter Græcos ſcriptores peculiares, ac quæ ſermoni noſtro cum eo ſint communes, alius erit aliquando dicendi locus. Ad θείῃ τύχῃ revertor, & hoc addo, interdum etiam θεῖον πρῆγμα vocare Herodotum τὸ θείῃ τύχῃ συμβάν. ut quum in Eratone dicit, ὁρέων δέ με καταμυμνυμένου ὁ Ἀρίσων, ἔμαθε ὡς θεῖον εἴη πρῆγμα. Et in Polymnia, δῆλον ὧν μοι ὅτι θεῖον ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τοῦ μαντηίου. Dixerat autem paulo antè, τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι. Sed & in Calliope legimus, δῆλα δὴ πολλοῖσι τεκμηρίοισι ἐστὶ τὰ θεῖα τῶν πρηγμάτων. In quo etiam loco nobis obſervandum eſt quod & alibi dicit, nimirum divinitus ſigna malorum futurorum hominibus ſolere dari. ut in Eratone, φιλέει δέ κως προσημαίνειν εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνει ἔσεσθαι. Rurſus in eodem libro, καὶ τοῦτο μὴν κατέρχεται ἀνθρώποισι τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν ἔφηνεν ὁ θεός. Verum enimvero quas hactenus recenſivi Herodoti pias ſententias dum mecum repeto (ut tandem huic ſermoni finem imponam) hic animum meum percellit metus, ne cum profana illa muliere regina Sabæ profanus Herodotus, & cum Herodoto cæteri profani ſcriptores quibuſcunq; adeo ſacra dicta eruperunt, nos in illo extremo judicii die reos peragant, qui quum Chriſto unico veræ religionis duci, nomen dederimus, & cognomen ab eo acceperimus, profanius plerunq; & ſentimus & loquimur & ſcribimus. Sed quoniam non hoc in præſentia quæritur, quàm pius, ſed quàm verax fuerit Herodotus; quod initio hujus ſermonis dixi, iterum dico, tertium φιλαληθείας Herodoti argumentum ex hac ejus pietate (meo judicio) poſſe duci. Quis enim rationi conſentaneum eſſe dicat, ut qui tam pius, idem tam improbus etiam fuerit, ut ſciens prudenſque, nulla ſpe aut lucri aut alius commodi propoſita, lectoribus imponere planeq; eos ludificari voluerit? Niſi fortè eum aliquis, quantum eſſet inter hiſtorici & poetæ officium diſcriminis, & veritatis lucem eſſe hiſtoriam, neſciviſſe arbitratur: unde incomperta pro compertis, ficta pro factis, falſa pro veris commemorare, adeo religione non habuerit, ut ſuum etiam nomen (ne poſteritas illorum mendaciorum authorem ignoraret) operi ſuo præfixerit. Imò verò vel hinc, id eſt è præfixo operi nomine, quartum φιλαληθείας ejus argumentum peti poſſe crediderim: quod tamen non tanquam neceſſarium, ſed potius tanquam ex abundanti cæteris additum exiſtimari volo. Cæterum cogitanti aliquando mihi quid fidem Herodoti & cæterorum priſci ſeculi ſcriptorum tantopere ſuſpectam multis reddat, ratio illa occurrit, quòd ut bonam eorum partem qui res à ſe longinquis in regionibus viſas aut auditas narrant, mentiri ſuſpicamur quaſi locorum longinquitas ad hoc audaciores reddat: ita etiam non paucis dubia ſit illorum hiſtoricorum fides, quaſi temporum longinquitate (quæ rerum memoriam propè obliterarit) freti, fabulas pro hiſtoriis obtrudere nobis non dubitent. Atqui eos quorum animis inſidet hæc

ſuſpicio,

ſuſpicio, quantum inter hæc duo ſit diſcrimen, animadvertere decebat. locorum enim longinquitas eadem ſupermanet, at temporum non item. atq; adeo multæ res geſtæ quàm longè à noſtris temporibus abſunt, tam propè ab eorum temporibus qui eas memoriæ prodiderunt, abfuere. Et hactenus quidem iis qui Herodotum conſultò mentiri perſuaſum habent, reſponſum ſit.

At qui Herodoto propoſitum quidem non fuiſſe mentiri, ſed mentitum tamen eſſe arbitrantur, dum incomperta pro compertis (ut modò dixi) commemorat, & ſuam interdum fidem de iis quæ audierit, non ſecus ac de iis quæ viderit, obſtringit, reſpondeant velim ad hoc, Herodotum illa comperta non habuiſſe, id verò unde ipſi compertum habeant. Si enim ſe hinc conjecturam facere dixerint quòd aliis quibuſdam repugnantia tradat, ecqua tandem ipſi certiore antiquitatis cognitione freti, Herodotum mendacem, cæteros veraces eſſe pronuntiare audebunt? & quam tandem ad normam eas quæ de rebus priſcis extant ſcriptiones dirigendas cenſebunt? Quòd ſi fortè Herotodum fabuloſitatis reum agi poſſe exiſtiment hoc uno nomine quòd eorum fidem ſuperent quæ narrat: at non protinus quæ fidem apud illos excedunt, apud omnes fidem exceſſura putanda ſunt. Demus tamen ea eſſe ejuſmodi quæ fidem apud nullum mortalium impetrent, an quia eam non impetrant, eam non mereri dicemus? Quæ nova eſt iſta dialectica, per quam nobis ita colligere liceat, ut quod veriſimile non eſt, ne verum quidem eſſe poſſit? Quæ porro eſt iſta in hiſtoricos tyrannis, ut ſi res ab illis ſcriptas credere nolimus, eos noſtræ incredulitatis (liceat hoc uti verbo) præſtare culpam velimus? Quæ tamen ego dum ſcribo, non ſum neſcius Joſephum in hac altera opinione fuiſſe, nimirum ut diceret Herodotum in mendacio quidem ſibi non placuiſſe, ſed ſuam illi credulitatem, mentiendi, occaſionem dediſſe. Sed ego quam modò ab aliis exegi normam ad quam priſcæ hiſtoriæ dirigantur, ab eo quoq; exigere non dubitarim.

NE TAMEN dum alios nimis incredulos eſſe quæror, nimiùm ipſe credulus habear, quibus nitens aut argumentis aut exemplis, non temerè derogandum eſſe antiquis hiſtoriis fidem contendam, exponere decrevi. Quæcunq; leguntur apud hiſtoricos miracula, ea vel ipſius naturæ rerum, vel humanarum actionem eſſe, nemo (ut opinor) negaverit. Nam ſiquid hæc vel illa regio aut prorſus inauditum, aut inauditæ certè magnitudinis vel contrà parvitatis producit, id naturæ: ſiquid ab hominibus mirabile proficiſcitur, id humanæ actionis miraculum voco. Primùm igitur (ut terræ fruges omittam) quot animalium genere ſumma admiratione digna deſcribunt hiſtorici, quæ aut non habemus omnino aut certè forma & magnitudine plurimùm ab illis differentia? Ne longè abeamus, ad homines, omnium animalium præſtantiſſimum nobiliſſimumq; genus, veniendum eſt. Quales nobis paſſim gigantes, quales viciſſim Pygmæi deſcribuntur? Quid? an quòd neutros viderimus, neutros eſſe aut fuiſſe dicemus: Atqui ad gigantes quidem quod attinet, qui fabuloſos eſſe illos dixerit, (ut omittam multa eorum extare paſſim oſſa) non profanos tantùm, ſed & ſacros libros fabuloſitatis inſimulaverit. Pygmæos autem ſi eſſe aut fuiſſe negabimus, non ſolùm magnæ externorum ſcriptorum turbæ, ſed & noſtris ipſorum oculis fidem derogabimus: quid enim aliud ſunt qui paſſim ſpectantur nani quam Pygmæi, aut certè ex Pygmæis oriundi? Cur autem ſi naturam (id eſt naturæ opificem) omnipotentem eſſe credimus, homines à nobis & forma & magnitudine variè differentes creare olim potuiſſe & hodie quoq; poſſe non credemus? Jam verò & hoc circa hominem (antequam ab eo digrediatur oratio) diverſum naturæ opus conſideremus. Ea nunc fœtum utero mulieris per novem duntaxat menſes includit: an igitur Herodoto, ex cujus hiſtoria quædam, fœtus utero muliebri plerunq; decem menſium ſpatio includi ſolitos colligimus, fidem derogabimus? Atqui ut taceam, ne veriſimile quidem eſſe, longam eum hiſtoriam ad inſerendum illi tale mendacium confinxiſſe, quicunq; vel Herodoto vel alii cuilibet hoc narranti fidem derogat. & fieri poſſe negat, nónne is eadem opera fidem divinæ potentiæ derogare putandus eſt? Verùm ut ad divinam uſq; potentiam non progrediamur, qui hîc mendacii Herodotum accuſant, quàm multos in crimen trahant, oſtendemus: ſi prius illam hiſtoriam paucis perſtrinxerimus. hæc igitur ſunt ejus verba, de tertia uxore Ariſtonis regis Lacedæmoniorum loquentis, Nondum autem elapſo decem menſium ſpatio mulier iſta hunc Demaratum Ariſtoni parit. At is in ſolio ſuo cum ephoris ſedens, nuntium de nato ſibi filio ſimulatq; accepit, temporis quo uxorem duxerat, memor, ſubducto in digitos menſium numero, hunc, filium ſuum non eſſe, jurejurando affirmavit. Quod quum audiſſ. &c. Aliquanto pòſt narrat iſtum hujus mulieris ad filium ſuum ſermonem, Quod autem præcipuè objiciunt tibi inimici, ipſum Ariſtonem, quum ei te natum eſſe nuntiatum eſt, multis audientibus eſſe te ſuum negaviſſe, quippe quòd exacti nondum decem menſes forent, nimirum ut talium rerum imperito hæc verba exciderunt. Mulieres ſiquidem nono etiam atq; adeo ſeptimo menſe pariunt: nec omnes decem menſium ſpatium implent. Ego verò te, fili, ſeptimo menſe peperi. Hactenus Herodotus: ex cujus narratione elici quod dixi, apertius eſt, quàm ut ullam dubitationem relinquat. Supereſt igitur ut illos proferam quos in crimen trahi neceſſe ſit ab iis qui Herodotum mendacii hîc inſimulabunt. A Plauto ſumam initium, in cujus Sticho leguntur hi lepidiſſimi verſus.

Famem

Famem fuiſſe ſuſpicor matrem mihi:
Nam poſtquam natus ſum, ſatur nunquam fui.
Sed quam ego matri meæ refero invitiſſimus,
Ea mihi nunquàm retulit mater gratiam.
Nam me illa in alvo menſes geſtavit decem,
At ego illam in alvo geſto plus annos decem.
Atque illa puerum me geſtavit parvulum,
Quo minus laboris illam cepiſſe exiſtumo:
At ego non pauxillulam in utero geſto famem,
Verùm hercle multo maximam & graviſſimam.
Uteri dolores mihi oboriuntur quotidie.
Sed matrem parere nequeo, neſcio quomodo.
Audivi ſæpe hoc vulgò à multis dicier,
Solere elephantum gravidam perpetuos decem
Eſſe annos: ejus ex ſemine hæc certò eſt fames.
Nam jam complures annos utero hæret meo.

Idem poeta in Ciſtellaria,

O—tum illa quam compreſſerat,
Decum pòſt menſe exacto hic peperit filiam.

Extant & Cæcilij ſuper hac re verſus, in Plotio,

Inſoletne mulier decimo menſe parere?
Pol nono, etiam ſeptimo atque octavo.

Quæ ſcripſiſſe fertur, hæc Menandri verba in ejuſdem nominis fabula ſequutus, γυνὴ κεῖ δεκάμηνος. Audiamus & Pomponium in Hirnea,

Pappi decimus menſis eſt quum factum eſt: ita fit, ita ſemper ſolet:
Decimo menſe demùm turgens verminatur, parturit.

Ac ne ex uno poetarum genere teſtimonia proferamus, quis non illius Virgiliani verſus recordatur?

Matri longa decem tulerint faſtidia menſes.

quis non illorum Propertij?

Non non humani ſunt partus talia dona:
Iſta decem menſes non peperere bona.

Sed quoniam dubiæ ſunt itidem fidei poetæ, (qui tamen in iis quæ ad rerum naturam pertinent, veraces eſſe ſtuduerunt) ne videar τὸ ζητούμενον σωαρπάζειν, ad Hippocratem, Ariſtotelem, Plutarchum, lectorem remittam, qui non ſolùm decimo menſe, ſed undecimo etiam, partus edi ſcripſerunt. Sed horum partuum exempla etiam ex Plinio, viro in hujuſmodi rerum indagatione diligentiſſimo, proferre libet, Veſtilia C. Herdicij (inquit) ac poſtea Pomponij atq; Orfiti clariſſimorum civium conjunx, ex his quatuor partus enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suillium Ruffum undecimo, Corbulonem ſeptimo, utrunq; Conſulem: poſtea Cæſoniam Caij principis conjugem, octavo. Hactenus Plinius. His autem exemplis quin & alia ex hoc noſtro ſeculo petita poſſint addi non dubito. Ad me certè quod attinet, honeſtiſſimam matronam Pariſiis audivi, in frequenti cœtu, puerum quem oſtendebat, undecim menſes à ſe in utero geſtatum affirmantem. ex certiſſimis enim ſignis (quæ mulieribus ſæpiùs enixis cognita ſunt) conceptus tempus compertum ſe habuiſſe. Quæ quum ita ſint, crudelem quorundam jariſconſultorum incredulitatem (hoc uti verbo cogor) mirari ſubit, qui pueros poſt certum & à ſe præſcriptum diem ex utero materno prodeuntes legitimâ hæreditate fraudaverint. Scribit enim Ulpianus, Poſt decem menſes mortis natus non admittetur ad legitimam hæreditatem. De eo autem qui centeſimo octogeſimo ſecundo die natus eſt, Hippocrates ſcripſit, & divus Pius pontificibus reſcripſit, juſto tempori videri natum. nec videri in ſervitutem conceptum, quum mater ipſius ante centeſimum octogeſimum ſecundum diem eſſet mancipata. Hæc Ulpianus. Jam verò & Juſtinianus mulierem quandam, quæ undecimo poſt mariti mortem menſe pepererat, ſtupri damnat, quòd fœtum

tanto tempore utero includi, incredibile esse credat : & quam ipse forsan ejus liberis sua incredulitate injuriam facit, partui matris imputat. εἰκότως, inquit, οἱ παῖδες οἱ τῷ δαυμαςῷ τῆς μητρὸς τοκετῷ ψευδεσμῶσι τὴν γῦν περιαμαίαν τῆ παλαιὰς ἡξιῦν λαβεῖν δωρεάν. Imò verò tu fortasse Justiniane eos ψευδελίζεις, vel potius, ὑβελίζεις τῆ σῆ ἀπιςία, propter quam indicta causa illorum matrem damnas. Longè certè tuo judicio dissimile L. Papyrii Prætoris judicium fuit, qui secundo hærede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedit, quum mater partum se. XIII mensibus diceret tulisse: quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur. Enimvero postulare videtur hic locus ut miram quam tempus attulit circa rem hanc mutationem consideremus. Hunc enim Lacedæmoniorum regem Aristonem videmus, ob non elapsos decem menses, partum uxoris nolle agnoscere: quum hodie contrà elapsi illi justam maritis occasionem non agnoscendi uxorum partum, atq; adeo suspectam habendi illarum pudicitiam, præbere videantur. Atq; ut generalem huic sermoni clausulam imponamus quicunque quid sit ratiocinari, noverit, ex hac Herodoti narratione colligi fatebitur, quod hodie est ordinarium uterum gestandi spatium, olim fuisse extraordinarium: contrà, quod extraordinarium nunc sit, id olim fuisse ordinarium. Quantumvis enim Herodoti accusatores in sua pertinacia sibi hîc placeant, Herodotum certè hîc absolvere quàm cum eo tot gravissimos scriptores damnare mallent. Ego verò huic ratiocinationi aliam quam hinc elicio, adjungam. ita enim colligo, quemadmodum si nusquam alibi mentio facta reperiretur partus decimo mense editi, historia hæc, quum vera sit, falsa judicaretur: ita multas alias esse quæ, quum exemplo careant, falsæ judicentur, quum tamen verissimæ sint, & exemplo fortasse non itidem apud reliquos omnes mortales ut apud nos careant.

Hoc autem cum aliàs, tum vel maximè ubi quarundam regionum fertilitatem describit, animo infixum habere debemus. Nam quum ea legimus quæ de Babylonici soli fertilitate scribit, si quidem ad nostros respiciamus agros, & conjecturam ex illis facere velimus, statim mendacii Herodotum accusabimus. At si hanc regulam teneamus, non esse nobis ex iis quæ viderimus & audierimus ferendum de iis quæ nec visa nobis nec audita sint, judicium, & mentem ad omnipotentem Dei manum potius quàm oculos ad arva nostra converterimus, nulla tanta describetur nobis fertilitas, ut eam incredibilem judicemus, sed ut antea potuisse, ita nunc quoque posse alicubi esse credemus. At enim (dicet aliquis) veteres historiæ locis quibusdam summam fertilitatem tribuunt quos hodie penuriæ tantùm fertiles esse videmus. Hoc ego ut concedam, non tamen mentiri earum historiarum authores in ea fertilitate narranda, protinus concedam. Nisi fortè & ipsa sacra biblia suspecta mendacii nobis esse debent, quòd ab illis celebratæ quorundam locorum fertilitatis nullum hodie vestigium in illis appareat. Quod absit ut nobis in mentem veniat: sed potius illud Davidis animo nostro semper obversetur.

Te magnam pandente manum, satiarantur abundè
Omnia: te rursus vultum condente fatiscunt.

Quid? si Babylonis magnitudinem è nostrarum urbium magnitudine metiamur, an credibile fuerit, expugnata jam una urbis parte, rumorem expugnationis ad alteram longo post tempore perveniisse? Aut, si expeditionem Xerxis è nostrorum regum aut etiam ipsius Turcarum Imperatoris expeditionibus æstimemus, nónne quot flumina à Xerxis militibus epota legimus, tot impudentissima mendacia nos audire credemus? Sed nimirum qui Xerxis & cæterorum Persiæ regum potentiam ex ea qua præditi sunt nostri reges, & illius regionis ac temporis πολυανθρωπίαν ex ea quæ hodie cernitur, æstimare volet, hunc eadem opera & aquilæ vel struthiocameli magnitudinem ex regaliolo, & Oceani magnitudinem ex parvo Rubicone æstimare oportebit. Verùm ut ei qui Nilum vel Danubium viderit, multo credibilior Oceani vastitas fuerit quam ei qui parvum Rubiconem duntaxat spectaverit: ita qui in regum nostrorum factis non insistet, sed paulo altius res bellicas repetens, ad Tamberlanem aut ejusmodi quempiam ascendet, non tam incredibilia ejus ad aures accident quæ de Xerxis exercitu narrantur. Tamberlanes ex bubulco miles factus, eò tandem potentiæ evectus est ut quadringentis equitum, sexcentis peditum millibus Pajazetem Turcarum regem adortus superaverit: & cæsis ejus militum ducentis millibus, ipsum aureis catenis vinctum & caveæ inclusum in omnibus quas postea suscepit expeditionibus, secum duxerit. Hic ille est Tamberlanes qui quæcunq; locum oppugnatum venerat, prima die tentorio candido, secunda rubro, tertia nigro utebatur: candore, pacem pollicente, rubore, omnium puberum cædem, nigredine, loci illius excidium, omniumq; incolarum internecionem minitante. Sed hæc narratio hujus loci non est. hoc unum consideremus, ut longo intervallo Tamberlanis copiæ à Xerxianis absunt, ita quantum vicissim nostræ ætatis reges à Tamberlanis exercitu (qui centum duntaxat & sexaginta octo annis illos præcessit) superentur. Quum autem de regibus nostri temporis loquor, Turcarum regem sive Imperatorem excipio, qui (ne longius abeamus) tantam unus manum militum

militum quantam omnes fere omnibus collatis viribus Christiani principes, cogere potest: ut non immeritò magni domini appellationem obtinuerit; Tantam verò esse ejus potentiam & mirabitur & vix credibile fortasse arbitrabitur qui Turcici imperii statum cognitum non habuerit, & ex nostrorum principum imperiis æstimare voluerit: at qui illum cognoverit, mirari desinet. Ejusmodi enim is status est ut duos duorum Persiæ regum titulos (de potentia non loquor) unus Turcarum rex sibi vendicare, & dominum, ut Cambyses: institorem, ut Darius, appellare se meritò possit; & quod in nos quidam jocatus est, quum regem Gallorum, regem asinorum esse diceret, (quòd onera nulla sibi ab illo imposita detrectarent) de universis qui sub ditione ejus vivunt, non joco, sed seriò dici queat. Verè enim illi, tanquam ὄνοι μεγάλοις ἄχθεσι τειρόμενοι (ut Tyrtæus de Messeniis cecinit) non bona tantùm omnia precaria possident, sed ipsam etiam animam precariam trahunt. Atq; ut in regum nostrorum aulis inter multos de nobilitatis, sic apud illos inter omnes de servitutis gradibus certatur. Nec tamen hoc tantùm nomine, sed & aliis multis, regno Persico major est cum Turcico quàm cum aliis affinitas. Atq; ut taceam hujus splendorem multis in rebus Persico si non parem, certè æmulum, ut magnam eunuchorum Turcæ, magnam pallacarum, magnam satraparum turbam omittam: multos etiam ritus, multas consuetudines velut hæreditarias mansisse illius regno constat. Quinetiam quòd Turcæ portam pro Turcæ aula nominare audimus, id à Persarum regibus manasse, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Plutarchus, Athenæus, nos docent. Sed & hoc ipsum quòd Turcam pro rege Turcarum vulgò dicimus, (quum tamen nec Gallum pro Gallorum rege, nec Hispanum pro Hispanorum rege, nec Anglum pro Anglorum rege, nec Polonum pro Poloniæ rege, dicere soleamus) ab iisdem regibus originem habere, ex illis scriptoribus discere possumus. Nec verò dubium est quin idem Turca morem illum rarò in publicum ac non nisi cum magno & speciem exercitus præbente satellitio prodeundi, (ut ita suis formidabiliorem se venerabilioremq; reddat) à Persarum itidem regibus mutuatus fuerit. Nostri autem reges (ut hoc obiter dicam) quid à Persarum regibus peculiariter mutuati sint nescio; reginæ certè nostræ à Persarum reginis zonas suas sumpsisse videri possunt. Persarum enim reges Antyllæ urbis reditus suis uxoribus in zonas donare solitos, memoriæ proditum est. Cæterum ut unde digressa est eò revertatur oratio, quàm absurda sit potentiæ alicujus nostrorum regum cum Xerxis potentia comparatio, vel unum ejus quo Themistoclem donavit, munus abundè nos docebit. Ex multis enim historicis didicimus Xerxem Themistocli Lampsacum in vinum, Magnesiam in panem, Myuntem in opsonium donavisse. At sicui nostrorum regum quispiam non tres pagos, sed unicum donaverit, magna hæc liberalitas, & rege digna censetur.

Sed jam ad alterum partem veniamus, & miracula quæ circa humanas actiones sive humana facta versantur, examinemus. (quam ad partem siquis ea referre malit quæ modò de regibus dicta sunt, non magnopere repugnabo.) Quæ sunt illa igitur apud Herodotum quæ tantopere à fide abhorrere judicanda sint, ut illorum ergò præ quovis alio mendax judicari debeat? An quæ de variis variarum gentium ritibus moribusq; scribit? Hanc nimirum partem reprehensionibus patere, hanc potissimùm calumniis obnoxiam, hanc sannis multorum expositam esse video. Quare? quòd non tam aqua igni quàm ritus moresq; illi nostris repugnent, atque adeo illorum rituum nonnulli hujusmodi etiam sint ut nihil magis fatuum illis, nihil magis ridiculum fieri ac ne fingi quidem posse videatur. Atqui nónne ipsimet in eo ridiculi comperiuntur, quòd eum quem in vicinis populis non inveniunt morum consensum, in iis quærendum putent quos maria tot montesq; à nobis separant, & quibus longè diversum cœlum longè diversas animorum inclinationes tribuit? atq; adeo quæ in vicinorum moribus excusant, ob eadem hyperboreos nescio quos accusandos censeant? Age enim cur quod Herodotus de Persis commemorat, eos nimirum non nisi inter pocula de rebus gravioribus agitare consilia, incredibile cuiquam videbitur, quum apud quosdam ex vicinis populis hunc morem magna cura, velut inviolabilem, servari videamus, ut qui sunt de re quapiam magni momenti consultaturi, aut cum aliquo contracturi, ex caupona βαλανείον faciant atq; ibi non prius ullum de suo negotio verbum facere incipiant, quàm pes & caput officium facere desinant? Apud hos καπηλεοβαλανίτας si mulierem quampiam de marito interroges, illum edormiscere crapulam, nihil mutato vultu, nec dato ullo pudoris signo, respondebit. Nos hæc in illis populis quibuscum nobis quotidie commercium est, & qui nobiscum religione conjuncti sunt, non miramur: quæ de ebrietate illorum narrantur quibus nullus unquam Christianæ religionis affulsit radius, non mirabilia solùm, sed planè incredibilia judicabimus? Sed quid ego exemplum ex alia natione peto? Quæ non dicam natio, sed urbs, sed domus, non habet aliquos sacris Bacchicis initiatos? nónne ex duobus communi tecto utentibus sæpe contingit ut alter edere & bibere ut vivat; alter contrà, non alia de causa quàm ut edat bibatque, vivere velle videatur? Verùm eos qui cibo & potu abutuntur, missos faciamus: discrimen inter eos qui moderatè illis utuntur, consideremus. Nónne quod huic palato sapit, illi insipidum est? quæ hoc palatum appetit, ea illud fastidit? nónne cibos nonnullos à quibus ipsi abhorremus, aliis quibusdam in deliciis esse videmus?

videmus? nónne multos felibus, nonnullos & muribus veſci videmus? Iterum tamen ſi gentis alicujus victus nobis à quopiam hiſtorico deſcribatur à noſtro diſcrepans, is ſtatim nugatur, ſtatim mendax, ſtatim fabuloſus audiet. Veruntamen ſuſq; deque ferri profanorum ſcriptorum ſugillatio poſſit: quid quòd ne libris quidem ſacris incredulitas quorundam parcit? Joannem Baptiſtam locuſtas ediſſe non veriſimile eſt (aiebant nonnulli) qualis enim fuiſſet iſte cibus? Ad hoc Evangeliſta ſcribit. Non Evangeliſtæ (reſpondebant) ſed librario fidem derogamus, eumq; ἀκρίδας pro ἀκρεάδας vel alia quapiam voce ſcripſiſſe dicimus. Quid tandem? non prius de illa deduci ſententia potuerunt, quam varii ex variis authoribus externis prolati ſunt de locuſtarum eſu mentionem facientes loci. Labantem ſcilicet ſacrorum librorum hac in parte fidem, teſtimonio profanorum fulciri oportebat. Atqui nobis ex ea quam experimur paſſim circa ciborum delectum diſcrepantia, quod de locuſtarum eſu traditur, vel à quolibet profano ſcriptore (nedum ab Evangeliſta) ſcriptum, credibile videri poterat. Utrum enim mirabilius? locuſtarum aut hujuſmodi animalium eſu delectari, an ab eſu panis abhorrere? Nónne hoc quàm illud majori admiratione dignum quilibet fatebitur? At ego, qui locuſtis veſceretur, neminem: qui à panis eſu prorſus abhorreret, his oculis ſæpe vidi. Rurſum verò quàm mirabile nobis eſt videre quempiam qui panis eſu non delectetur, tam mirabile Æthiopibus macrobiis erat (Herodoto teſte) Perſas pane veſci audire. Ut autem à pane ad vinum veniamus, ſi nunquam abſtemios ullos vidiſſemus nónne eos qui à vini potu abhorrentes aliquos ſe vidiſſe dicerent, fabulari crederemus? Et tamen illa ipſa regio quæ homines alioqui vino deditiſſimos gignit, quoſdam etiam hoſtes vini acerrimos habet. De hominibus φιλοινοτάτοις quum loquor, primum locum Flandris, ſecundum Germanis tribuo. nam qui Germanis potandi principatum deferunt, Flandris (meo quidem judicio) magnam injuriam faciunt. qua de re ego non ex iis quæ audivi, ſed ex iis quæ vidi, ſententiam pronuncio. Nam multa quidem Germanicis potoribus cum Flandricis fateor eſſe communia, atque illud in primis ut quot calices ſuper menſam, tot matulas ſub menſa habeant, aut omnia illis vicem matularum præſtent: de iis tantùm loquor qui apud utroſque principem inter Bacchi ſatellites locum obtinent) ſed illos ab his ſuperari hac in re dico quòd horum bona pars non prius legitimum Bacchum adoriatur, quàm à ſpurio Baccho, id eſt zytho ſive cerviſia, domitam aut certè ſemidomitam ſe ſenſerit. Quod quum ſe more inſtitutoque majorum facere dicant, ejus tamen facti rationem aſſequi conjectura non potui, niſi fortè ut clavum clavo, cerviſiam vino ſe repulſuros, aut, ut vulgari proverbio fertur, inter duos litigantes tertium gaudere, ita ſe, interea dum in ſtomacho vinum cum cerviſia pugnabit, pace fruituros, & à neutro illorum oppugnatum iri ſperant. Et hactenus in illorum laudes digreſſus, ad ſermonem de abſtemiis redeo. Si ſuperiorum temporum hiſtorias excutiamus, non ſolùm natura abſtemios abſtemiaſq; ſed & lege, in illis inveniemus. Multis enim in locis vini potum mulieribus ignominioſum fuiſſe ſcimus: Romæ autem non ſolùm mulieri ingenuæ, ſed & ſervo vini uſus interdictus erat, atque adeo (ſi quibuſdam credimus) ne ingenuo quidem, antequam triceſimum annum attigiſſet, ejus uſus concedebatur. Romanas quidem certè mulieres à judice non minus ſi vinum bibiſſent, quam ſi adulterium admiſiſſent, multari ſolitas, M. Cato refert. Nunc autem apud nos nulli mulieri, cujuſcunq; conditionis ſit, probro eſt vini uſus: & tamen morem illum oſculandi obvios ſibi propinquos nobiles fœminæ apud nos retinuerunt, (& auxerunt etiam) ob quem Romanis mulieribus vinum interdicebatur, ne videlicet cum oſculo vinoſum halitum olfaciendum præberent. Vel potius (ſi quibuſdam credimus) non ob oſculandi conſuetudinem vini uſus lege vetabatur, ſed ad deprehendendum an legem illam violaſſent, oſculi uſus inſtitutus erat. Quid quòd Zaleucus legiſlator Epizephiris Locris merum bibere (præterquam ægrotis, ex medici conſilio) capitale crimen eſſe voluerat? Sed & aliud circa vini potum conſideremus. Aliis in vino nihil magis placere quàm vinum. id eſt vini ſaporem: ex Anglis contra multos aut ſaccharum aut herbam quampiam ad ejus ſaporem infuſcandum miſcere videmus. (& nos quoq; ſi Plauto credimus, vinum, dum diluimus, infuſcamus.) Verùm id quidem quod de Anglis dixi, credibile viſum iri, mihi perſuadeo: at quod de Flandris addam, ut fidem impetrare poſſit vereor: & tamen utriuſq; peræq; oculatus ſum teſtis. Quid illud eſt? Vinum butyro (nauſeo referenti) diluere, & ita dilutum (ſi tam en hoc diluere eſt) potare. Quod mihi narranti fidem non facilè adhiberi haud mirabor: ipſe certè meis hac de re oculis credo, vix alienis crediturus. Nam in Flandrorum menſis butyrum inter omnia fercula atq; adeo inter bellaria locum obtinere, mihi, antequam eorum regionem adiiſſem credibile videbatur: at verò ullum uſquam mortalem eſſe qui vinum è butyro ſive butyrum è vino potaret, tum demum quum vidi, credere potui. quòd ſi inter vicinos populos tanta eſt in victu diſcrepantia, cur ea quæ narrantur de victu hominum qui longinquitate & temporis & loci procul à nobis abſunt, fabuloſa habebuntur? Aliud exemplum ab hoc de cibis ſermone non alienum proponam. Scribit Hermippus, Illyrii ſedentes edunt atque bibunt: & ad convivia ſuas uxores ducunt: quæ nihil indecens facere exiſtimantur, ſi ex iis qui in cœto illo ſunt, cuicunque fors tulerit propinaverint. Hæc ſcribit Hermippus, primùm quidem

illud

illud ceu novum referens, ſedentes Illyrios edere ac bibere: at nos contrà miramur eos qui aliter quàm ſedentes ederint. Quod autem ſequitur de iiſdem qui ad convivia uxores ducerent, & eas cuilibet ſine diſcrimine propinare permitterent, quin, ut ipſe mirabatur, ita mirum aliis futurum putaverit, nemini dubium eſſe poteſt. Sed & Æmilius Probus (aut is potius cui Æmilii Probi nomen tribuitur) poſtquam de iis loquutus eſt qui nihil rectum niſi quod ipſorum moribus conveniat, putant, inter alia hoc diſcrepantiæ morum Romanorum à Græcis exemplum affert, Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus materfamiliâs non primum locum tenet ædium, atque in celebritate verſatur? Quod multo fit aliter in Græcia; nam neque in convivium adhibetur, niſi propinquorum: neque ſedet niſi in interiore parte ædium, quæ γυναικωνῖτις appellatur. quò nemo accedit niſi propinqua cognatione conjunctus. Hactenus ille: cujus quum verba de maritis uxores ad convivia ducentibus cum verbis Hermippi confero, ita ego mecum, Qui ſi igitur maritos illos in Anglia tam lentos & patientes non multos abhinc annos vidiſſent, ut ignotis etiam viris ſuas ipſi uxores ad compotationes abducendas traderent, iiſdemque eas reducentibus Bacchi ſacris (& iis quæ illa comitantur) operatas, gratias immortales agerent? Quod factum ſumma alioqui admiratione dignum, ſi tamen cum Candaulis aut Caii Caligulæ facto comparetur, minus admirabile judicabitur: contrà verò, ſi cum Cotys regis zelotypia, de qua poſtea dicetur, aut cum Macedonum facto conferatur, hos, viros, illos autem, ne homines quidem eſſe dixeris. Cujus quidem facti hiſtoriam multi Galli ſi legiſſent, aut lectam memoriæ infixam habuiſſent, ipſis Neapolis & Mediolanum ſepulchra miſerè interfectis non fuiſſent: imò nec dominum fortaſſe urbes illæ mutaſſent: ſed nimirum, ut illis, dum ſe in Macedonia non in Perſia eſſe, obliviſcuntur, Macedonicarum mulierum, ita his, dum ſe in Italia non in Gallia eſſe non cogitant, Italarum mulierum attrectationes & oſculationes, atque adeo ſalutationes (quum ne ſalutari quidem ſuas uxores Itali velint) eo pretio quo nullum majus eſſe poteſt, emerunt. Sed quoniam jucunda non eſt harum rerum memoria, illum de mulieribus ſermonem perſequens, ut multa de illis ab Herodoto referri dico quibus noſtri ſeculi exempla fidem afferant, ita viciſſim nonnulla illum narrare quorum exempla deſint, fateor. Hoc enim ſeculum Pheretimarum, Ameſtridum, Atoſſarum, necnon (ut Cteſiæ hiſtoriam cum Herodotea connectam) Amytidum & Paryſatidum ferax, contrà Artemiſiarum & Argiarum ſterile eſſe dico. Quocunque enim quis oculos convertat, mulieres multas nobili genere ortas, implacabilis iræ & nulla ultione ſatiabiles, cum Pheretima, Ameſtride & Paryſatide, non pauciores libidinoſas cum Amytide, multas etiam novi ſemper luxus avidas cum Atoſſa: nullas autem vel pauciſſimas ſtrenuas cum Artemiſia aut Argia, reperiet. Sed muliebris quidem in vindicta crudelitatis exempla vetera pariter & nova præ aliis regionibus Anglia ſuggerere poteſt: de mulierum autem inexhauſta libidine luxuq; inſatiabili regiones omnes æque conqueri poſſe exiſtimo. Nec verò ſi ſeculi illius mulieres conſideremus quod inter eas quas modò nominavi & noſtras interceſſit, pauciora nobis exempla ſuppetent. Nam ſi ad libidinem Romanarum mulierum reſpicere velimus, Claudius audi quæ tulerit. Audi in quam ex Juvenale, adeò monſtrosè libidinoſam Meſſalinam Claudii Cæſaris uxorem fuiſſe, ut à latere viri quocum jacebat, furtim ſe ſubducens, ad lupanar ſe conferrat, & inde laſſata viris nondum ſatiata rediret. Ad luxum autem quod attinet non mirum tantùm, ſed incredibile etiam videri poſſit quod de Atoſſa narrat Herodotus, illam ad bellum Græciæ inferendum Darium maritum ſolicitaſſe, Lacænarum, Argivarum, Atticarum, Corinthiarum denique ancillarum cupiditate incenſam. Sed ut ad reginas uſque non aſcendamus nónne Romanas matronas pro ſuo luxu tanquam pro aris & focis apud T. Livium certare videmus? Nónne & Naſonem querentem audimus

Quis furor eſt cenſus corpore ferre ſuos?

& Propertium,

Matrona incedit cenſus induta nepotum.

Nec tamen ſingularum ætatum luxum peculiare aliquid habuiſſe negaverim. Exempli gratia: eunuchos olim à regibus, præcipuè barbaris, ſtudioſè undiq; conquiſitos fuiſſe ſcimus, quòd illos, ut ſcribit Herodotus, magis fidos in rebus omnibus quàm alios, eſſe putarent, (quid autem eos tales reddere videatur, docet Pædiæ lib. ſeptimo Xenophon) quinetiam ut eunuchos, ita & eunuchas Lydos reges habuiſſe, memoriæ proditum eſt. Verùm, ut veteres Romani eunuchorum minus ſtudioſi erant, eoſq; pauci barbaris invidebant, ita nos hodie Turcæ aliiſq; barbaris principibus eos non invidemus. Porrò quin Romanorum viciſſim luxus peculiare aliquid habuerit, minimè dubium eſt, ut quum Tibullus de domina ſua dicit,

Illi ſint comites ſuſci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.

quod & Italas quaſdam imitari videmus. Itidem verò & noſtri hujus ſeculi luxum propria ſibi habere multa, controverſum non eſt. Sed Gallicus (utinam verum hoc non dicerem) eo cæteris omnibus qui unquam fuerunt eſt damnoſior, quòd in dies atque adeo in horas innovatur. Nam ut taceam, in regum noſtrorum aulis id veſtis genus quod manè geſtari cœperit, veſperi pro obſoleto haberi, id demum circa cultum corporis magnificum & ſplendidum ducitur quod diu magnificum ſplendidumque eſſe non poteſt: ne videlicet novæ ſemper ſumptuum occaſiones deſint. Hinc factum eſt ut armillæ & torques aureæ, quæ magno olim in pretio illis fuerunt (ut hodieq; ſunt Germanis) ſordere incipiant. Quem tamen ornatum jam inde à priſcis temporibus originem habere variæ nos hiſtoriæ docent. Ex tribus etiam rebus quas nunc in deliciis regum noſtrorum aulæ habent, duas cum ſuperioribus ſeculis communes eſſe illis conſtat, tertiam ſuo quodam jure, tanquam proprium inventum, vendicare ſibi videntur. Nanos enim & catellos Melitæos Sybaridis quidem primùm, poſtea verò & aliis in deliciis fuiſſe (ſicut & ſimiliolas) legimus. Refert enim Plutarchus Julium Cæſarem, quum peregrinos quoſdam divites vidiſſet qui catellos & ſimiolas in ſinu circumferrent, interrogaſſe an apud eos fœminæ infantes non parerent. Itidem verò & Maſaniſſa Mauruſiorum rex jam antea quoſdam mercatores, qui ſimiarum coemendarum gratia illuc venerant, eadem de re interrogaverat, ſi Ptolemæo apud Athenæum credimus. Fuiſſe autem & Romanas mulieres catellorum hujuſmodi ſtudioſas, teſtatur apud Lucianum catella nomine Myrrhina quæ philoſophicam Theſmopolidis barbam (ſi bene memini) perminxit. Hanc enim catellam ei hera ſua mulier Romana nobilis (ludos miſerum philoſophum faciens) cuſtodiendam dederat. Ad illud tertium venio quod regum noſtrorum aulis peculiare eſſe, vel hinc conjicio, quòd vocem nec Græcam nec Latinam qua illud exprimam invenio: ac certè vel nunquam vel rarò inventam exiſtimo. ſed interim morionem fœminam petita à grammaticis venia nominare non dubitabo. Quam igitur nunc ex morionibus fœminis voluptatem reginæ aliæque principes capiunt, huic ſeculo peculiarem eſſe ſuſpicor: certè ſi non peculiarem, at longè uſitatiorem illi eſſe, affirmare audeo. Sed nec moriones viros tam crebros in veterum principum aulis fuiſſe (de ſcurris, id eſt γελωτοποιοῖς, non loquor) atque adeo poſterioribus demum ſeculis illos haberi in pretio cœpiſſe, mihi perſuadeo. Nunc enim (quod fateri pudet) non naturales tantum, ſed & artificiales Gallia moriones habet, qui nimirum ex ἡμιμώρων facti ſunt μωροὶ, aut certè in eum ſtatum redacti qui inter φρενῖτιν & μωρὸν medius eſt: ſiquid tamen inter hæc duo medium eſſe poteſt. Hoc autem, uti dixi, fateri pudet, quia qui barbarorum factum damnamus in amputandis virilibus, tanto gravius illis peccamus, quanto illi corporis parti mens antecellit, quæ alioqui & univerſo corpore longè præſtantior ſemper judicata eſt. Atenim ex iis duntaxat fiunt moriones quibus parum mentis ineſt, adeo ut jam aliquam naturæ inclinationem ad μωρίαν habere videantur. Tanto certè magis miſereri eorum conditionem, non deteriorem efficere, conari oportebat. Sed quoniam vereor ne in hac de morionibus quæſtioni immorari, μωρολογεῖν eſſe judicetur, aliis eam relinquam: & comparationem hanc claudens, hoc addam, principes noſtri ſeculi fœminas (ac præſertim Gallas) ſi non alia virtute à priſcis, φιλοστοργίᾳ ſaltem ſuperari. Quotacunq; enim princeps fœmina hodie infanti ex utero ſuo prodeunti ſua ubera fugenda præbet? Atq; hujus rei ideo mentionem faciendam putavi, ne qui reginas ipſas apud noſtrum Herodotum alioſq; hiſtoricos nutricum officio fungi leget, fidem illis derogandam putet. Sed quid ego φιλοστοργίας hujus (à qua illæ degenerant) exempla à priſcis uſque ſeculis repeto? Carolum Marilliacum (clariſſimum virum, & qui multis pro rege legationibus functus, honorificentiſſimam ſui memoriam reliquit) hiſtoriam hanc ex Hiſpanicis chronicis aliquoties referentem audivi: reginam quandam Galliæ quæ ex Hiſpania oriunda erat, tanta cum zelotypia infantem ſuum lactaſſe, ut quum aliquando abſente ipſa lactatum ab alia reſciviſſet (qui jam per aliquot menſes ſolius matris lac ſuxerat) nunquam conquieſcere potuerit donec infantem lac illud externum evomere coegiſſet. Hæc ille. Cæterum ut Herodoto derogandam non eſſe fidem admonui, ubi reginam aliquam nutricis officio fungentem nobis deſcribit, ita nec quod in Calliope de Ameſtri regina texente marito ſuo amiculum, nec quod in Urania de alia quadam regina piſturam ſuæ familiæ exercente ſcribit, ſuſpectum eſſe debere, ſed ut in quibuſdam hiſtoriis luxum illius ſeculi, ſic in quibuſdam viciſſim ſimplicitatem contemplandam nobis eſſe dico. Sed ut à reginis ad reges transferatur oratio, non minus certè quæ de regibus ſcribit Herodotus impetrare fidem debent: quanvis ſi ad regum noſtrorum mores inſtitutaq; exigantur, in dubium meritò vocari poſſint. Si enim quod de Pſeudoſmerdi mago narrat, eum pro vero Smerdi rege per ſeptem menſes habitum fuiſſe, ad aulicos hujus tempeſtatis ritus exigatur, quî fraus illa tamdiu latere potuerit, & quî à nullo ſuorum tam longo tempore agni-

tus

tus fuerit, valde mirandum videbitur: at si aditum ad reges illos non itidem ut nobis ad nostros patuisse, sed multo paucioribus & rarius se conspiciendos exhibere solitos fuisse consideremus, minor jam hujus facti animos nostros subibit admiratio. Primus Deioces (inquit in Clione noster Herodotus) hoc instituit, necui ad regem aditus pateret, sed omnia per internuntios transigerentur; & nequis regem conspiceret quinetiam inhonestum cuivis coram rege ridere vel spuere, censeri voluit. Hæc ille, causam etiam subjungens. Ut autem eandem consuetudinem à rege Turcarum servari dixi, ita similem impostoram locum apud eos superioribus annis, inveniisse scimus, quodam Pseudomustapha pro Mustapha vero ad regnum grassante. Quæ tamen quum dico, alibi quoq; ubi consuetudo hæc recepta non erat, Pseudariarathi, Pseudantic cho, Pseudoneroni, Pseudalexandro viam arte diversa ad similem dolum patuisse non ignoro. Quinetiam Valerius Maximus, Justinus, Appianus, Josephus, aliorum præterea meminerunt qui hac similitudinis formæ occasione usi, in principum itidem imperia aut in aliorum opes fortunasque grassati sunt. Atque adeo (ut omnes non temerè veteribus historiis fidem derogari debere, & nostrum seculum multis in rebus non minus superioribus miraculorum ferax esse intelligant (facta duo ejusdem cum præcedentibus artificii, id est similes illis duas impostoras, (diversum tamen finem propositum habentes) recentem unam, aut recenti proximam, alteram, recentissimam, commemorabo. Anno post natum Redemptorem nostrum M. CC. XXV, cuidam Gallo cui nomen Bertrando Remensi, inopi & vilibus ministeriis operam locare solito, quòd Balduinum qui ex Flandrorum comite Imperator Constantinopolitanus evaserat, facie planè referret à proditoribus quibusdam, ut nomen pariter & imperium Flandricum illius Balduini sibi vendicet suadetur. Hoc quum illis non suasissent solum, sed etiam persuasissent, (ut facile ad amplectendos obviis ulnis hujusmodi honores eriguntur hominum animi) eum in eremo quadam commorari tantisper voluerunt, dum fama percrebuisset Balduinum Imperatorem è captivitate reducem, eremum quandam ad agendam peccatorum pœnitentiam, incolere. Quæ mox per Flandriam quum dissipata esset fama, undique illuc concurritur, magnaq; cum pompa illinc hic Pseudobalduinus per universas regionis urbes deducitur, quæ uno omnes ore illum dominum suum gratulabundæ agnoscunt & salutant. Hoc subreptitium imperium quum per menses aliquot exercuisset, Joanna veri Balduini filia, & paterni in Flandria imperii hæres (quæ paulo antè, nihil nisi repentina fuga sibi consuluisset in illius Pseudobalduini manus ventura fuerat) regem Galliæ Ludovicum octavum, sibi consanguineum, de hac quæ sibi fiat injuria certiorem facit. Rex Pseudobalduinum fide data ad se vocat. Ille ut adfuit, variis interrogationibus à rege aliisq; qui regi à consiliis erant, urgeri cœpit. Aptè ad singula & ut ipsius impostoræ consentaneum erat, respondet: quippe qui non nisi ore præcomposito illuc venisset. Sed enim quum multos difficiles alioqui nodos expedisset, unum facillimum, quem quidam Bellovacensis episcopus ei proposuerat, expedire non potuit. Interrogatus enim quo in loco uxorem duxisset, ad hanc quæstionem obmutuit: quo silentio certum impostoræ suæ testimonium dedit. Eum tamen rex ob datam à se fidem impunè à se abire permisit. Ille quum se inde in patriam propipuisset, aliquanto post ibi deprehensus, captus, & ad Joannam missus fuit: quæ eum sibi non donatum sed magno pretio venditum, cruci affixit. Hæc fere sunt quæ Flandriæ annales de hoc Pseudobalduino referunt: aliis quibusdam historicis nonnihil circa facti ipsius circunstantias dissentientibus. Ad alteram illam quam recentissimam esse dixi impostoram venio, huic & superioribus similem, & eadem quidem via, sed aliò tamen tendentem. Alii enim sua fallacia in principum Imperia aut in aliorum bona involarunt, aut certè involare conati sunt: at hic in alienæ uxoris possessionem involavit, & fabulosum Plauti Jovem non fabulosè imitatus est, ut testatur sententia quam adversus eum curia Tolosona tulit, lite primùm apud eam intendi cœpta AN. M. D. LIX. unde excerpta est quæ sequitur brevis facti illius narratio, quæ tibi prima fronte Amphitruonem Alcmenam, Jovem repræsentare videbitur.) Quidam nomine Martinus Guerre relicta juvene uxore in militiam proficiscitur. Elapso demum octavo post ejus discessum anno, quidam Arnauldus Tillius (sed sibi illius Martini Guerre nomen asserens quòd ei omnibus oris lineamentis assimilis esset) ad illam quum venisset, ab ea pro marito recipitur. quippe quem esse Martinum Guerre, non ipsa solùm, sed quatuor ipsius Martini sorores, aliique nonnulli propinqui, & cùm his amici vicinique omnes persuassimum haberent. Nam præter illam oris similitudinem qua potissimùm fretus hoc facinus aggrediebatur, indicia omnia quæ à vero marito afferri poterant, afferebant: & varia superioris temporis facta dictaque illi in memoriam revocans ad arcanos usque sermones ab illa & marito habitos dum prima in nuptiali thalamo vestigia ponerent, & ad alia quorum nox conscia sola est, progrédiebatur. (Ea autem partim ex vero marito resciviisse, cum quo illi ex commilitio summa familiaritas intercesserat, partim magicæ artis auxilio divinasse creditus fuit) sed quum per tres annos cum illa consuevisset, duobus jam susceptis ex ea liberis, quarto tandem ineunte anno quum ejus impostoræ suspicio mulieri oborta esset, actionemque in eum intendisset, in carcerem

conjicitur

conjicitur. A judice ſecundario damnatus quum ad curiam Toloſanam provocaſſet, ſic ad infinitas propemodum ejus interrogationes reſpondit, totq; probabilibus argumentis innocentia ſuam tueri viſus eſt, (præterquam quòd tot eum teſtes, aut circiter, ſuo teſtimonio ſublevabant, quot erant ii qui ſuo eundem teſtimonio premebant) ut vocatis ad calculum omnibus conjecturis, nec damnare illum nec abſolvere curia Toloſana auderet. Hæſitantibus in re tam perplexa judicibus, verus maritus Martinus Guerre advenit: moxq; quam ſibi factam videt injuriam, judicibus exponit, eorumq; opem implorat. Verùm ille alter ſuppoſititius maritus poſtquam cum hoc vero commiſſus fuit, tot cum objectionibus oppugnare cœpit, ut aliquandiu ſuſpenſos ſicut & antea judices tenuerit: donec tandem ille paulo poſt reditum, ab uxore veniam poſcente agnitus, necnon ſororum aliorumq; multorum palinodiam canentium teſtimoniis comprobatus verus maritus, ſuæ uxori ſuæq; domui redditur; alteri autem ſuæ impoſturæ præmium, domicilium in patibulo datur. Hîc mihi hujus generis exemplis finem imponere volenti in mentem venit alia præ cæteris omnibus mirabilis Joannis octavi Pontificis impoſtura: qui non tantùm Pſeudopapa, verum etiam ψευδανὴρ fuit, id eſt ſub muliere virum mentitus eſt: donec vir illa (non ille) ſuo ſe tanquam ſorex indicio prodidit, & media in via repentè enixa, fœminini non maſculini generis ſe geſſiſſe papatum fateri coacta eſt. At ne in poſterum alius quam maſculinus gereretur, ſolerti patrum petaſatorum cura proviſum eſt, qui neminem ad eum admittendum cenſuerunt niſi vir magnis teſtibus comprobatus eſſet. Quam tamen conſuetudinem alii potiori ſua ætate ceſſiſſe, docet Paſquillus: qui ubi illam & illius cauſam verſibus octo deſcripſit, ita ſuum epigramma claudit,

Cur igitur noſtro mos hic jam tempore ceſſat?
Antè probet quòd ſe quilibet eſſe marem.

Cæterùm hujus facti longiore alioqui narratione digni refricandam duntaxat memoriam (quòd ejus fama pervagata ſit) exiſtimavi. Eſt tamen hæc eo diverſa à præcedentibus impoſtura, quòd non alienum, ſed alterius ſexus nomen mentita fuerit. At ſimilis ſuperioribus virorum impoſturis mulicbris fallaciæ exemplum Valerius (ſi parva magnis licet adjungere) nobis in quadam quæ ſe pro Rubria bonis nihil ad ſe pertinentibus inſerebat, proponit.

Sed ad reges orationem referens, iterum dico, multa ad noſtrorum regum mores & inſtituta non debere exigi, eorum quæ ab illis dicta factàve commemorantur. alioqui enim cui perſuadebit Herodotus Xerxis ſatellites legatos Lacedæmoniorum in caput protruſiſſe, ut ad procumbendum pedibus Xerxis eumque adorandum adigerent? Sed & alia circa eos qui ultro citroque mittebantur legatos obſervari poſſint quæ non ſatis cum nunc recepta conſuetudine conveniunt. Illud certè omnibus ſeculis commune fuiſſe videtur, ut legati ſæpe ſub legationis ſpecie ſpeculatorum exploratorumq; officio fungerentur. Nam ut in Thalia audimus Æthiopum regem legatos Cambyſis ſic alloquentem, Neque Perſarum rex vos ad me cum donis ideo miſit quòd me ſibi hoſpitii neceſſitudine jungi, magni æſtimet, neque vos vera loquimini. venitis enim exploratores meæ ditionis futuri. Ut (inquam) hunc regem his legatos verbis compellantem audivimus, (erat autem is non hæreditario jure regnum adeptus, ſed ex Æthiopum inſtituto, quòd cæteris civibus corporis proceritate & robore præſtaret, rex creatus) ſic apud Saluſtium in bello Jugurthino legimus, Ibi cum Boccho Numida quidam nomine Aſpar multùm & familiariter agebat, præmiſſus ab Jugurtha: qui poſtquam Syllam accitum audierat, orator & ſubdolè ſpeculatum Bocchi conſilia ierat. Hactenus Saluſtius. Noſtri quoq; ſeculi principes non ignorare hunc legatorum uſum, quis ignorat? Verum enimvero ille Saluſtii locus Libyam mihi in memoriam revocans, unà etiam quandam Libyæ regum conſuetudinem ex Herodoti Melpomene in memoriam revocavit, quam præ quavis alia exemplo carere, & tamen fabuloſam nequaquam eſſe credo. Siquidem eorum Libyum regi qui Adyrmachidæ vocantur, ſolenne fuiſſe ſcribit ut adductis in conſpectum virginibus quarum propinquæ nuptiæ eſſent, ei quæ præ cæteris placuiſſet, virginitatem raperet. Sed quum & alia multa idem hiſtoricus regum facta commemoret, in quibus vel libido, vel ebrietas, vel crudelitas, vel fatuitas fide major appareat, ex collatione cum aliorum regum factis qui longe pòſt tempore extiterunt fidem priſcis illis viſum eſt conciliare. Primùm igitur illum devirginatorem regem, vel Rhampſinitum filiam ſuam proſtituentem, cum Hieronymo Syracuſarum rege comparemus. Hunc quandam ex iis qui lupanari præerant, Pitho dictam, uxorem duxiſſe, & reginam conſtituiſſe, memoriæ proditum eſt. Quid Ptolemæus? Thaidem nobile illud ſcortum matrimonio ſibi junxit, & ex ea filios duos Leontiſcum & Lagum, filiam unam Irenen ſuſcepit. Darius autem is quem Alexander imperio ſpoliavit, in eo ipſo bello in quo de fortunis omnibus adverſus illum dimicabat, trecentis quinquaginta pallacis ſtipatus erat. Sardanapalum, Ninum, alioſq; hujuſmodi, necnon eorum æmulum Heliogabalum (quòd monſtra juſtius quàm homines appellari poſſint) omitto: & à Venere ad Bacchum, id eſt ab illius ſatellitibus ad hujus ſatellites venio. Narrat Herodotus ebrietatem Cleomenis eò inſaniæ illum perduxiſſe, ut arrepto gladio ſibi tibias primùm, mox femora & coxas, tandem ventrem conſcinderet. Cur (obſecro) id narranti

Herodoto

APOLOG. PRO HEROD.

Herodoto minus fidei adhibebitur quàm iis, qui ab Alexandro magno Clitum intimum ejus amicum inter pocula interfectum commemorant, & hanc cædem senſibus ejus mero victis imputant? Hunc (ſi illis credimus) ut ebrietas ad cædem illius ſtimulaverat, ita & ipſe ebrietatis pœnas, quum ex ea morbum contraxiſſet, morte tandem luit. Huic ſemper ad edormiſcendam crapulam non breviori quàm duorum dierum totidemque noctium ſpatio fuiſſe opus aiunt. Quid hujus pater Philippus? Quid rex Antiochus, & qui eum ſequuti ſunt ejuſdem nominis reges? Quid poſterior Dionyſius Siciliæ tyrannus, qui per totos nonaginta dies ebrius interdum erat? Quid prioris Dionyſii filius Hipparinus? nonne ſua illum crapula ingulaſſe fertur? Hactenus & de ebrietate. Nunc de crudelitate, quæ ebrietatis plerunque ſolet eſſe comes. Exempla crudelitatis apud Herodotum horrenda legi fateor, & quidem horrendum præ cæteris Aſtyagis facinus Atreum æmulantis, exiſtimari ſcio: ſed Neronem unum non ea ſolùm quæ ab Herodoto ſcribuntur, ſed omnia omnium mortalium crudelia facinora crudelitate ſua partim ſuperaſſe, partim credibilia reddidiſſe dico. De qua tamen (quòd & ſatis pervulgata & omnibus exoſa ſit) dicere ſuperſedeo. Hanc autem miſſam faciens, ut de regum multorum fatuitate dicam, ordo poſtulat. Ad quam generatim probandam licet veteris illius proverbii authoritate niti poſſim, *Aut regem aut fatuum naſci oportet*, à ſuis tamen ſingulos factis, tanquam locupletiſſimis & certiſſimis teſtibus, convinci malo. Sed hîc mihi hærenti, & unde incipiam cogitanti, illud Naſonis ſubit,

Ut ſtat, & incertus qua ſit ſibi neſcit eundum,
Quum videt ex omni parte viator iter.

Verè enim mihi ipſa exemplorum copia nocet. Sed commodùm illius regis facta in mentem veniunt, qui ſuo ipſius cognomine veteri illi proverbio aſtipulatus eſt. Qui enim ab adulatoribus Antiochus Epiphanes, is ab ingenuè verum profitentib. Epimanes dictus eſt. Is ſubinde regali veſte depoſita, vilem togam induebat, eaque indutus ad forum ſeſe conferebat, in quo obvium quenque prehenſabat, ut Ædilis aut Tribunus plebis crearetur: & quem magiſtratum adeptus erat, eo tanquam plebeius fungebatur. Idem ſubinde à ſuis ſe ſubducens, aurifabrorum aut aliorum artificum officinas adibat, ut cum illis confabularetur: aut certè qui primus è plebe atque adeo è fæce plebis ei occurreret, illum congerronem habebat. Obviis & nunquam antea ſibi viſis munera ſæpenumero dabat. Interdum per compita nummos projiciens, *Cui dat fortuna, capiat*, inquiebat: moxque ſe inde proripiebat. Interdum & ſertis caput redimitus per urbem incedebat, lapides occultè circumferens, quibus aulicos qui ipſum ſequebantur, petebat. Idem balneis publicis & ad quas plebs confluebat, utebatur ubi quum aliquando plebeius aliquis ei pretioſis unguentis ſe perfricanti dixiſſet, *Beati eſtis vos reges quibus harum rerum uſus ſuppetit, ex quibus tam bene oletis: At ego iſtis* (reſpondit) *ad ſatietatem uſque & ultra etiam, explebo.* Cujus promiſſi memor poſtridie ad locum in quo is lavabat, accedit, & magnum vas unguento pretioſiſſimo, ſtacte appellato, plenum in ejus caput effundit. Quum autem multi è plebecula (qui non procul & ipſi lavabant) accurrentes, in unguento illi in terram effuſo ſe volutarent, moxque in loco illo, quia lubricus redditus erat, multi labentes riſum ſpectantibus moverent, tandem & rex ipſe ex illis ſuo lapſu riſum excitantibus unus eſſe voluit. Idem rex fontem quendam apud Antiochiam (Midæ factum imitatus) vino perfudit. Alia egregia ejuſdem regis ejuſdemque generis facta ex hiſtoriis promenda lectori relinquo. Cæterum hic quidem rex in unam, alii potius in alteram ſtultitiæ peccarunt partem. quanto enim hic infra regiam dignitatem ſe demittebat, tanto alii multi ſupra illam ſe extollebant, & aliquam de ſeipſis divinitatis opinionem concipiebant. Qua de re extant aurei Rhiani verſus: qui poſtquam oſtendit quam miſera egenis conditio ſua videatur, contrà de divitibus & qui in magno imperio conſtituti ſunt, ita canit,

Ὅς δὲ κεν δύσχθησι, θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζῃ
Καὶ πλουτιεραν ίλῳ, ὄφρ' ἐθέλῃσι ἕνεκα γαῖαν.
Ποσσὶν ὄπιζ ἐβέβει, ἀνῆλοι δέ μιν εἰσὶ τοκῆες·
Ἀλλ' ναυσιπλείῃ κῆ ἁμαρτωλῆσι νόοιο
Ἴσα Διὶ βρομέει κεφαλῇ δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴχει,
Καίπερ ἐὼν ὀλίγος μνᾶται δ' ὑπηχῶ Ἀθήνῃ,
Ἥ τιν' ἀτεραπτὸν τεκμαίρεται ἔλυμπόν δε,
Ὅσκε μετ' ἀθανάτοισιν ἀείθμος εἰλαπινάζῃ.

Hîc autem quorſum Poeta, non contentus dixiſſe, reges ita faſtu turgere ut obliti videantur ſe terram pedibus calcare, & mortalibus ortos parentibus eſſe, addat inter alia, eos Minervæ nuptias ambire, quum à non paucis doctiſſimis viris quæſitum ſciam, à nemine autem repertum audierim, ſi explicavero (quum præſertim explicationem propoſito noſtro congruentem habeat)

beat) maximam me à multis initurum gratiam ſpero. Poetam igitur non hyperbole poetica hîc uti voluiſſe, nec Minervam pro quavis alia dea nominaſſe, ſed ad hiſtoriam reſpexiſſe dico à Theopompo ſic relatam. Cotys qui luxum cæterorum Thraciæ regum ſupergreſſus eſt nuptiale epulum aliquando apparavit, tanquam Minervam in uxorem ducturus eſſet: adornatóque thalamo, quum ebrius ipſius adventum aliquandiu expectaſſet, tandem furore percitus, unum ex ſatellitibus, num dea in thalamum veniſſet, viſere juſſit. Quem reverſum, & neminem in thalamo eſſe reſpondentem, ſagitta transfixit: móxque ſecundum à ſe miſſum, ob idem reſponſum itidem interfecit. Tandem miſſus tertius, re animadverſa, illum à dea jampridem in thalamo expectari retulit. Hactenus quæ ad germanam (ut ego quidem judico) verborum Rhiani expoſitionem faciunt. Qualis verò hic bellus Minervæ procus erga uxorem ſuam fuit? Ex zelotypia in tantam iram repentè adverſus illam exarſit, ut propriis manib. eam, à vulva orſus, diſſecuerit. Sed de Coty ſati. Quid Alexander? nónne Ammonis ſive Jovis filius haberi gaudebat? nónne modò Mercurii ritu talaria petaſúmque & caduceum, modò Herculis more leoninam pellem clavámque geſtabat? Commodus autem nónne cum Herculis inſignibus nomen etiam ejus ſibi vendicabat: Unde hæc? roget aliquis. Nimirum ex prava præbendi adulatoribus aures conſuetudine. Quid enim aliud ſunt adulatorum voces apud principes, (quibus ingenita jam cum opibus eſt ſuperbia) quàm additum incendio oleum? Quum igitur illa de Alexandro & Commodo legimus quæ modò commemorata ſunt, quum eundem Alexandrum ſtatuæ dei alicujus cultum & ornatum ſibi abhibitum admiſiſſe, quum alterum quem debellaret orbem quæſiviſſe audimus, unà cum hac adeo ſtulta eorum arrogantia ſimul & aſſentatorum diram blandiloquentiam, à qua illa profecta ſit, audire nobis videamur. Et tamen principibus multis amici, nullis adulatores defuerunt. Habuit & Philippus hujus pater ſuum Cliſophum, Antigonus cui cognomen fuit Epitropo, ſuam Apollophanem, Ptolemæus tertius ſuum Callicratem, Ptolemæus ſeptimus ſuum Hieracem, Philopater ſuum Philonem, Attalus ſuum Simachum ſive Theodorium, Mithridates ſuum Soſipatrum, Scuthes Thracum rex Heraclidem Maronitem, cujus à Xenophonte etiam fit mentio: habuerunt ambo Dionyſii Syracuſarum Tyranni Satyrum, Chiriſophum, Democlem: habuit earundem Syracuſarum tyrannus Hieronymus Thraſonem & Oſin. Nec verò his aſſentatorib. illos contentos fuiſſe, ſed horum duntaxat & aliorum quorundam nomina, quæ cæteris antecelluerint, literis mandata eſſe credibile eſt. Ego certè ne ipſum quidem Alexandrum Hegeſia, Agnone, Demetrio, Medio Bagoa, Gergithio, Dioxippo, Anaxandro, aliíſque quorum per hiſtorias ſparſa extant nomina, contentum fuiſſe exiſtimo. Quid quòd ipſos quoque philoſophos aſſentationis artifices eſſe non puduit? Anaxandrum enim (quem hîc poſtremum nominavi, & cujus verba putidæ adulationis plena paulo pòſt referam) philoſophum fuiſſe conſtat. Sed & eum quem Attalo aſſentari ſolitum dixi, Simachum ſive Theodorium, ejus etiam præceptorem fuiſſe legimus: qui librum περὶ τῆς Ἀτ̃άλυ παιδείας ſcribere (Xenophontis Κύρυ παιδείαν, ut opinor, æmulatus) & hoc ſuæ adulationis monimentum poſteritati commendare non erubuit. Quinetiam hujuſmodi homines à nonnullis principibus tanquam proverbiale nomen traxiſſe, & ab Alexandro ἀλεξανδροκόλακας, à Dionyſio διονυσοκόλακας appellatos fuiſſe accepimus. Sunt porro aſſentatorum duo genera: unum eſt eorum qui aperto (ut ita dicam) marte; alterum, eorum qui ex inſidiis adulantur. Hos illis ut periculoſiores, ita formidabiliores eſſe debere, nemo ignorat: & tanto quidem quanto ſaxa ſub aquis latentia ſcopulis conſpicuis ſunt formidabiliora. Rurſum verò inter eos qui aperto marte graſſantur, periculoſiores ſunt ii qui ad id quod præſtant infame obſequium, verbo non tantum ad demerendam principum gratiam, ſed ad inflandos etiam eorum animos accommodata addunt. Utriuſque generis exempla proferam, ſed minus periculoſis priorem locum dabo. Chiriſophus Dionyſii prioris adulator, ridentem illum cum quibuſdam familiaribus cernens, ridere & ipſe cœpit. Interrogante Dionyſio quæ illi cauſa riſus eſſet, quum ea quæ dicerentur non audiret, Fidem, inquit, vobis adhibeo, quicquid illud ſit quod dixeritis eſſe riſu dignum. Ejus autem filius Dionyſius eos circa ſe habuit qui διονυσοκόλακες appellati fuerunt, qui ſpuente Dionyſio faciem ſuam ſæpenumero conſpuendam præbebant, atque adeo ſputum ejus, interdum etiam (honor ſit auribus) quod evomuerat, lambentes, melle dulcius eſſe aiebant. Iidem, quum Dionyſius ex ebrietate cæcus aut certe cæco proximus evaſiſſet, patinas & calices inter cœnandum dejiciebant, tam quam & ipſi ita cæcutirent ut nequaquam illa vaſa, ac ne ipſos quidem cibos cernerent: expectabántque dum Dionyſius prehenſam eorum manum patinæ admoveret. Quod officium Hiero quoque quibuſdam ſuis adulatoribus idem oculorum vitium ſimulantib. præſtitiſſe ſcribitur. Iidem illi Dionyſii aſſentatores, ut ſibi in illa ſua ſimulatione conſtarent, inter eundem alter in alterum ſæpe impingebant, adeo ut eos ipſe Dionyſius manu perinde ac cæcos deduceret. Cum hoc autem eorum facto optimè quadrat quod Cliſophus Philippi aſſentator facere ſolitus narratur. Quum enim exculptus Philippo fuiſſet oculus, eum comitabatur eundem & ipſe oculum faſciis involutum habens. Rurſus quum ex vulnere debilitatum crus Philippo eſſet, una cum Philippo claudicans incedebat. Sed hic tamen, ſicut & illi διονυσοκόλακες, ſuam artem ſine ullo ſuo damno exercebat: at Mithridates (en quò progrediatur aſſentationis furor) aſſentatores na-

ctus est qui graves sibimetipsis assentationis suæ pœnas dabant. Quum enim ille rei medicæ studiosus esset, ut ostenderent quantam de illius peritia opinionem concepissent, secandos illi urendosque (quum alioqui nihil opus hoc remedio haberent) se præbebant. Ad alterum illud adulatorum genus, quod periculosius esse dixi, venio. Nicesias Alexandri assentator, quum eum ex epoto pharmaco torsionibus vexari cerneret, O rex, inquit, quid faciendum nobis est, quum vos dii talia patiamini. Dioxippus autem Atheniensis pancratiastes, fluente è vulnere quod Alexander acceperat, sanguine, Homericum illum versum protulisse fertur,

Ἰχὼρ οἷός περ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Quid nebulo ille philosophus, (cujus & antea meminimus,) eandem & ipse artem factitans? Quum aliquando Alexandro itineris comes esset, orto tam vehementi tonitru ut omnes trepidarent, At tu fortasse (inquit) Alexander fili Jovis, hujus tonitrus es author. Ejusdem farinæ est illud Democlis factum, qui posterioris Dionysii assentator erat. Is quum moris in Sicilia esset singulos domi Nymphis sacrificare, & circum earum simulachra tripudiare, Democles relictis Nymphis, ad Dionysium, circa eum tripudiaturus accessit: negans oportere ad inanima numina studium convertere. Quis verò non multo etiam magis Athenienſium plane similem adulationem miretur? Traditur enim illos Demetrium cognomento Poliorceten, quum Athenas veniſſent, cum aliis divinis honoribus prosequutos esse, tum canticis eum & domi & in publico celebrasse, quib. inter cætera solum illum verum esse deum dicebant. Cæteri dii (inquiebant) aut procul à nobis adsunt, aut dormiunt, aut auribus carent, aut preces nostras negligunt: fortasse etiam ne omnino quidem ulli sunt: at te præsentem cernimus, non ligneum, non lapideum, sed verum. Qui verò sunt hi quos in tam horrendam adulationem prolapsos audimus? illi ipsi (illorum certè posteri) qui Evagoram, quòd regem Persarum adorasset, morte mulctarunt. En quàm propensa sint ad assentationem hominum ingenia. An verò minus propensos esse putamus ad eam recipiendam principum animos? Quis eorum tam bene sè modulo suo metiri novit, ut ei assiduæ illæ & quidem immodicæ laudationes recordationem mensuræ suæ non extorqueant? Si princeps aliquis vel minimam rei militaris scientiam habet, Themistoclem, Epaminondam, Scipiadas ambos superat: siqua corporis firmitate præditus est, statim audit Hercules: si non omnino indisertus est, alter Demosthenes vel Cicero alter appellatur: si vel unum versiculum scribere novit, Homerus aut Virgilius est. Attalum quidem certè eodem & præceptore & assentatore usum esse, historiæ perhibent, Simacho sive Theodorio, cujus & antea facta fuit à nobis mentio: idem verò aliis multis principib. & olim contigisse & hodie contingere verisimile est. Quamobrem verè à Carneade dictum est, divitum & regum filios solam equitandi artem rectè discere: quòd & in ludo literario præceptor, laudando, & qui colluctatur, sponte succumbendo, illis aduletur: at equus quum nec sciat nec curet privatúsne an magistratus, dives an pauper sit is quem vehit, cervicem cuilibet equitandi imperito frangit. Nec verò hac tantùm in parte exitiales sunt suis dominis adulatores quòd illis falsam de seipsis persuasionem induant: verumetiam quod calumniis apud illos gravent quoscunque suarum partium esse non vident, id est quoscunq; liberè & ingenuè loqui, & (ut habet vetus proverbium) τὸ σκάφιον σκάφιον appellare, quos denique ea quæ veros amicos decet, & loqui & facere animadvertunt. Unde enim (obsecro) Alexandrum ad Callisthenis, Parmenonis, Philotæ cædem, nisi ab illo suo adulatorum agmine impulsum fuisse arbitramur? Sed ut tandem aliquandò ad priscos illos Herodoti reges revertamur, quorum miram & propè incredibilem amentiam commemorat, quin illi quoque suos adulatores habuerint, minimè cuiquam dubium esse debet. Verum cæteris omissis, de eo qui principem inter eos arrogantiæ pariter & dementiæ tenere locum videtur, dicam. Qui Hellespontum compedibus vincit, qui Hellesponto minatur & contumeliam dicit, qui denique Hellespontum flagellat, nónne Mardonio adulatori pernicioſissimo potius quàm Artabano amico fidelissimo aúscultat, sicut & Dionysius, Philippus, Ptolemæus, suis singuli adulatoribus, quàm Dioni, Samio, Cleomeni, amicis & probatæ fidei viris, aúscultare maluerunt? Jam verò & illis multo etiam antiquiorib. regibus (qui quicquid delirant, plectuntur Achivi) sunt qui suos apud Homerum adulatores assignent. Ut autem reges aliosq; principes assentatorib. comitatos, ita & reginas quasdam assentatricibus comitatas fuisse, memoriæ traditum est: inter quas eæ quæ χλιμακίδες appellatæ sunt, claruerunt: id nomen ab obsequio quod reginis præstabant, adeptæ. harum enim dorsa scalarum vicem illis currum conscendere volentibus præbebant. Quæ quum ita sint (ut hunc tandem de regum fatuitate locum claudam) sicut credibilem nobis cæterorum regum stultitiam reddit corrupta illorum ab assentatorib. natura, itidem Herodoto priscorum quorundam regum amentiam describent credamus, si quidem assentatores his itidem fuisse credimus. Simul verò & principum hujus tempestatis conditionem consideremus, qui quum à majoribus suis potentia circa res multas superentur, sola multitudine adulatorum illis potentiores manent, si modò qui suorum dominorum domos, urbes, populos, regna, ut pessundederunt olim, ita & hodie pessundant, principum potentiam augere putandi sunt. Cujus mali exempla ab hoc nostro seculo petita odiosa essent, & satis multa veteres

teres hiſtoriæ ſuppeditant. nam ſi principum mores ab adulatoribus corrumpuntur, quæ illam morum corruptelam ſequuntur clades, non dubium eſt quin adulationi acceptæ ferri debeant. Adde quòd adulatorum eſt imminentia ſuis dominis pericula diſſimulare, ſecuros illos eſſe jubere, ad quidvis ſibi de ſua potentia pollicendum incitare. Quod qui faciunt, nónne illos in pericula trudunt: nónne hoſtium telis inermes exponunt? nónne in illorum denique manus eos tradunt? Et hoc quidem modo exitii cauſa principibus jure dicantur eſſe adulatores, ſed non propinqua. At propinquam etiam exitii cauſam ſuis dominis eos ſæpenumero fuiſſe teſtantur cum alii multi, tum is Philippus quem Romani imperio everterunt; ejus enim jam antea regnum ab aſſentatore Proclide Tarentino labefactatum fuiſſe Polybius author eſt. Craſſi autem adulator Andromachus Parthis operam ſuam ad illum fortunis pariter & vita ſpoliandum locavit. Porrò ut adulatores ſuperiorum ſeculorum ab adulatoribus noſtræ ætatis, numero, ſic etiam peritia tanquam diſcipulos à magiſtris ſuperari ſciendum eſt; quò diligentius ab illorum inſidiis cavere ſibi principes debent: ſed ipſi viderint. Ad me quidem quod attinet, ſi quid vota hîc valere poſſent, ut Theſſali olim urbem quæ Adulatio vocabatur, funditus everterunt, ita præ quibuſvis aliis maleficis radicitus extirpatos adulatores aulicos optarim.

Nunc & luxus priſcorum regum ab Herodoto & aliis deſcripti collationem cum poſterorum quorundam partim regum partim aliorum luxu, aggredior. Inter cætera igitur quæ de luxu regum Perſarum monumentis literarum tradita ſunt, vix credibile nonnulli putarunt quod Herodotus narrat, quocunque illi irent (nam quod de Cyro dixit, de ejus ſucceſſorib. etiam intelligi voluit) Choaſpis fluvii aquam circumvehi ſolitam fuiſſe, & nullam illos aliam potare conſueviſſe. Ego verò quenquam qui hoc mirabile, nedum incredibile, judicet, eſſe demiror. Utrum enim, quæſo, majori admiratione dignum, aquæ plauſtris regem Perſarum comitatum ditionem ſuam peragrare, an Cardinalem è media Gallia Romam uſque aliquot lagenarum millibus comitatum pervenire? Quod tamen ego tacuiſſem, niſi earum fama jam percrebuiſſet, atque adeo earum ignominia in Gallos omnes (quippe quos inde *botiglioni* Itali vocant, quaſi lagenarios, Græcè λαγυνίωνας dicas) redundare cœpiſſet. Et illis quidem qui curioſas illas potus aquæ certæ delicias objicient, hæc pauca reſpondiſſe, fuerit, meo quidem judicio ſatis. Illis autem qui cætera objiciunt, multa habeo quæ reſpondeam. Ad luxum quidem certè quod attinet qui circa ciborum apparatum verſatur, nec plura nec luculentiora ex ullo quàm è noſtro ſeculo poſſe promi exempla exiſtimo, quo jam pervulgatum circa ferinam carnem eſſe cœpit, (de Gallia loquor) ut avulſi ex utero vivarum matrum fœtus menſis apponantur. Quem tamen luxum menſa Galli cujuſdam primarii in regis aula viri, vilem jam reddiderat: & verba propediem exprimendis aliis ejus circa cibos & ciborum apparatum deliciis defutura erant, ſi civilis Galliæ noſtræ Mars illi parcere, & coquorum celebrium vota (quibus inſigne ſui deſiderium reliquit) exaudire voluiſſet. Verùm ut ad magnates uſque non veniamus, virum quendam fide digniſſimum de quadam Avenionenſi muliere (quæ aulæ pontificiæ ibi tum ſedem Apoſtolicam habentis Lais fuerat) audivi narrantem, eam turdis & perdicibus aliisque avibus veſci ſolitam, quæ fœniculi, anethi, coriannive aut ſimilium ſemine ſaccharo condito paſtæ eſſent. Sed illud audivi; at lactucas aqua ſaccharata, quam vocant, à matronæ cujuſdam ancillis (& quidem illius, ut aiebant, juſſu) irrigari vidi. Quæ quum ita ſint, quid aliunde quam è noſtro ſeculo, hujuſmodi deliciarum arceſſere exempla neceſſe eſt: At verò alterius luxus multa genera luxui noſtræ ætatis (de quo & antea dictum eſt) poſſe accedere fateor. Alterum luxum voco qui non circa cibos ſed circa reliqua verſatur. De hoc igitur quæcunque ab Herodoto memorantur, à Siciliæ tyrannis ſuperata eſſe dico. Quib. quum primum in hac re locum tribuo, ipſum etiam Herodotum ſequor, qui de Polycrate loquens, ita ſcriptum reliquit, Nullus enim regum Græciæ, exceptis Syracuſanis, dignus eſt qui cum Polycrate, quod ad magnificentiam attinet, comparetur. Nec tamen ſolos Syracuſarum reges ſive tyrannos, ſed & Alexandrum aliosque illa prætergreſſos eſſe dico. Argumento autem vel una Alciſthenis Sybaritæ veſtis eſſe poteſt, quæ centum viginti talentis vendita fuiſſe fertur. Quòd ſi ad vitem & platanum auream vel platanos aureas veniendum eſt, earum cum aulæ Alexandri ſplendore & magnificentia comparationem ex Phylarcho audiamus. Aureæ platani, inquit, & aurea vitis, ſub qua ſedentes ſæpe Perſarum reges jura ſuis populis dabant, quotidianum regiæ Alexandri ſumptum æquare non videntur: quanvis alioqui vitem illam commendarent etiam uvæ quæ ſmaragdos & Indicos carbunculos aliasque pretioſiſſimas gemmas racemos imitantes haberent. His autem deſcriptionem opulentiæ & magnificentiæ illius adjungit: quæ ſi vera eſt, verè etiam platanos aureas Perſicorum regum vitemque auream cedere illi dixit. Porro ut comparationem hanc perſequentes, ab ipſis dominis ad eorum famulos aut ſervos veniamus, (nam quicunque ſub ditione regum Perſarum erant, ſervi ejus vocabantur) narrat Cteſias quendam Annarum qui ſatrapa Babyloniæ à rege conſtitutus fuerat, centum quinquaginta pſallentes & canentes mulieres circa menſam ſuam habere ſolitum. Audiamus viciſſim quæ de quibuſdam Alexandri ſive ſodalibus ſive aſſentatorib. tradita ſunt. Phylarchus & Agatharchites memoriæ prodiderunt, eorum alium clavos aureos crepidis ſuppactos geſtaſſe, alium, quoties de publicis negotiis cum aliquo tractaret, ſuper pavimento purpura ſtrato deambulare ſolitum fuiſſe: alios aulæis per quinque ſtadia locum in

quo

quo venarentur, cingere consueviſſe: alios pulverem ad palæstræ usum sibi à jumentis multis, quocunque irent, portandum curaviſſe. His ego comparationib. (quamvis alioqui in exemplorum luxus commemoratione luxuriare oratio mea posſit, præsertim si ad Romanos usque progredi voluerit) utpote mea sententia aptiſſimis contentus esſe statui. At nostri seculi principum luxus illo quidem artificioſior & (ut ita loquar) ingenioſior meritò dici posſit: at opulentia tantum illi cedit quanto minores sunt horum quàm illorum principum opes.

Ut autem ad varios variarum gentium mores atque ritus ab Herodoto descriptos aliquando tandem revertamur, quis non in Græcis multos in eo quod de Ægyptiorum scribendi more à dextra in siniſtram tendendo, commemorat, suspectum mendacii habuiſſe credat? At nos quibus familiares sunt Hebraicæ literæ, tantum abest ut hoc admiratione dignum censeamus, ut potius quenquam hoc mirari miremur. Multo certè minus fidem (& meritò quidem) apud lectores impetraſſet Herodotus si aliquos inter Ægyptios reperiri scripsiſſet qui siniſtra in scribendo, non dextra uterentur: quum tamen mihi duos qui id facerent, videre contigerit, Flandrum unum, Sabaudum alterum. Quid si verò esſe tradidiſſet qui oculis casu aliquo orbati, nihilo tamen minus scriberent? rem aliis quidem fortaſſe incredibilem, at mihi certè credibilem narraret. Quare? quòd scribere absque oculorum usu (id est vel in tenebris, vel oculis aliò conversis) necessitas rerum omnium magistra me docuerit. Atque hæc de isto miraculorum genere hactenus; ad alia veniamus. Quidni viros Ægyptios lanificium exercuiſſe credemus, quum apud Segusianos nobis vicinos usitatum viris multis nendi morem cernamus? At quàm ineptum est viro, quàm ridiculum, colum gestare, & muliebri more fila deducere? Ineptum est (fateor) & ter quatérque ridiculum: sed quid agas? an quia ridiculum, ideo verum non erit? Ridiculum est nobis ejusdem Herodoti illud, Ægyptios viros (honor sit aurib.) subsidentes meiere. At Turcis ridiculum id nequaquam fuerit quibus hanc meiendi rationem tanquam honestam in usu esse, nostram contrà velut turpiſſimam aversari aiunt. Ac certè (si in re hujusmodi philosophari nefas non est) non de nihilo est quod Hesiodus, ne stantes meieremus vetuit, quum μηδ' ὀρθὸς ὀμιχεῖν dixit. Sed esto (excipiet aliquis) veracem in hoc fuiſſe Herodotum: quid quòd addit, mulieres contrà stantes meiere: De hoc certè (ut ingenuè fatear) aliud quod respondeam non habeo quàm hoc: quemadmodum si quod de viris Ægyptiis tradit, Turcæ nobis exemplo suo non confirmarent, incredibile videretur, quum tamen verum esſet: ita, quod de mulieribus addit etiamsi nullo exemplo (quod quidem ad aures nostras pervenerit) comprobetur, verum nihilominus esse posſe. Hunc autem locum, Sophoclis poetæ & Nymphodori historici authoritate claudendum censeo, qui eandem quam Herodotus morum Ægyptiacorum ab aliis discrepantiam testantur. Antequam tamen à ridiculis discedamus, addam & quod de uxorib. Libyum Adyrmachidarum narrat in Melpomene, eas videlicet pediculos suos (honor nunc quoque sit auribus) non antè abjicere quàm eos viciſſim momorderint. (est enim ἀντιδάκνειν viciſſim mordere, non præmordere, ut interpres verterat) Hoc quoque iis annumerari debere quæ non ridicula sint solùm, sed & fœditatem spurcitiemque incredibilem habeant, confiteor: sed cur aliis historicis quosdam φθειροφαγεῖν nobis commemorantibus fidem adhibebimus, Herodoto narranti has mulieres φθειροδακνεῖν, (quod multo minus est) fidem derogabimus? Imò ne φθειροφάγος quidem fuiſſe ullos credo, respondebit fortaſſe aliquis. Cur obsecro, minus credibile est τὸ φθειροφαγεῖν quàm τὸ ἀνθρωποφαγεῖν? licet hoc magis crudele, illud magis fœdum sit? Anthropophagiæ autem exemplum, ut feritatis extra omnem controversiam positæ, profero: quum ejus hac etiam tempestati multi oculatos se testes esse jactent, Quam feritatem nequis in barbaris hominibus miretur (simul autem & alia multa crudeliter ab iisdem perpetrata, quæ ab Herodoto describuntur) aut ne fide majorem judicet, audiat non barbarum, sed Græcum hominem; non literarum rudem, sed philosophum, & quidem inter philosophos celeberrimum, verba hæc vel ipsis Cyclopibus & Læstrigonibus anthropophagiæ authoribus indigna proferentem: χὴ ἂν τῶν μελῶν ἀποκοπή τι μέρος πρὸς τὴ τροφὴν χρήσιμον, μήτε καλορίζειν αὐτὸ μήτε ἄλλως ῥίπτειν, ἀναλίσκειν ὃ αὐτό, ὅπως τῶν ἡμετέρων ἕτερον μέρος γένηται. Hæc Chrysippum in libro de justitia, scripta reliquiſſe, de mortuis hominibus loquentem, testatur Sextus philosophus, sicut & ista in libro De officio, διὸ χὴ χρησίμων μὴ ὄντων τῶν κρεῶν, τροφὴν χρήσονται αὐτοῖς, καθάπερ χὴ τῶν ἰδίων μερῶν, οἷον ποδὸς ἀποκοπέντος ἐπέβαλλε χρῆσθαι, αὐτῷ χὴ τοῖς ὡμοπλησίοις. In quorum autem cadavere ita nos officio fungi jubet? Parentum, I nunc, & ab Herodoto vel aliis historicis descriptam ἀνθρωποφαγίαν aut ἀνθρωποθυσίαν fabulosam esse clama.

Verùm ut ad illam morum Ægyptiacorum à Græcanicis discrepantiam redeam, ad invenienda miræ & propè incredibilis morum dissimilitudinis exempla, ab hoc nostro seculo non discedamus. Quid simile Germanorum Flandrorumque mores cum Gallorum aut Italorum moribus habent, sive victus rationem, sive cultum corporis, sive studia & animorum inclinationes spectes? Si Gallus aut Italus ad mensam ducatur ea lege ut per sex septémve horas illi accumbat, in carcerem trudi, non ad mensam duci sibi videbitur: si verò accumbenti tale œnophorum

rum quale illis ebibendum proponatur, ad ſupplicium malle ſe rapi clamabit. nam ut horum utríque, vino ſe ingurgitare, acerbiſſima mors eſt, ita illis (de vulgo loquor) ſuaviſſima vitâ cenſetur: adeo ut non immeritò quis eos progeniem illius eſſe ſuſpicetur qui apud comicum Alexin, dicebat, O me beatum, ἐχ ὅτι ἐν τοῖς γάμοισιν ἄνδρες δύωχήσομαι, Ἀλλ' ὅτι ἁρπαζήσομ', ἂν θεὸς θέλῃ. Ad veſtitum autem quod attinet, ſive huic ſive illi caligas Lantsknechthicas indueris, non homini caligas, ſed hominem caligis alligaveris, & ex quantumvis agili immobilem illa panni ſaburra reddideris. Eiſdem verò Gallo dico & Italo (ac iis quidem potiſſimùm qui in aliquo ſunt dignitatis gradu locati) nihilo magis ut in patria ſua cum viridi pallio quam ut nudi in publicum prodeant perſuaſeris. non enim ſatis ſanæ mentis haberentur. At Germanis nulla hujuſmodi de eo quem ita vident amictum, oboritur ſuſpicio. Sic & verſicolorem veſtem, aut certè verſicoloribus fimbriis prætextam geſtare fœminis permittunt: nos nequaquam. Permittunt iiſdem (ac præſertim virginib.) paſſo & per collo ſparſo capillo incedere: apud nos autem virgo propter hunc habitum mænedib. annumeraretur. Et hæc quidem pauca ſunt hujus diſſimilitudinis exempla è multis quæ hanc collationem perſequi volentib. ſuppetent. Viciſſim verò aliquod exemplum rituum in quib. nos ab Italis diſcrepamus, proferre libet. Uxores noſtræ ad illud exemplar inſtitutæ ſunt,

Illa regat cunctos, illi ſint omnia curæ,
Et nihil in tota me juvet eſſe domo: at illorum

uxoribus dicas hos verſus ita inverſos eſſe,

Illa regat nullos, ſint nulla negotia curæ,
Illamque in tota nil juvet eſſe domo.

Illi uxoribus ſuis fucare faciem permittunt, (quum tamen hoc facinus in earum ſenectutem redundaturum ſciant) nos ſuſpectas fucatæ faciei, ſuſpectas adulterii eadem opera haberemus. (aulas principum excipio, quæ miſcellaneos mores rituſque uſurpant.) Ut verò à perſonatis mulierib. abhorremus, ita nec grallatrices amamus: ſed eaſdem & in lecto & in menſa (i. utrobique vel proceras vel parvas) habere volumus. Inaures priſco more geſtare multi eorum ſuis uxorib. permittunt: nos id in uxorib. noſtris meretricium judicaremus. Nos obvias Gallas, ſive matronas ſive virgines quæ nobis familiares ſunt, ſalutamus: ſi patricæ ſint, etiam oſculamur: Italas vix quiſquam voce, nedum oſculo ſalutare auſit. Offenduntur Itali oſculationibus hujuſmodi quas uxorib. noſtris concedimus; offendimur viciſſim papillarum nudationibus, quas ſuis illi (ac præſertim Veneti) permittunt. Cur enim quas pudicas eſſe volunt, cultu ſuſpicionem impudicitiæ præbere volunt? Niſi fortè obviis quibuſque nudare papillas, retecta veſte & hac ratione (ut eſt in proverbio) δείκνυειν κυσὶν ὀστέα, pudicitiæ per occultam quandam antiperiſtaſin argumentum eſſe exiſtimant. Ad me certè quod attinet, conjectura nulla poſſum aſſequi quodnam eorum à quibus hoc inſtitutum profectum eſt, conſilium fuerit: ſicut nec quod fuerit apud eoſdem Venetos illius qui ut velare faciem commune meretricibus cum ingenuis virginibus eſſet, ſtatuit. Et quoniam à meretricibus ad lupanaria facilis tranſitus eſt, de his quoque aliquid dicendum eſt. Nónne quæ ſit inter ipſas etiam Chriſtianas nationes de his controverſia videmus? nónne de his varias in utranque partem (excluſo interim, proh pudor, Dei mandato) diſputationes quotidie audimus? dum hi juvenum corruptelam eſſe objiciunt, illi matronarum pudicitiæ præſidium eſſe reſpondent? At vulgus Italorum magis miretur urbem quæ receptaculis hujuſmodi quàm quæ templis careat, & ſibi ἀξιώτην illic eſſe potius quàm hic fateri non dubitet. Sed quid de illo Patre ſacro dicemus, quem adeo gravem authorem πορνοβοσκειομαχίαι ſequuntur? Ego certè quod de illo aliàs (& quidem in media urbe Roma) dixi nunc quoque liberè dico, pudendum quidem ejus factum mihi in eo videri quòd lupæ matris Romuli ſtudioſius reverentiusque quàm Petri Apoſtoli memoriam colat: quippe qui vivis luparum imaginibus Romam circumvallarit, at Petrum Apoſtolum cum unica (quæ quidem in pretio ſit) Imagine, in angulum urbis detruſerit: alioqui certè prudentis medici officio functum mihi videri, quòd, ut illi, ubi ægrotis hujus vel illius cibi uſu interdixerunt, aliquem alium quo veſcantur, illis proponunt: ita ipſe quibus licitum eſſe matrimonium noluit, licitam ſaltem eſſe ſcortationem voluerit. Sed quod ſibi κρεῖττον ἑρμεῖν cum lupabus illis eſſe inſtituit, huic verò ejus inſtituto qua ratione patrocinari quis poſſit, non video; nam ſi verè dixit ille.

Turpe tori reditu cenſus augere paternos,

quanto turpius tam profani reditus partem in ſacraria inferri, & illo Petrum Apoſtolum ditari? Verùm quum de his latius philoſophari, nec loci hujus nec temporis ſit, hunc ſermonem ſimulque eam quæ in illum deduxit diſputationem finiendam cenſeo: ſi tamen prius hanc eſſe hujus ſummam monuero, ut ex ea quam noſtris oculis credere cogimur in vicinis etiam regionibus morum diſcrepantia (cujus ſpecimen tantùm pauculis illis exemplis dare libuit) multa quantumvis ab iis quæ aut viderimus aut audierimus abhorrentia, à fide tamen abhorrere non

non putemus. Sed quid de vicinis populis loquor? non à nobiſmetipſis, id eſt à majoribus noſtris, longè moribus diſſentire dico. Quis enim vel Gallus, vel Italus, vel Hiſpanus, vel Germanus majores ſuos valde diverſo victu cultúque corporis uſos fuiſſe, & diverſa etiam ſtudia habuiſſe neſcit? ut diverſos ritus ceremoniásque, leges, inſtituta, jura omittam. Nam (ut de nobis loquar) quum formoſas noſtrorum Galliæ regum noſtrarúmque reginarum imagines aſpicimus, nónne quid illis in mentem venerit ut eo veſtitu uterentur, mirari ſolemus? Quòd ſi privatorum etiam hominum qui coævi illis fuerunt, imagines haberemus, non tantum admiraremur fortaſſe, ſed etiam veſtitum illum cum hodierno conferentes, obſtupeſceremus. Ad victum veniamus. Quàm multos cibos in deliciis olim fuiſſe putamus, qui nobis viles ſint: quàm multos contrà palato majorum diſplicuiſſe, qui noſtro gratiſſimi ſint? Dignum ſcilicet hodie regia menſa fuerit ferculum anſer: at Cyrus regis Artaxerxis frater χλῶας ἡμιβρώτους amicis è menſa ſua mittebat, ut participes eſſent voluptatis quam ex eorum eſu ceperat. Quidni etiam credibile ſit diverſum à noſtris, ſaporem majoremque teneritatem illas habuiſſe, ut gallinas Indicas duabus his aliiſque rebus differre à noſtris videmus? Quinetiam anſerinum jecur in deliciis olim fuiſſe, & has delicias hodiéque Judæos qui Venetiis agunt, magnò Chriſtianis vendere novimus, quæ tamen vix alibi uſquam celebrantur. Sed & quum Martialem primam gloriam inter aves turdis dantem audimus, nonne aut diverſos à noſtris turdos aut plane diverſum à noſtro palatum habuiſſe, aut perdicem nunquam guſtaſſe putandus eſt? Quid quòd Itali ab iis, qui regis Galliæ apud Senatum Venetum legati erant, lepuſculos leporibus, perdicia perdicibus anteferre didicerunt? Sed ne latum æquor de diſſenſione in ciborum delectu, malus etiam de ea quæ eſt in ciborum apparatu, ingrediar, curſum hîc ſiſtens, hoc tantùm addo, homines moribus non ſolùm à majorib. ſuis, non ſolùm à finitimis populis, non ſolùm à civibus, à vicinis, à domeſticis denique ſuis, ſed ipſos à ſeipſis ſæpiſſimè diſſentire. Quàm enim exiguus eſt eorum numerus qui iidem eadempoſſunt horam durare probantes? Quæ ſi nobiſcum reputabimus, minus quæ de diverſis moribus apud Herodotum aliósque Hiſtoricos leguntur, & mirabimur, & ſuſpecta mendacii habebimus.

Ad ritus cermoniásque cum aliarum gentium tum Ægyptiorum venio. In his quoque multa ridicula, multa non ſtultitiæ ſolùm, ſed & furoris plena narrari non nego: ſed eo nomine mendacii ſuſpecta eſſe debere pernego, Mirum fortaſſe tibi & fictum etiam videtur quod de Ægyptiis ab Herodoto narratur, illos ſolenni quodam ritu ſeipſos verberare: at ego nec mirum nec fictum puto, quippe qui & Venetiis & Romæ ſolennes hujuſmodi verberationes viderim. Sed quod potiſſimum hominum genus apud Ægyptios hunc ritum coleret, neſcio. Quos Romæ & Venetiis ſeipſos verberantes videbam, eos, ex multis qui norant, verberones eſſe audiebam. Verùm quid ex Italia exemplum mutuamur quod noſtra ſuppeditare Provincia poteſt? Commodùm tamen facta Romæ mentio in memoriam mihi Mariæ Lauretanæ templum ipſi vicinum revocavit, ubi eorum ſpectator fui quæ multa tum ab Herodoto, tum ab aliis de variarum gentium ſuperſtitione relata, non credibilia ſolùm reddere, ſed & excuſare poſſunt. Verùm ea referre horret animus: ac nec eos quidem ipſos Athenienſes quorum ſuperſtitioſis ritibus tantopere commotus fuit Paulus Apoſtolus, ea ſine horrore ſpectaturos fuiſſe exiſtimo. Receptam & alibi ſuperſtitionum farraginem omitto.

Hunc igitur ſermonem miſſum facientes, potius ut antea priſcum Bacchum & priſcam Venerem cum noſtro Baccho & noſtra Venere contulimus, Martem itidem hunc cum illo conferamus. Equidem noſtrum illi aut furore aut crudelitate aut perfidia cedere, an meritò dici antea potuerit. neſcio: ne certè unquam poſthac dici poſſit, civilia Galliæ noſtræ bella (utinam vul nunc benè ſedata) prohibuiſſe ſcio. Quis adeo eſt ferus ut ſiccis oculis illud quorundam barbarorum facinus legat, qui pueros elementa prima diſcentes, media in ſchola trucidarunt? Priſcum eſt facinus illud: quod ſicui incredibile antea viſum eſt, ſimilis crudelitatis exemplo tempora noſtra credibile reddent, (ſi tamen ſimilis, quæ illam multis partibus ſuperat, dicenda eſt.) Ecquis enim adeo humanitatem omnem exuerit ut id factum quod primum incendiis illorum civilium bellorum ſuſcitabulum fuit, ſine ſuſpiriis ac gemitibus audiat? Viri, fœminæ, pueri, juvenes, ſenes, dum ab ore ſacri hyprophetæ pendent, non à Turcarum aliorúmve barbarorum caterva, ſed eorum qui & ipſi Chriſto nomen dederant, multis vulneribus inermes ab armatis repentè confodiuntur. Verùm ut à peculiari crudelitate ad communem tranſeam, in utris, quæſo, veteribúſne an noſtri ſeculi bellis, Vulcanus Matri frequentius conſociatus fuit? Puerile bellum hodie exiſtimatur τὸ δενδροκοπεῖν, éſtque in uſu potius τὸ πυρπολεῖν: incendiis paſſim res geritur Quid quòd unuſquiſque jam miles, ex quo globi ignivomi reperti ſunt, ferro pariter & igni armatus eſt? Quid quòd non multis abhinc menſibus, ad augendam ignis illius crudelitatem (quaſi non ſatis ignis in igne eſſet) artes novæ excogitatæ ferunt? Quòd ſi & noſtras expugnationes urbium ſpectemus, frigebit illa deſcriptio Homerica Ἄνδρας μὲ κλείνυσι, &c.

Jam verò quædam etiam legi apud Herodotum aliosque Hiſtoricos dico, quæ quamvis à fide abhorreant, non ſolùm exemplis ſimilium factorum quæ alii referunt, veriſimilia redduntur, ſed & eorum authoritate qui noſtro ſeculo eadem apud alios viderunt, confirmantur. Ex quorum numero eſt quod de Threſſis quibuſdam mulieribus tradit, eas excedentibus è vita maritis comi-

comites ſe certatim offerre. Hoc enim veriſimile quidem reddi aio ea hiſtoria quam Jul. Cæſar & Nicolaus Damaſcenus de quibuſdam Aquitaniæ regibus referunt, ſexcentos cum illis verſari viros, qui ut cum viventib. vivunt, & quidem regii dominatus regiæque opulentiæ participes, ita etiam libenter cum morientibus moriuntur: ſed (quod majus eſt) idem illud factum mulieribus Indicis non veteres tantùm ſcriptores, ſed & oculati teſtes hodie adſcribunt.

Quinetiam ex iis narrationibus, quæ ut à veritate abhorrere videntur, ita etiam à fide abhorrent, fuerint nonnullæ fortaſſe quos poſteri eorum de quibus ſcriptæ ſunt, eorúmve annales, aliqua ex parte teſtimonio ſuo comprobare hodiéque poſſint. In quam opinionem me adduxit oſtenſus mihi à quodam amico locus ex Sigiſmundi commentariis rerum Moſcoviticarum petitus, in quo hiſtoria Herodoti de Scythis ſervis, qui dominis abſentibus in uxorum illorum poſſeſſionem involarant, tandemque quum juſto prœlio repelli à dominis non potuiſſent, flagellis repulſi fuerunt, annalibus poſterorum teſtata exſtat: detortis duntaxat (ut fit) nonnullis facti circumſtantiis:

Ad *Cteſiæ* autem Indica quod attinet, miranda illic naturæ opera deſcribi fateor: ſed ut de ave Indica pſittaco illi ſimulque oculis noſtris credere cogimur, (alioqui vix crediturí) ita & de aliis multo majori admiratione dignis credere fortaſſe debemus, etiamſi non viderimus. Certè ut Horatio de exuenda prorſus admiratione non aſſentior, ita viciſſim admirationem tantam ut ex ea increduli reddamur, non probo, ſæpeque illa Juvenalis mecum reputo: *Quis tumidum guttur miratur in Alpibus?* &c. Denique iis quæ vel de natura rerum vel de factis humanis memoriæ prodita ſunt, fidem temerè derogemus, Dei potentiam omnia miracula vincere, ſeculum noſtrum ſuperiora omnia miraculis ſuperare dico.

INDEX

Chronologia Herodoti.

Initium Historiæ *HERODOTI.*

AB hoc anno Mundi 3246. *deinceps continua series annorum* 240. *in* HERODOTO *extat, à* GYGE *Lydorum Rege, usq; ad Crœsum ipsius abnepotem à Cyro Persarum Rege captum, & deinceps usq; ad Xerxis & Persarum ex Græcia fugam, quæ in annum mundi* 3486. *incidit.*

Est autem Crœsus à Cyro captus anno mundi 3416. *anno nono ante Cyri Monarchiam.*

A Crœso capto, usque ad initium GYGIS, *& interfectum Candaulem, postremum ex Heraclidis Lydorum Regem, numerat Herodotus annos* 170. *In vulgaribus verò Chronologiis tantum* 150. *ponuntur.*

Cœpit igitur regnare GYGES, *anno Mundi* 3246. *qui est primus annus Manassis Regis Juda: cum ante* 34. *annos urbs Roma primum condita esset.*

Ab eo tempore, continua Annorum Series in Herodoto, usque ad 10. *annum* Xerxis, *extat. Quam sequenti Tabella, seu Chronologia spectandam proponemus.*

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	REGES JUDA.	LYDIÆ.	MEDIÆ.
	Ezechias.		
		Candaules *postremus ex Heraclidis Rex Lydorum, quo interfecto, Sacellos ipsius* Gyges *regnavit annis* 38. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 2, 3.	
3246	Manasses *Rex Jude annis* 55. 4. *Re.* 21. 2 *Par.* 33.		
3256		*Cepit Colophonem: & Smyrnam ac Miletum oppugnavit, pag.* 3.	Deioces *vir sapiens, & justus, Medorum rex annis* 53. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 21.
3277			*Condidit* Egbathana. *pag.* 22.
3284		Ardys, *secundus Rex Lydorum, annis* 49. *Herodotus lib.* 1. *pag.* 3. *Cepit Prienem.*	*Hic existimatur esse Arphaxad, cujus dux fuit* Holophernes *à Juditha interfectus.*
3293			
3301	Amon *Rex Juda* 2. *annis*, 4. *Reg.* 21.	*Ardys tempore* Cimmeria *à Scythis pulsi, Asiam pervagati sunt, & Sardes ceperunt. pa.* 3.	
3303	Josias, 31. *annis*, 4. *Reg.* 22. *Paral.* 34. 35.		Phraortes *annis* 22. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 22.
3316	Jeremias *Prophetæ concionari incipit. Jerem.* 1.	Nabuchodonosor *primus Babylone regnat* 35 *annis. Incipit cum Josia.*	
3331			Cyaxares *Medorũ Rex, annis* 40.
3333	Joachaz *tribus mẽsibus.*		*Totam Asiam, usq; ad Halym fl. Medis subjecit. Cepit Niniven, ut à Propheta Nahum erat prædictum.*
3334	Joachim *rex Juda*, 11. *annis.* 4. *Reg.* 23, 24. 2 *Paral.* 36.	Sadyattes 3. *Rex Lydorum*, 12 *annis, pag.* 3.	
3336	Daniel *cum sociis in Babylonem abductus est. Dan.* 1.		
3338	Jeremias *prædicit captivitatem* 70. *annorum, cap.* 25. *Et dictat volumen comminationum cap.* 36. 45.	Nabuchodonosor *Magnus Chaldæorum Rex annis* 43. *Jerem.* 25.	

CHRONOLOGIA HERODOTI.

ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.	ROMÆ.
Ægypti *descriptionem accuratam, & longam Regum Ægyptiacorum seriem, quæ tamen temporum distinctione caret, Herodotus Libro secundo complexus est.*		*Urbs Roma à Romulo condita annis* 34. *ante Candaulem Lydorum Regem à* Gyge *interfectum.*
Sethon *Sacerdos, & Rex Ægypti, sub quo Sennacherib rex Assyriorum obsidens Peluſium divinitus in fugam vertitur. existimo autem Herodotum voluisse liberationem Jerosolymæ, & Ezechiæ obsessi à Sennacherib indicare. Sed vera historia non integrè ipsi nota fuit.*	Archilochus *Parius Poëta Iambicus, vixit tempore Romuli, (Cicero Tuſtul. 1.) & Gygis Lydorum regis. Herodot. lib. 1. pa. 3. Hunc ob mordacitatem Lacedæmonii ex urbe ejecerunt.*	2. Numa Pompilius *regnare incipit anno* 4. *Gygis, qui est Mundi* 3250.
Duodecim duces Ægypti *post Sethonem, Herodot. lib. 2. pag.* 75.		
Psammetichus *unus ex* 12. *Ducibus, solus regnat annis* 54. *Herodot. lib. 2. pag.* 77, 78. 45, 46. 50, 51.		
Ab hoc certa series annorum & rerum in Ægypto gestarum, apud Herodotum extat.	Battus *filius Polymnesti, & Phronimes ex Insula Thera Coloniam duxit in Lybiam, & urbem* Cyrenen *condidit, juxta fontem Apollinis, Herodot. lib. 4. pag.* 141, 142. *circa annum Mundi* 3300.	3. Tullus Hostilius. *annis* 32.
Necho *Rex Ægypti, annis* 17. *Herodot. lib. 2. pagina* 78.	Cypselus *Corinthi Tyrannus, pater Periandri, Herod. lib. 5. pa.* 167.	
Interfecit Josiam Regem Juda in Mageddo. 2. Paralip. 35. 4. Reg. 23.	Phalaris *Agrigenti Tyrannus.*	4. Ancus Martius, 24. *annis.*
Duxit fossam ex Nilo in sinum Arabicum. pagina 78. 122.	Zaleucus *Locrensium legislator. tametsi hunc ad Pythagoræ tempora aliqui referunt.*	
Jussit circumnavigari Africam, ut Terræ ambitum, & magnitudinem exploraret. Herod. lib. 4. pa. 122.	Alcman *Lydus Poëta Lyricus.*	

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	REGES JUDA.	LYDIÆ.	MEDIÆ.
3345	Jechonias *Rex* 3. *menſibus, ſuaſu Jeremiæ, dedidit ſe Babyloniis, anno* 8. *Nabug.* 4. *Reg.* 24. *Hic unà abductus eſt* Mardocheus. *Eſth.* 1. Sedechias *ultimus rex Judæ, annis* 11. 4. *Reg.* 25. *Paral.* 36.	Alyattes 4. *Lydorum Rex, annis* 57. *Herod. pag.* 5. *Ejecit Cimmerios ex Aſia.*	Scythæ *viginti octo annos imperium Aſiæ tenuerunt. Herod. pa.* 25. 115.
3350	Ezechiel *Propheta in Babylone concionari incipit.* Jeroſolyma *everſa à Nabuchodonoſor* 4. *Reg.* 24. 25. 2. *Paralip.* 36.	*Cepit Smyrnam.* *Obſedit Miletum, cujus Princeps erat* Thraſybulus, *qui Periandro conſilium dat de Spicis extantibus decutiendis, Herodot. lib.* 5. *pag.* 168. *lib.* 1. *pag.* 4.	
3356	*Initium* captivitatis Babylonicæ, *quæ duravit annos* 70. *Jer.* 25. 29. *Dan.* 9.	*Geſſit bellum cum Cyaxare Medorum Rege. Herod. pag.* 15.	*Scythæ Mediam incolentes transfugiunt ad Alyattem Lydum. Inde ortum bellum ſexennale. Poſt quod Alyattes filiam ſuam Aryenen, filio Cyaxaris Aſtiagi elocat. Herod. pag.* 15. 22.
3371			Aſtyages *Medorum rex, annis* 35. *Herodot. pag.* 28. *Hic fuit ſororius Cræſi Regis Lydorum (pag.* 15.*) & avus Cyri maternus. Herod. lib.* 1. *pag.* 23.
3382	Jechonias *liberatur ex carcere, anno* 37. *tranſmigrationis.* 4. *Regum* 25.	*Fuit amicus Periandri Tyranni Corinthiorum, Herodot. lib.* 3. *pag.* 93.	
3390			*Jubet exponi* Cyrum *infantem, pag.* 23, 24.

CHRONOLOGIA HERODOTI.

ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.	ROMÆ.
Psammys *sex annis in Æthiopia bellum gessit, pagina* 74.	Arion *Methymneus Musicus Delphino ex Italia Corinthum vehitur. Herodot. lib.* 1. *pag.* 5. Stesichorus. *Siculus, Poëta Lyricus.*	5. *L. Tarquinius Priscus* 38, *annis.*
	Lacedæmonii à Tegeatis victi & capti sunt. Herod. pag. 13.	
Apries *superbus*, 35. *annis. Hujus mentionem facit Jeremias cap.* 44.		
	SEPTEM SAPIENTES. Thales *Milesius prædixit Eclipsin Solis sub Cyaxare. pag.* 15.35. Bias *Prieneus, pagina* 5.35.	
	Pittacus *Mityleneus. pag.* 5. Cleobulus *Lyndius.* Chilon *Lacedæmonius, pag.* 11.	6. *Servius Tullius Cicero gentilis, annis* 44.
Apries *cum initio opibus, & potentia floruisset, tandem victus est à Græcis ad Cyrenen lib.* 4. *pa.* 142. *lib.* 2. *pag.* 79. *Ideo Lybies ab eo defecerunt, eumq; strangulârunt.*	Periander *Corinthi, & Corcyræ dominus. pag.* 4.93.94.167.168.	
	Solon *Athenienſium Legiſlator, cujus peregrinationum in Ægyptum, Cyprum, Asiam ad Crœsum, mentio fit, pag.* 82. 172. 6.7.18.	
Amasis *Ægypti Rex annis* 44. *attigit initia regni Cambysis.*	*Epimenides Cretensis.*	
	Eodem tempore Anacharsis *Scytha, doctrinæ*	

Crœsus

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	LYDIÆ.	MEDIÆ.	ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.
				causa in Græcia peregrinatur Herodot. libro 4. pagi. 128. 123.
3403	Crœsus *Lydorum Rex annis* 14.	Harpago *proponit proprium ipsius filium comedendum. pag.* 26.	Amasis.	
3406	*Ephesum, & vicinas urbes Ionicas suo regno adjecit, Herod. pag.* 5.	Astyages *Medorum rex, cui soror Crœsi Aryenis nupta fuit. (pag.* 15.*) capitur à Cyro Rege Persarum: (pag.* 28.*) Hinc sumitur initium* 29. *annorum* Cyri *regis Persarum, quorum Sacrificia, & mores describuntur, pagina* 29. *Herodoti.*	*Hujus Amasis tempore Ægyptus florentissima fuit.*	
	Colloquium Solonis, & Crœsi *de vita beata. Herod. lib.* 1. *pagina* 6, 7, 18. Adrastus *filius Gordii nepos Midæ Regis Phrygum, pollutus cæde fraterna, expiatur à Crœso. p.* 7, 8.			*Pisistratus filius Hippocratis Nisæam arcem capit, & astu Tyrannidē Athenis occupat. Unde ejectus ab Alcmæonidis, Eretriæ in Eubœa.* 21. *annos exulat, Herod. lib.* 1. *p.* 11, 12.
	Crœsus, *victo Astyage sororio, explorat veritatem oraculorum. Herodotus pag.* 9.	PERSARUM.	Amasis.	
	Delphis accipit oraculum, Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.	Cyrus *Mazaren Medum, &* Harpagum *mittit, ut Ioniam, Cariam, & Lyciam occuparent p.* 33, 34.	*Fuit confœderatus Crœsi, pag.* 16. *Herod.*	Sappho Lesbia, *pag.* 78. 300.
3416	*Deinde moto adversus Cyrum bello vincitur in Cappadocia (pa.* 16.*) & statim postea Sardibus obsessus à Cyro capitur, Irus & est subitò, qui modò Crœsus erat, pag.* 17, 18. *Herodoti.*	Phocenses *obsessi ab Harpago cum conjugibus, & liberis navigant in Corsicam. Inde Rhegium, & Veliam, pag.* 34. *Ab his Phocensib. Massyliam postea conditam esse, Thucydides scribit, libro* 1. *pagina* 4.	*Amicus* Polycratis *Samiorum Tyranni felicissimi, lib.* 3. *pag.* 91, 92. Amasis.	*Lacedæmonii cum* 300 *Argivis de Thyria pugnant. pa.* 17. Alcæus *Poëta Mitylenæus, pa.* 168. Arganthonius *Gadium, & Beticæ Rex, annis* 80. *Phocensium amicus, pag.* 34.

Judæi

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	JUD.	PERSARUM.	ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.	ROMÆ.
		Teij, *relicta patria, urbem Abdera in Thracia condiderunt, pa.* 35.	*Duxit uxorem Laodicen filiam Battī Regis Cyrenarum. Herodotus pag.* 82. 142.		
1424		Xanthii *in Lycia obsessi, suas conjuges, & liberos in arce inclusos ipsi comburunt. pagina* 36. *CYRUS* Babylonem *cepit (pagina* 37. 40.*) & totius orbis terrarum Monarchiam occupavit.*		Pythagoras *Samius. Phocylides Milesius.*	
3425	Judæi *redeunt ex Babylone, Duce Zorobabel.*	Cyrus *anno primo monarchiæ, qui fuit regni* 21. *publico Edicto concedit Judæis potestatem instaurandi Templum, & Politiam.* 2. *Paral.* 36. *Esd.* 1. *Bellum contra* Massagetas: *cujus anno* 7. *Cyrus à Tomyri Regina captus, & interfectus est. Herodot. lib.* 1. *pagina* 42. 44.		Theognis *Megarensis Siculus.* Anaximander *Milesius.* Zeno *Eleates Dialecticus.* Parmenides *physica carmine scripsit.*	Servius *Tullius.*
3434	*Cambyses prohibet instaurationem Politiæ, & Templi,* 1. *Esd.* 4.	Cambyses *II. Monarcha Persarum septem annis. pag.* 97. *Ægyptum regno Persico adjecit. lib.* 3. *pa.* 83,84,85. Sisamni *Præsidi, quem pecunia corruptum, injustè judicasse resciverat,* pellem detrahi jussit, *eamq; in tribunal expandi. Herod. lib.* 5. *pag.* 154. *Suscipit infelicem Expeditionem in Æthiopiam. lib.* 3. *pag.* 87, 88. *Reversus Apim interfecit, & fratrem Smerdim; duxit sororem conjugem, eamq; deflentem fratris necem, postea interfecit, &c. pag.* 89, 90. *Tandem mota seditione à Magis in Persiam properans, seipsum vulneravit. Ex quo vulnere, cum antea fratris necem miserabiliter deplorasset mortuus est. pag.* 96, 97.	Amasis, *anno primo regni Cambyses moritur, li.* 3. *p.* 84. *Huic successit filius* Psammenitus, *qui à Cambyse victus, & tandem interfectus est. lib.* 3. *pag.* 85, 86.	Epicharmus *Siculus,* Symonides *Poeta, qui* 89. *annos vixit.* Anacreon *Poëta Polycrati familiaris. pag.* 107. Polycrates *Sami Tyrannus ab Oroete Sardium præfecto, strangulatur. pag.* 107, 108.	7. *L. Tarquinius Superbus* 25. *annis.*
3442	*Aggæus, & Zacharias.*	Darius *rex Persarum à septem Principibus eligitur, libro* 3. *pag.* 100, 101. *Regnavit annos* 36. *lib.* 7. *pa.* 199. *Distribuit regnum in* 20. *Provincias. pa.* 102, 103.			

FAMI-

CHRONOLOGIA HERODOTI.

FAMILIA ACHÆMENIDARUM.

Achæmenes
Cambyſes
Cyrus
Teiſpes
Ariaramnes
Arſamenes, *cujus mentio fit libro* 1. *pagina* 43, 44.
Hyſtaſpes.

Gobry- as *pater Darij. Mardonij, pag.* 180. 199, 200.
----*ſoror*

DARIUS *rex.*

Atarnes, *pa.* 237.

Artaphernes, *pa.* 154. *Artaphernes p.* 193. 211, 212.

Artabanus. *p.* 130. & 201.

Mardonius *Dux adverſus Græcos, lib.* 6. *p.* 180. *deponitur* 189. *Inflammat Xerxẽ, ut inſtauret bellum. p.* 199. 220.
----*Artozoſtre.*

Artobazanes primogenitus, cedit fratri de regno, pa. 199.

Xerxes.

Achæmenes Ægypto præfectus, p. 200. 214. 239.

Maſiſtes p. 213. 285. 286.

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	PERSARUM.	GRÆCIÆ.
3447		*Plateenſes à Thebanis deficientes adjunxerunt ſe Athenienſibus, Thucyd. lib. 3. pag. 77.* Piſiſtrati *filius* Hipparchus, *ab Ariſtogitone, & Armodio, cujus pudicitiæ inſidiatus fuerat, necatus eſt, Herod. lib. 5. pag. 159. Thucyd. lib. 6. p. 159. anno quarto ante ejectum Hippiam.* Dorieus *frater Cleomenis Coloniam ducit in Siciliam, ſed ab Egeſtanis interfectus eſt, lib. 5. pag. 157.*	Democedes *Medicus Dario familiaris ducit filiam Miloni athletæ, lib. 3. pag. 108, 109, 110, 111.* Syloſon *frater Polycratis, in Samum reducitur, pagina 111, 112.* Sibaris *deleta à Crotoniatis p. 157.*
3450	*Darius* Babylonem, *induſtria & fide* Zopyri *recipit. lib. 3. pag. 113, 114.*	Cleomenes *Sex Spartanus Piſiſtrati Filios Athenis ejicere conatur, libro 5. pag. 161.*
3452	Bellum *adverſus* Scythas *à Dario infœliciter ſuſcipitur, lib. 4. p. 115. uſq; ad 136. cui expeditioni etiam Miltiades Athenienſis interfuit, pag. 138. 180.*	Hippias *frater Hipparchi propter Tyrannidem Athenis pellitur (anno 20.) ante prælium Marathonium) cũ Piſiſtratidæ 36. annos Athenis regnaſſent. Seceſſerunt autem unà in Sigæum, pag. 161.* Aryandes *Ægypti Præfectus in Lybiam copias mittit, à quibus urbs Barce capta eſt, & direpta. pag. 144. 149.* Conſules *Romæ Regibus ejectis Remp. regunt.*
3456	Perinthus, *Thracia, Pæonia Perſis ſubjiciuntur à Megabazo Darii capitaneo, lib. 5. pa. 159.*	*Poſtea* Cliſthenes *Alcmeonides, Periclis avus maternus, cum Iſagora de principatu Athenarum contendit: & Decem Tribus inſtituit, pag. 161, 162.* Cleomenes *rurſus in Atticam exercitum ducit, ut Cliſthenem pelleret, ſed orta diſſentione cum collega Demarato, re infecta decedit.*
	Darius *mittit legatos ad Amyntam Regem Macedoniæ, qui cum immodeſtiùs attrectaſſent ſinus mulierũ in Gynecæo, interfecti ſunt, lib. 5. pa. 152, 153.*	*Deinde cum Lacedæmoniis, Bœotiis, & Æginetis bellum gerunt Athenienſes, pag. 165, 166.*
	Byzantium, Chalcedon, *Lemnus à* Perſis *capiuntur.*	Lacedæmonii *revocant Hippiam, & ſuadent ſociis, ut eum reſtituant, pagin. 166. Sed repugnante Soſicle Corinthio, nihil actum fuit. Hippias itaq; ad Artaphernen Sardium præfectum fugit. Is Athenienſibus mandat, ut Hippiam recipiant. Quod cum recuſarent Athenienſes, poſtea ſe Ariſtagoræ Mileſio contra Perſas conjunxerunt, pagina 169.*

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	PERSARUM.	GRÆCIÆ.
3458	*Expeditio in Naxum fruſtra ſuſcipitur ab Ariſtagora Mileſio & Artapherne Sardium præfecto, pa.* 154. 155.	Miltiades *Lemnum Athenienſibus ſubjicit, pag.* 197, 198.
	Ariſtagoras Mileſius, *impulſus ab Hiſtiæo deſicit à Perſis, & Ionas, & Athenienſes, & Eretrienſes in ſocietatem belli attrahit, quod ſex annos duravit.*	Hecatæus *hiſtoriæ ſcriptor Ariſtagoræ familiaris, p.* 156. 173. 197.
		Athenienſes *Ariſtagoræ* 20. *naves auxilio mittunt,* αὗται δὲ αἱ νέες ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησι τε καὶ βαρβάροισι. *pag.* 169.
	Sardes *incenſæ ab Ariſtagora, & Athenienſibus, conflagrarunt, pag.* 169.	
	Poſtea Ionibus ad Epheſum cæſis, Athenienſes eos deſerunt.	Samii *hoc tempore Coloniã in Meſſenem Siciliæ urbem ducunt.*
	Tandem Perſæ Ionas, Cares, & Cyprios vicerunt: & Ariſtagoras fugiens in Thraciam, interfectus eſt, lib. 5. *pag.* 173.	
3464	*Sed* Hiſtiæus *bellum inſtaurat, cujus hic exitus fuit, ut Mileto capta, & direpta, Hiſtiæus cruci affigeretur, libro* 6. *pag.* 176, 178.	Miltiades *Cherſoneſi Thraciæ* Præfectus, *cum Perſæ, capta Mileto, Thraciam invaderent, Athenas fugit. pa.* 179. *ubi paulò poſt Perſas ad Marathonem profligavit, pa.* 193.
3465	*Circa hæc tempora* Mardonius *gener Darii exercitum in Græciam ducit, & Thaſum Inſulam, & Macedoniam occupat. Sed cum ad Athon montem Naufragium feciſſet, & ipſe à Brygis Thracibus vulneratus eſſet, inglorius in Aſiam rediit, pag.* 180, 181.	Thaſii *à Dario jubentur muros demoliri. pag.* 181.
3467	Darius *legatos in Græciam mittit, petentes ſibi terram & aquam dedi. pa.* 181.	Æginetæ *cum Dario terram, & aquam de diſſent, à Cleomine Lacedæmoniorum rege bello petuntur. pag.* 181, 185.
3471	Datis Artaphernes, & Hippias *Piſiſtrati filius, à Dario ad delendam Eretriam, & Athenas mittuntur, pag.* 190, 191.	
3472	*Sed cum in campum Marathonium Athenis vicinum Perſæ deſcendiſſent, conſilio Miltiadis ab Athenienſibus profligati ſunt, anno quinto ante mortem Darii.*	Demaretus *Rex Spartanus à Cleomene æmulo pulſus, transfugit ad Darium regem Perſarum.*
	Hoc prælium anno 20. *poſt ejectum ex Athenis Hippiam, & Piſiſtratidas, factum eſſe ſcribit Thucydides p.* 160. *& decem annis ante prælium navale ad Salaminem, Plato lib.* 3. *de legibus pag.* 537.	Empedocles *Agrigentinus Philoſophus.*
3477	Darius *anno quinto poſt prælium ad Marathonem mortuus eſt, lib.* 7. *pag.* 199.	Anaxagoras *Clazomenius præceptor Periclis, Socratis, Thucydidis.*

Xerxes

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	PERSARUM.	GRÆCIÆ.
3478	Xerxes *Dario ſuccedit. lib. 7. pag. 199.*	
	2. *Xerxes* Ægypto, *quæ ante triennium defecerat, vi recuperatæ præficit Achæmenem fratrem, qui poſt annos 20. ab Inaro rege Libyæ, & Athenienſibus interfectus eſt, lib. 7. p. 200. & lib. 3. pag. 85. Herod.*	
	3. *Sapientiſſima Deliberatio in ſenatu Regni* Perſarum *habita, de bello Græcis inferendo, quam deſcribit Herodot. lib. 7. pag. 200, 201, 202, 203, 204.*	*Ariſtides ab ingratis civibus in exilium ejectus.*
	Decreto bello integrum quadriennium in apparatu belli, & perfodiendo monte Atho, conſumit. pag. 204.	
	6. *Xerxes cum exercitu pedeſtri ex Cappadocia movens, ad* Pythium Phrygiæ *Regem opulentiſſimum divertit, &*	
3483	*per Coloſſas itinere facto, venit Sardes, ubi per hyemem commoratur, pa. 205, 207.*	Græci *audita fama imminentis belli, omnes privatas ſimultates oblivione delent, & συγκρητισμῷ facto, mittunt Legatos, petentes auxilium à Gelone Syracuſarum Rege, à Cretenſibus, & Corcyræis. pag. 223.*
	Interea mittit legatos in Græciam, petentes terram & aquam, pag. 206. & 220.	
	Et Helleſpontum pontibus jungi, & flagris cædi, & mari compedes injici jubet, pag. 206.	
3484	7. *Xerxes primo vere ex Sardibus movet, pag. 207. & Abydi totum exercitum, navalem & terreſtrem, ex ſublimi conſpiciens lachrymat, quod poſt centum annos nemo ex toto illo numero ſuperſtes futurus eſſet. p. 208.*	*Themiſtocles interpretatur oraculum de muris ligneis. pagin. 222, 223.*
	Poſtea *Helleſpontum tranſit (pag. 210.) & in Doriſco Thraciæ littore,*	*Decreverunt aditum ad Thermopylas cuſtodiendum, & claſſem ad Artemiſium mittendam eſſe (pagin. 229, 230.) ubi reſciſcunt claſſem Xerxis ad Magneſiam naufragio diſjectam eſſe. pag. 232.*
3484	*ad oſtium Hebri, univerſum exercitum numerat, uſq; ad pag. 217. Fuerunt autem eo tempore in exercitu Xerxis Homines 3317920.*	
	Tranſiens autem per Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam (pagina 217, 219, 233.) tandem ad Thermopylas, *trecentos Lacedæmonios unà cum rege* Leonide *trucidat. pag. 236, 237. Tempore Solſtitii æſtivi, quo Olympias 75. menſe Maio, aut Junio celebrabatur. pagina 234, 244.*	Gelon *Syracuſanorum Rex, frater* Hieronis *(ad quem multæ Pinduri Odæ extant.) Amilcarem Carthaginenſem ducem ad Himeram cum 30000. trucidat eadem die, qua ad Thermopylas (ut Diodorus Siculus lib. 11. teſtatur) vel qua ad Salaminem dimicatum eſt, ut Herod. pag. 227, 228. ſcribit.*
	Inde progreſſi Perſæ *per* Phocaicam *à Templo Delphico fulminibus depelluntur, lib. 8. pag. 245, 246.*	

Xerxes

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	XERXIS PERSARUM REG.	GRÆCIÆ.
1484	*Xerxes urbem Athenas vacuam capit, & arcem incendit tertio menſe, poſtquam ab Helleſponto diſceſſerat, pag.* 247.	*Græci ad Artemiſium Claſſem Perſicam vincunt, lib.* 8. *pag.* 242.
	Eadem æſtate circa autumnum claſſis Xerxis *ad* Salaminem *profligatur, pag.* 253, 255.	*Poſtea decernunt ſe ad Salaminem velle claſſis Perſicæ impetum ſuſtinere, pag.* 249.
	Xerxes fugiens die 45. *Helleſpontum trajicit (pagina* 257, 259.*) relicto in Græcia Mardonio, qui imminente hyeme, cum* 300000. *Perſarum in Theſſalia hybernat, pag.* 259, 261.	*Olynthus ab Artabazo Perſa expugnatur: Sed à Potidææ obſidione æſtu maris depellitur. pag.* 261.
	Claſſis Perſica fugiens, ad Cumas Æoliæ, hybernavit, pag. 261.	
3485 *Ante Chriſtu* 477	8. *Mardonius Alexandrum Macedoniæ regem Legatum ad Athenienſes de pace mittit, quam illi ſimpliciter recuſant, pag.* 263, 264.	*Græci primo vere Claſſem ad Æginam colligunt, & ducibus Leotychide Rege Spartano, & Xantippo patre Periclis Athenienſe (Nam Themiſtocles, propterea quòd à Lacedæmoniis dona accepiſſe ferebatur, ducatu privatus eſt, ut Diodorus Siculus lib.* 11. *recitat) ad Delum navigant, pag.* 261, 262.
	Mardonius Thebas cum exercitu venit: Inde miſit ad Athenienſes Legatum Murichidem. Cum autem Lycidas quidam de ejus poſtulatis ad populum ferendum eſſe ſuaderet, lapidibus obrutus eſt. lib. 9. *pag.* 265. *Herod.*	*Inde à Samiis vocati in majorem Aſiam navigant, pag.* 282.
	Mardonius urbem Athenarum incendit, & ſolo æquat. pag. 267.	Pauſanias *dux Spartani exercitus ad* Platæas *cum Athenienſibus proficiſcitur. pag.* 266, 267, 268. *Et Mardonio interfecto (p.* 277. *Perſas ex tota Græcia profligavit.*
	Poſtea confligens cum Lacedæmoniis, & Athenienſibus ad Platæas *interficitur. pag.* 277, 268. *Menſis Auguſti die* 3.	*Poſt prælium abſtinet à captiva Coa, & non ſævit in cadavera Perſarum, edens hanc honeſtiſſimam vocem:* ἀποχρᾷ μοὶ Σπαρτιήτῃσι ἀρεσκόμενον, ὅσια μὲ ποιέειν, ὅσια δὲ καὶ λέγειν. *p.* 280.
3485	8. *Eadem die ad* Mycalen *minoris Aſiæ promontorium, Græci terra & mari exercitum Perſicum vicerunt (pag.* 284, 285.*) cum quidem fama victoriæ ad Platæas eadem die ex Græcia in Aſiam tranſvolaſſet. p.* 284. *Xerxes interea Sardibus amori, & nuptiis operam dat, & fratris Maſiſtæ uxorem de adulterio ſolicitat, unde triſtis tragœdia & calamitas totius familiæ extitit, pag.* 286.	*Ionia tota à Perſis deficit, pag.* 285.
	Allato autem nuncio de Perſis ad Mycalen victis in Perſiam fugit.	*Athenienſes Xantippo duce in Helleſpontum navigant, & expugnata Seſto, Artayctem ſacrilegum ſuſpendunt, pag.* 288. *& ultima Herodoti & Thucydidis, lib.* 1. *pag.* 20.

FINIS CHRONOLOGIÆ.

INDEX
DICTIONUM IONICARUM,
QUÆ IN
HERODOTO
NOTATU SUNT DIGNÆ:

Opera *Nathani Nicols*, jam denuò collectæ, & in ordinem Alphabeticum digestæ.

Ἀβελίη, *inopia consilii.* pag.480.l.32. 486.l.35.
Ἀγαγεῖν, *perducere.* 641.l.17.
ἀγαθεργίη, *beneficentia.* p.224.l.2.
ἀγαθεργῶν, *benemeritorum.* 27,15.
ἀγαθεργότατα, *magnificentissimum.* 405,23.
ἀγλαρήιον, *equorum per stationes cursitatio,* 494,35.
ἀγγελίη, *nuntium.* peculiariter sumitur pro præcipua potestate renuntiandi Oraculi quod quis audivit. 20,48.
ἀγγελιηφόρος, *internuncius.* 52,6.208,2.
ἀγγήιον, *vas.* 225.31,32.
ἀγηλατέειν, *aliquem tanquam piaculo contaminatum expellere.* 314,30.
ἀγινέειν, *ducere, adducere.* 165,6.199,19.
ἄγρη, *venatio, præda.* 30.11,21.
ἀγρυπνίη, *vigilia.* 212,40.
ἀγχοτάτω, *proximè.* 155, *ult.* 367,34.
ἀγωγὸς, *deductor.* 158,10.
ἀγωνίδαται, *certamina decertata sunt.* 522,42.
ἀγωνίη, idem quod com. ἀγὼν, *certamen.* 122,5.
ἀδείη, *metûs vacuitas.* 503,16.529,41.
ἀδελφεοκτόνος, *fratricida.* 188,15.
ἀδελφεὸς, *frater.* 185,52.186,33.
ἄδρης, *non fugitivus.* 269,37.
ἀδυναμίη, *impotentia.* 500,13.
ἀδυνασίη, *imbecillitas.* 194,26.441,26.
ἀεθλέειν, *certare.* 26,39.
ἀεθλεύειν, *certare.* 296,46.
ἀεικίη, *indignitas, contumelia.* 30,15. 49,43.
ἀείρειν, & ἀείρεσθαι, *tollere, suscipere.* 480,16. 493,9. 434,50.
ἀελπτέοντες, *desperantes.* 439,28.
ἀερθέντες, *portu solventes.* 69,9.70,29.
ἀθυμίη, *animi dejectio.* 15,42.
αἲ, *utinam.* 10,48.
αἰγέη, *caprina pellis.* 285.l.9.marg.l.12.
αἶρεε, *capiebat.* 67,38.
αἰτίη, *causa, culpa.* 494,45.315,26.
ἀκρητοποσίη, *meri potatio.* 361,21.
ἀκρητοπότης, *meri potator.* 361,9.
Ἀλαὶη Ἀθηναίη, *Alea Minerva.* 26,37.
ἀλέξασθαι, *repellere.* 452,30.
ἀλεωρὴ, *remedium.* 514,48.
ἀληθέως, *verè.* 5,44.
ἀλίη, *congregatio.* 54,16.
ἀλληλοφαγίη, *mutua depastio qua alii alios edunt.* 171,37.
ἀλλοῖος, *alius.* 303,21.
ἀλογίη, *contemptus.* 144,6.272,32.
ἄμαχος, *inexpugnabilis.* 35,15.
ἀμβολάδην, *cum exæstuatione.* 282,50.
ἀμβώσας, *vociferatus.* 4,31.
ἀμηχανίη, *inopia, impossibilitas.* 500,11.
ἀμείξιν χρημάτων, *rerum status in quo nullum est cum aliis commercium.* 142,5.
ἀμπαύομαι, *quiesco.* 75.26,37.
ἀμπαυσήιος, *ad quiescendum factus.* 75,25.
ἀμυνεῦσι, *opem ferent.* 514,47.
ἀμφιβασίη, *disceptatio.* 230,2.
ἀμφιβολίη, *ambiguitas.* 315,38.
ἀμφισβησίη, *altercatio.* 489,6.
ἀναγκαίη, *necessitas.* 5.42,44. 414,9.
ἀναδέκεσθαι, *recipere.* 321,31.
ἀναδέξαι, *ostendisse.* 373,51.
ἀναδέξας, *ostensus.* 375,2.
ἀνακέαται, *dedicati sunt.* 6,32.
ἀναμεμίχθαι, *permixti sunt.* 62.20,24.
ἀναμμένος, *amictus.* 408,15.
ἀναμνήσας, *recensere.* 72,29.
ἀνάπλεως, *plenus.* 234,35.
ἀνάπλοος, *navigatio.* 93,15.

ἀναπλώειν, *portu ſolvere.* 485, 22.
ἀναῤῥαιρηκὼς, *qui aliquid abſportavit.* 209,34.
ἀναρχίη, *magiſtratûs defectus.* 521,19.
ἀνδραγαθίη, *ſtrenuitas, virtus.* 245,11.
ἀνδρεωθέωσι, *in virilem ætatem adoleſcerent.* 431,49.
ἀνδρέων, *virorum.* 446,30.
ἀνδρηίη, *virilitas.* 414,8. 433,45.
ἀνέβωσεν, *vociferatus eſt.* 5,16.
ἀνεσέασι, *reſurrexerunt.* 186,38.
ἀνθρωπήϊος, *humanus.* 3,29.
ἀνιεῶνται, *devitant.* 462,11.
ἄνοσος, *expers morbi.* 13,44.
ἀνταείρειν & ἀνταείρεσθαι, *adverſus aliquem aliquid tollere.* 218,44.
ἀνὶ ἀπλέης πολέμου, *bellum ſuſcipere.* 426,29.
ἀντικάτεσθαι, *è regione alicujus ſedere,* 528, 23.529,2.
ἀντιλογίη, *diſceptatio in jure.* 345,21.
ἀντίον, *coram.* 525,14.
ἀντιπρήσειν, *adverſari.* 40,5.
ἀνωρίη, *intempeſtivitas.* 500,39.
ἀνῶσαι, *referre.* 66,6.
ἀξίη, *dignitas.* 44,4.
ἀοιδὴ, *cantus.* 119,14.
ἀπαγινέειν, *afferre.* 199.13,14,bis.200,27.
ἀπαιρεῖσθαι, *ſpoliari, privari.* 29,3.
ἀπαμμένος *dependens.* 135,20.
ἀπαρεόμαι, *privor, ſpolior.* 436,20.
ἀπαρτιλογίη, *ſumma integra.* 396,19.
ἀπαφὰς, *qui nexuit.* 256,14.
ἀπέδεξατο, *demonſtravit.* 7,19.
ἄπεδον, *campus.* 244,1.
ἀπεξηραμμένος, *exſiccatus.* 418,4.
ἄπες, *demitte.* 303,10.
ἀπέσασαν, *defecerunt.* 504,51.
ἀπήγημα, *narratio.* 91,25.
ἀπήγησις, *narratio.* 312,20.
ἀπίσαν, *emiſſurus.* 519,27.
ἀπίναι, *dimittere.* 479,20.
ἀπίκοντο, *venerunt.* 453,15.
ἀπικνεῖσθαι, *pervenire.* 53,46.
ἀπισέαται, *deficiunt.* 130,31.
ἀπιστίη, *incredulitas.* 80,47.
ἀποδέκεσθαι, *recipere.* 235,29.
ἀποδέξαι, *demonſtrare, edere.* 58,23.
ἀπόδεξις, *demonſtratio.* 86,51.
ἄποδος, *diſceſſus.* 295,45.
ἀποδρῆναι, *aufugere.* 238,36.
ἀπόδρησις, *fuga.* 269,16.
ἀποθανέεσθαι, *morieris.* 277,44.
ἀποθυσόμενος, *curſu abiturus.* 480,16.
ἀπικατέαται, *reſident.* 245,18.
ἀπικέκλεατο, *intercluſi fuerunt.* 532,44.
ἀπικλήω, *excludo.* 15,41.
ἀπολαμφθέντες, *intercepti.* 467,26.
ἀπολεόμενος, *periturus.* 456,10.
ἀπόπλοος, *navigantis diſceſſus.* 488,26.
ἄπορα. pl. *difficultas.* 479.23.
ἀπορίη, *dubitatio, inopia conſilii.* 33,1.
ἀποσεβόμενος, *religiosè ſervans.* 289,15.
ἀποτάμνειν, *abſcindere.* 104,51. 105,21.
ἀπὸ τοῦ, *à quo.* 4,7.
ἀποφλαυρίσειε, *pro nihilo duxiſſet.* 36,42.
ἀποχρεώμενος, *contentus.* 15,32.
ἀφαιρημένος, *exemptus.* 76,32.
ἀργμένος, *qui cœpit.* 72,41.
ἀρδόμενος, *irrigatus.* 80,22.
ἀρήϊος, *bellicus.* 526,25.
ἀριστήϊον, *præmium fortitudinis,* 503.37.42.
ἀρκεόντως, *ſufficienter.* 560,39.
ἁρματηλατέειν, *currum agere.* 292,15.
ἀρρύσονται, *haurient.* 373,29.
ἀρρωδέων, *formidans.* 65,34.
ἀρχαιρεσίη, *magiſtratus, magiſtratuum electio.* 352,48.
ὅσσα, *quæcunque.* 83,7.
Ἀθηναίη Ἀθηναίη, *Minerva ſic dicta.* 8.8.
ἀσφαλείη, *ſalvus conductus.* 163,45.
ἀσφαλέως, *tutò, firmiter.* 155,39.
ἀτεληίη, *immunitas.* 189,19.
ἄτερος, *alter.* 228,44.
ἀτρεκέως, *verè.* 66,33.67,8.
ἀτρεκίη, *veritas.* 273,19.
αὐτέων, *ipſorum.* 4,42.
αὖτις, *rurſus.* 20,44.
αὐτοχειρίη, *propriâ manu.* 192,27.
ἀφειδέως, *non parcè.* 86,42,45.
ἀχρήϊος, *inutilis.* 195,44.
ἀψευδέως, *non falſò.* 535,23.

B.

Βαθέω, *profundam.* 31,24.
βαλανάγρη, *clavis.* 222,34.
βαλλέσκετο, *jaciebat.* 541,1.
βαρέαν, *gravem.* 373,37.
βασιλῆα, *regem.* 6,40.
βασιληΐοισι, *palatiis.* 11,35.
βασιληΐλω, *regnum.* 5,33.
βασιλήϊος, *regius.* 6,41.
βεβωμένος, *celebris.* 177,41.
βορῆς, *eſcæ.* 51,31.
βουλομένους, *volentes.* 121,1.
βραχέη, *brevis.* 306,7.
βῶν, *bovem.* 355,49.
βῶσαι, *vocare.* 62,33.

Γ.

Γενεηλογέοντες, *genus recenſentes.* 122,13.
γέρεα, *munus.* 416,24.
γοργύρη, *foſſa ſubterranea.* 219,2.
γυναικήϊον, *gynæceum.* 296,6.
γυναικήϊος, *muliebris.* 260,36,39.
γῶν, *ſaltem, igitur.* 12,18.416,41.

Δ.

Δαέω, *diſco.* 154,45.
δεκόμενος, *accipiens.* 177,38.
δένδρεον, *arbor.* 232,19.
δέξαι, *oſtendere.* 214,42.
διαλελαμμένος, *diviſus.* 207,19.
διαπρήσσεσθαι, *peragere.* 529,14.
διηκονέω, *miniſtro.* 274,3.
διήκονος, *miniſter.* 347,3.
διπλήσιος, *duplus.* 245,59.
δορπίη, *cœna.* 109,3.
δουλίη, *ſervitus.* 338,36.
δρηπέτης, *fugitivus.* 338,3.
δυνέαται, *poſſunt.* 144,45.
δυσμορφίη, *deformitas.* 353,38.

E.

Ἐάνδανε, *placebat.* 519,48.
ἔασιν, *ſunt.* 26,19.
ἐβουλέατο, *voluiſſent.* 2,51.
ἐβούλοντο, *volebant.* 68,38.
ἐβώθησαν, *celebrati fuerunt.* 377,*ult.*
ἐγκαίοντες, *incendentes.* 570,22.
ἐδεδέατο, *ligati fuerunt.* 26,35.
ἔδεε, *oportebat.* 354,38.
ἕδρη, *Seſſio.* 7,34.
ἐδυνάατο, *poterant.* 260,24.
ἔην, *erat.* 444,*ult.*
εἰλίχατο, *involuti erant.* 412,20.
εἰμέν, *ſumus.* 42,34.
ἑκατέατο, *ſedebant.* 486,25.
ἐκδιδρήσκει, *profugit.* 545,25.
ἐκείνεων, *earum.* 259,43.
ἐκεκοσμέατο, *ordinem inſtituerat.* 44,2.
ἐκτέαται, *poſſident.* 232,53.
ἐλευθερίη, *libertas.* 425.19.
ἐλιλαμένος, *ductus.* 516,10.
ἐμεῦ, *mei.* 435,40.
ἐμεωυτῦ, *mei ipſius.* 15,1.
ἐμηχανέατο, *moliebantur.* 311,22.
ἐμπορίη, *mercatura.* 216,45.
ἐμφανέως, *manifeſtè.* 59,34.
ἐπιαπεδεικνύατο, *oſtentabantur.* 535,25.
ἐπιδέκομαι, *admitto.* 206,40.
ἐπιεσεωτος, gen. abſ. *inſtituto.* 52,29.
ἐνθεῦτεν, *hinc.* 45,9,22.488,26.
ἐξαπίνης, *ſubitò.* 30,36.
ἐξαπλήσιος, *ſexies major.* 251,19.
ἐξαιρῆται, *exemptum eſt.* 437,27.
ἐξεπίσεαι, *ſcis.* 425,19.
ἐὸν, *exiſtens.* 3,46.
ἐόντων, *exiſtentium.* 9,16.
ἐοῦσα, *exiſtens.* 3.16,49.
ἐπαείδει, *accinit.* 57,10,
ἐπανιστάατο, *inſurrexerunt.* 250,38,
ἐπανιστέαται, *inſurgebant.* 185,*ult.*
ἐπαοιδὴ, *incantationem.* 57,11.
ἐπέδρη, *obſidio.* 311,48.
ἐπεῖναι, *permittere.* 38,31.
ἐπειρώατο, *periculum faciebant.* 28,7.
ἐπειρώτεον, *interrogabant.* 547,25.
ἐπεκέατο, *irruebant.* 520,44.
ἐπεξῆς, *deinceps.* 484,15.
ἐπέπυσι, *ſubſequentibus.* 384,45.
ἐπεσεῶτα, *præfectum.* 419,40.
ἐπῆκαν, *immiſerunt.* 311,25.
ἐπιθυμίη, *cupiditas.* 13.39,41.
ἐπικουρίη, *auxilium.* 366,49.369,38.
ἐπιμελίη, *diligentia.* 559.*ult.*
ἐπιμπλέετο, *implebatur.* 204,47.
ἐπιμιξίη, *commercium.* 27,24.
ἐπισιτιδίμνοι, *frumentum collecturi.* 532,44.
ἐπισάμενον, *quod ſummum eſt.* 225,33.
ἐπιστέαται, *ſciant.* 203,32.
ἔπιτιον, *familia.* 314,31.315,8.
ἐπιστρατίη, *militaris expeditio.* 514,4.
ἐπιχέειν, *Sententiam noſtram cohibere.* 13,48.
ἐπιτάμνειν, *inſcindere.* 31,1.
ἐπόδια, *Viaticum.* 289,29.
ἐπορᾶν, *inſpicere.* 47,35.
ἐπανυμίη, *cognomen.* 443,42.72,20.
ἐργαλήια, *inſtrumenta.* 213,37.
ἐργασίη, *opificium.* 559,28.
ἔργασμαι, *feci.* 531.5.
ἐρηρεισμένος, *fultus.* 273,28.
ἔρσην, *mas.* 80, 14.
ἔσαν, *erant.* 12,23.
ἑσκευάδατο, *parati ſunt.* 407,12.
ἔσσονες, *inferiores.* 319,18.
ἐσελάδατο, *armati erant.* 412,18.
ἑταῖρος, *ſocius.* 326,13.
ἑταιρήη, *ſodalitium.* 314,18.
εὐαπήγητον, *facile narratu.* 407,19.
εὐνομίη, *recta legum conſtitutio.* 137,17.
εὐπαθείησι, *voluptatibus.* 79,47.
εὐπετείη, *facilitas.* 295,48.
εὐτρηξίη, *ſecundus rerum ſucceſſus.* 479,43.
εὐρέα, *lata.* 74,16.

εὐτυχέως, *prosperè.* 177,43.
εὐφραίεαι, *delectaberis.* 228,21.
ἐωθε, *consuevisset.* 122,7.
ἐὼν, *existens.* 7,19.
ἔων, *sinebant.* 456,24.
ἑωϋτῦ, *sui ipsius.* 4,17.

Z.

ΖΕιρὴ, *sagum.* 408,13.
ζόη, *vita.* 13,10.
ζορηΐδες, *capreæ.* 285. *ult.*

H.

Ἡγεμονίη, *imperium.* 436.20,34.
ἠδυναίατο, *poterant.* 259,18.
ἠέρα, *aëra.* 234,35.
ἦκυ, *certe.* 27,29.
ἡμέας, *nos.* 11,43.
ἠπιστέατο, *sciebant* 111,8.
ἡσυχίη, *quies.* 437,3.

Θ.

ΘΕώμμοι, *aspicientes.* 430,38.
θεήσασθαι, *aspicere.* 4,33.
θεραπηίη, *servitium.* 83,25.
θεοφανίησι, *festo deorum apparitionis.* 19,8.
θερείη, *æstas.* 78,51.
θήλεα, *fœmina.* 205,21.
θηλυδρίης, *effœminatus* 433. *ult.*
θῶυμα, *miraculum.* 9,13.

I.

ΙΔμεν, *scimus.* 418,32.
ἱδρυμθῶναι, *fundatum esse.* 107,27.
ἱερείη, *Sacerdos fœmina.* 314,46.
ἰθέα, *recta.* 96,41.
ἰκνεομένῳ, *procedente.* 362,15.
ἱεὰ, *sacra.* 527,27.
ἱρήϊον, *hostia.* 57,6.
ἰσονομίη, *Juris æquabilitas.* 316,52.
ἰστίη, *domus.* 303,29.

K.

ΚΑταγιεῖν, *consecrare.* 36,17.
καταιρεθέϊσα, *eversa.* 17, *ult.*
κατακεχύαται, *sparsæ sunt.* 117,45.
καταλαμπτέον, *comprehendendus.* 211,47.
καταπερ, *quemadmodum.* 91,24.
καταπτόμενος, *leviter attingens, citans.* 483,33.
κατέαται, *sedent.* 83,28.
κατειλίχατο, *involuta erant.* 409,41.
κατιλεῖν, *evertisse.* 3,3.
κατεστεῶτες, *constituti.* 474,39.
κατεσφάφατο, *subacti fuerunt.* 59,48.
κατηγέετο, *ducebat.* 538,10.
κατήκοντες, *pertingentes.* 279,49.
κατίζειν, *sedere.* 42,22.
κατικέτευε, *supplicabat.* 355,51.
κατιππάσατο, *perequitaret.* 517,42.
κατίσαται, *constituitur.* 436,37.
κατισέατο, *consternabantur.* 467,49.
κατοδ Θ., *reditus.* 310,39.
κατυπέρτεροι, *superiores.* 28,8.
κατώρεα, *videbat.* 535,45.
κέεται, *jacet.* 251,19.
κεῖνον, *illum.* 87,33.
κεῖθεν, *illinc.* 53,4.
κεραμηΐθ., *figlinus.* 571,7.
κέρεα, *cornua.* 234,14.
κεχυμθός, *effusus:* 8,43.
κεχωρίδαται, *separati sunt.* 59,37.
κῆ, *quo.* 14,11.
κηρυκηίη, *munus præconis.* 424,36.
κιθών, *tunica.* 4,34.
κιρνάειν, *miscere.* 245,13.
κναφήϊον, *officina fullonica.* 229,53. 230,8.
κοίη; (adverbialiter sumitur) *quare?* 12,21.
κοῖος, *qualis.* 15. 44,45. 16,17. bis.
κομιδύμεθα, *proficiscemur.* 482,17.
κοτὲ, *semel.* 30,12.
κότερα; *utrum?* 37,39.
κρέσσων, *melior.* 441,26.
κυμαΐης, *fluctibus agitatus.* 129,31.
κυρβασίη, *galeæ genus.* 407,29.
κωλὴ ἡμέρη, *dies statutus.* 18,53.

Λ.

ΛΑγὸς, *lepus.* 266,49.50,52.
λαμπαδηφορίη, *lampadum gestatio.* 494,33.
λαμπροφωνίη, *vocalitas.* 353,9.
λάμψονται, *accipient.* 176,30.
λειποταξίη, *militiæ desertio.* 298,25.
λεὼς, *populus* 8, *ult.*
λείη, *præda.* 244,32.
λιπαρίη, *assiduitas.* 539,14.
Λοξίης, *Apollo.* 39,11.
λοφιῆσι, *jubis.* 408,41.
λυχνοκαΐη, *Accensio lucernarum* (Festum sic dictum.) 113,28.

M.

μαλακίη, *infirmitas, adversa valetudo.* 572,45.
μαντήϊον, *vaticinium.* 18,6.
μαχεόμενοι, *pugnantes.* 416,36.
μέγαθος, *magnitudo.* 19,38.
μέζων, *major.* 10,32,33.
μεμετιμένος, *dimissus.* 330,34.
μέμνεο, *memor sis.* 329,39.
μεσαμβρίη, *meridies.* 3,34.
μελαμελίη, *pœnitentia.* 565,48.
μεταῦτις, *postea.* 24,26.
μετήϊσαν, *persecuti sunt.* 443,42.
μετίει, *remittit.* 353,3.
μηχανέομαι, *molior.* 466,6.
μηχανοίατο, *molirentur.* 348,38.
μοίρη, *fatum.* 218,11.
μοναρχίη, *monarchia.* 21,2.

N.

ναυηγίη, *naufragium.* 447,34.
ναυπηγίη, *navium compactio.* 10, 39. 11,7.
ναυτιλίῃσι, *navigationibus.* 1,15.
νέα, *navem.* 2,9.
νέατοι, *extremi.* 427,30.
νεκυομαντήϊον, *mortuorum Oraculum.* 324, 49.
νηός, *navis.* 3, 15.
νυκτομαχίη, *prælium nocturnum.* 30,32.

Ξ.

ξεινίη, *hospitalitas.* 11,8.
ξεινοδοκέοντα, *excipientis in hospitium.* 376.25.
ξυρεῶνται, *raduntur.* 103,29.

O.

ὁδοιπορίῃσι, *itineribus.* 502,23.
οἱ, *illi, ipsi.* 2,1.
οἰκηίη, *familia.* 46,10.
οἰκηιούμενος, *sibi vendicans.* 271,41.
οἰκημένων, *habitantium.* 11,3.
οἰκτότερα, *miserabiliora.* 401,29.
ὅκως, *ut.* 4,30.
ὁμοιοχμίη, *societas belli.* 430,12.
ὁμιλίη, *colloquium.* 75,42.
ὁμολογίη, *pactum* 23,44.
ὁμοχροίη, *coloris similitudo.* 31,2.
ὁπώπεε, *vidit.* 27,39.
ὁρέων, *videns.* 27,26.
ὁρμέατο, *cum impetu ruebant.* 474,24.
ὁρμεώμενοι, *cum impetu venientes.* 7,37.
ὁρτή, *dies festus.* 12,23.
ὁρώατο, *videant.* 571,19.
ὁσίη, *sanctitas.* 108,2.
ὅτου, *cujus.* 51,42.
ὅτιφ, *quonam.* 41,31.
ἠδαμᾶ, *nullo modo.* 3,30.
ἠδέκοτε, *nunquam.* 500,12.
ἠδός, *via.* 92,43.
ἤκω, *nondum.* 13,28.
ἤκαν, *haud igitur.* 5,43.
ἤκας, *nullo modo.* 14,13.
ἠνομανέω, *nominabo.* 240,15.
ἠπείζων, *finibus circumscribens.* 96,17.
ἤρ, *mons.* 29.35.
ἠσίη, *substantia.* 39,51.
ἕτερος, *alter.* 14,24.
ὀχέετο, *vehebatur.* 12,30.

Π.

παιγνίη, *ludus.* 157,26.
